A mini maleficio, filiis perditis. Omnino autem qui omnium largitorem bonorum Deum repudiare volunt, hi ut vitiis contaminentur, nunquam eluendis, gravibusque atque inexpiabilibus flagitiis onerentur, necesse est. Trahit enim semper quodammodo hæc repudiatio morbum defectionis et apostasiæ, demigratione in omne genus fœditatis. Hinc illud mox inducit, « Dereliquistis Dominum. » Semen porro maleficum dicit, non quia essent aut fierent ex natura tales, sed quod nati sunt ex patribus improbis filii quoque improbi, juxta vocem Joannis. Is enim Scribis et Pharisæis ad baptismum pœnitentiæ accedentibus: « Progenies, inquit, viperarum[9]. » Primi nimirum illi ab initio patres, plane sancti exstiterunt: qui vero illos secuti sunt, sceleratissimi fuerunt. B Innutritos ergo patriis moribus, et avitam sectantes impietatem, semen maleficum non immerito nominavit. Dereliquerunt namque Dominum, et Sanctum Israelis, scilicet Christum, concitare non destiterunt. Mysterium enim de illo non intellexerunt: itaque in cumulo ac plenitudine suorum peccatorum hæserunt. Quod etiam illis Christus dixit: « Amen, amen dico vobis, si non crediderit, quia ego sum, in peccatis vestris moriemini[10]. » Onustus itaque vitiis Israel eo demum pervenit nequitiæ, ut pœnas eum luere fuerit æquissimum. Etenim expleverunt et ipsi mensuram patrum suorum, juxta vocem Servatoris[10*]. 6 Ad aliquod enim tempus et mensuram fert Deus contemptum delinquentium: cum autem ad plenitudinem et maturitatem peccati notam sibi et perspectam jam pertigerint, supplicium irrogat, ac pro modo C et ratione delictorum inobedientes pœna afficit. Nimirum hanc mensuram conspicatus propheta Zacharias, interrogavit beatum angelum, quænam esset hæc mensura quæ egreditur: hic vero ad illum, Hæc est iniquitas eorum qui sunt in universa terra. Hæsit proinde Israel in peccato indelebili, nec emundari voluit per Christum: imo vero etiam dereliquit eum, cum fidem quæ in illum est non recipiendo, tum ad hæc dicendo: Tolle, tolle, crucifige eum, et: Non habemus regem nisi Cæsarem[11].

Τί ἔτι πληγῆτε προστιθέντες ἀνομίαν; πᾶσα κεφαλὴ εἰς πόνον, καὶ πᾶσα καρδία εἰς λύπην· Ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς, οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτοῖς ὁλοκληρία, οὔτε τραῦμα, οὔτε μώλωψ, οὔτε πληγὴ φλεγμαίνουσα; οὐκ ἔστιν μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους.

D Vers. 5. *Quid percutiamini ultra, addentes iniquitatem? Omne caput in labore et omne cor in mœrore: a pedibus ad caput usque non est in eo integritas, neque vulnus, neque livor, neque plaga tumens, non est malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas.*

Ὡς ἐφ' ἑνὸς σώματος τῶν Ἰουδαϊκῶν συστημάτων, μικρῶν τέ φημι καὶ μεγάλων, καὶ τῶν ἐν μεσότητι νοουμένων ποιεῖται τοὺς λόγους. Ἔοικε δὲ κεφαλὴν μὲν ὀνομάζειν, τὸν τοῖς βασιλείας αὐχήμασιν εὐπρεπῆ. Καρδίαν δὲ, τὴν ἱερὰν καὶ ἀπόλεκτον φυλὴν, τουτέστι τὴν Λευϊτικὴν, ὡς τῷ νόμῳ σεσοφισμένην, καὶ τοῦ παντὸς σώματος ἔχουσαν τὴν φροντίδα. « Χείλη γὰρ ἱερέως, » φησὶν, « φυλάξεται

De uno velut corpore Judaicæ societatis, de pravis, inquam, et magnis et mediocri sorte præditis hominibus sermonem instituit. Caput videtur dicere eum, qui regni prærogativis ornatus est: cor vero, sacrosanctam et selectam tribum, id est, Leviticam, veluti lege eruditam, et curam totius corporis gerentem. « Labia enim sacerdotis, » inquit, « custodient judicium, et legem requirent ex ore ejus[11*]. »

[9] Matth. III, 7. [10] Joan. VIII, 21. [10*] Matth. XXIII, 32. [11] Joan. XIX, 15. [11*] Malach II, 7.

Digitized by Google

Pedes demum eos esse ait, qui in postremis sunt, et qui tanquam infimam in populo stationem obtinent. Proinde cum terra Judaica calamitates non ferendas sustinuisset, depopulantibus eam nunc Babyloniis, nunc finitimis gentibus, et propter impietatem in Christum, Romanorum manibus esset concremanda, cum eorum etiam regnum evertendum esset, (alienigenæ enim eos subegerunt) cumque sacerdotii munia apud eos cessarent, sacrificiis subversis, templo sublato non aris manentibus, non sacerdotio, non declarationibus, juxta prophetæ vocem, hinc dicit : Quid percutiamini ultra, addentes iniquitatem? Inflictum est, inquit, vobis omne genus iræ et supplicii a Deo, diras continuasque alias super alias pœnas deposcente : 7 nihilo tamen minus contemptores estis, et alumni iniquitatis. Ergo quid percutiemini ultra? quænam ultionis mensura vobis erit satis ad emendationem? In summa quæ acerbitas, quæ calamitas inferri possit, quæ jam non accidit? Omne caput dolet, omne cor mœret, a pedibus ad caput usque. Etenim qui regia dignitate pollebant, laboribus haud parum afflictabantur, cum ad resistendum impressionibus hostium pares non essent. Sacerdotes item dolore affecti afflictique sunt abolito, ut dixeram, sacrificio. Pedes quoque, hoc est, extremi homines et infimi percutiebantur, tam hostili gladio concisi, quam fame et sterilitate domiti, et in summæ miseriæ discrimen adducti. Dicit itaque : Non est vulnus, livor, plaga tumens, nec est malagma quod apponas, non oleum, non alligaturæ. Quando scilicet modicæ plagæ humanum corpus infestant, et unum tantummodo membrum pervasit læsio; tunc moderatæ curationes eorum qui rei medicæ gnari sunt, puta malagma, ligamenta, et olei inunctio contentas partes ac rigidas resolvens, esse poterunt usui. Cum autem corpus totum corruptum est, quodnam curationis genus proderit? Superat enim omnem remediorum vim ac virtutem artis magnitudo morbi. Itaque populus Judaicus jam consauciatus sanari non potest : et inveteratis morbis cum laboret intolerabiliter, nec ullo modo ei succurri possit, omnino periit. Unde et divini prophetæ dixerunt : « Curavimus Babylonem, non est sanata, deseruimus eam [18]. » Babyloni siquidem gentium urbi; et hæc urbs licet sancta dicta sit, propter impietatem in Christum maxime, et quia eam manufactis oppleverunt, comparata est : utpote cum a consuetudine institutoque Babyloniorum neutiquam recederet : quæ dicta est etiam civitas sculptilium.

VERS. 7. *Terra vestra deserta, civitates vestræ igni crematæ sunt, regionem nostram in conspectu vestro alieni devorant. Et vastata est, eversa a populis alienis.*

Quod dictum videbatur quodammodo obscurius, quam dici oportuit, id planum et apertum facit. Quid enim hoc significat, non est malagma quod

[18] Jerem. LI. 9.

A κρίσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ. » Πόδας δὲ εἶναί φησι τοὺς ἐν ἐσχάτοις, καὶ οἷον κατωτάτω λαχόντας τάξιν ἐν τοῖς λαοῖς. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ δύσοιστον μὲν ἤδη ταλαιπωρίαν ἡ τῶν Ἰουδαίων ὑπομεμένηκε γῆ, καταδηούντων αὐτὴν, ὅτε μὲν Βαβυλωνίων, ὅτε δὲ τῶν προσοίκων ἐθνῶν, ἔμελλε καταπίμπρασθαι ταῖς Ῥωμαίων χερσὶν διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν, καὶ ἀνατραπήσεσθαι μὲν ἡ παρ' αὐτοῖς βασιλεία, κεκρατήκασι γὰρ αὐτῶν ἀλλογενεῖς, ἀπρακτήσειν δὲ παρ' αὐτοῖς, καὶ τὰ τῆς ἱερωσύνης ἔργα, θυσιῶν ἀνατετραμμένων, καθηρημένου τοῦ ναοῦ, θυσιαστηρίων οὐκ ὄντων, οὔτε ἱερατείας, οὔτε δήλων, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, ταύτῃ τοί φησι, Τί ἔτι πληγῆτε προστιθέντες ἀνομίαν; ἐπενήνεκται, φησὶν, ὑμῖν πᾶν εἶδος ὀργῆς, B καὶ αἰκία παρὰ Θεοῦ, σκληρὰς καὶ ἀλλεπαλλήλους ἐξῆτησθε δίκας, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἐστὲ καταφρονηταὶ καὶ ἀνομίας σύντροφοι. Τί οὖν ἔτι πληγῆτε; ποῖον ὑμῖν αἰκίας ἀρκέσει μέτρον εἰς ἐπανόρθωσιν; τί δὲ ὅλως ἐπενεχθήσεται τῶν δεινῶν, ὃ μή πως συμβέβηκεν; πᾶσα κεφαλὴ εἰς πόνον, καὶ πᾶσα καρδία εἰς λύπην ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς. Οἱ μὲν γὰρ τὴν βασιλίδα τιμὴν λαχόντες πεπονήκασιν οὐ μετρίως, ἀντισχεῖν οὐκ ἔχοντες ταῖς τῶν πολεμίων ἐμβολαῖς. Λελύπηνται καὶ οἱ ἱερεῖς ἀργούσης ὡς ἔφην θυσίας. Ἐπλήττοντο δὲ καὶ οἱ πόδες, τουτέστιν οἱ τελευταῖοι καὶ κατώτατοι. Τοῦτο μὲν τοῖς τῶν πολεμίων ξίφεσι δαπανώμενοι, τοῦτο δὲ καὶ λιμοῖς τε καὶ ἀκαρπίαις κατατρυχόμενοι, καὶ τῆς ἀκράτου ταλαιπωρίας εἰς πεῖραν ἐνηνεγμένοι. Τοιγάρτοι φησὶν, Οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτ' ἔλαιον, οὔτε C καταδέσμους. Ὅτ' ἂν μὲν γὰρ σύμμετροί τινες τῷ ἀνθρωπίνῳ σώματι συμβαίνωσι πληγαὶ, καὶ καθ' ἕνὸς ἴοι μέλους ἡ βλάβη, τοτηνικάδε χρήσιμα τῆς τῶν θεραπεύσειν εἰδότων ἐπιεικείας τὰ εὐρήματα, οἷον μάλαγμα, καὶ κατάδεσμοι, καὶ ἐλαίου χρίσις χολῶσα τὰ συντεινόμενα. Ὅταν δὲ δι' ὅλον τὸ σῶμα νοσῇ, καὶ ἐφ' ἑαυτῷ καταφθείρηται, ποῖος αὐτῷ θεραπείας ὀνίνησι τρόπος; νικᾷ γὰρ πάντως τῶν ἐκ τέχνης ἐπικουρημάτων τὴν δύναμιν, τῆς νόσου τὸ μέγεθος. Ἀνίατος τοιγαροῦν ἡ τῶν Ἰουδαίων πληθὺς περιπεσοῦσα τραύμασιν, καὶ ἀφορήτως νοσοῦσα τὰ ἐξ ὀργῆς, ἀπόλωλεν ὁλοτρόπως, μηδενὸς αὐτοῖς βοηθήσαντος τρόπου. Τοιγάρτοι ἔφασκον καὶ οἱ θεσπέσιοι προφῆται· « Ἰατρεύσαμεν τὴν Βαβυλῶνα, D καὶ οὐκ ἰάθη, ἐγκατελείπομεν αὐτήν. » Βαβυλῶνι γὰρ τῇ τῶν ἐθνῶν παρεικάζεται, καίτοι πόλις ἁγία κατωνομασμένη, διά τοι μάλιστα τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν, ἣ καὶ ὅτι τῶν χειροποιήτων ἐνεπίμπλασαν αὐτὴν, ὡς κατ' οὐδένα τρόπον τῇ Βαβυλωνίων παραχωρήσειν, ἣ καὶ ὠνόμασται γῆ τῶν γλυπτῶν.

Ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι, τὴν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτήν. Καὶ ἠρήμωται κατεστραμμένη ὑπὸ λαῶν ἀλλοτρίων.

Τὸ ἀσαφέστερόν πως ἢ χρῆν εἰρῆσθαι δοκοῦν καθίστησιν ἐναργές. Τί γὰρ ἂν βούλοιτο δηλοῦν τὸ, οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε κατα-

Digitized by Google

δέσμους· διερμηνεύει λευκῶς, ἠρημῶσθαι τὴν γῆν λέγων αὐτῶν, ἐμπρισθῆναι δὲ καὶ τὰς πόλεις καὶ ὑπόχειρα γενέσθαι τῶν ἐχθρῶν, καὶ τοῦτο ἀλλογενῶν, ὡς μονονουχὶ καὶ ἅπασαν ἐκ βάθρων αὐτῶν ἀνατετράφθαι. Πλειστάκις μὲν οὖν συμβέβηκεν ἁλῶναι τὴν Ἰουδαίαν, ὑπό τε Ἀσσυρίων καὶ Αἰγυπτίων, Σύρων τε καὶ Μωαβιτῶν, Ἰδουμαίων τε καὶ τῶν καλουμένων Φιλιστιείμ, ἤτοι Παλαιστινῶν. Ἀλλὰ ὀλίγα παθοῦσα, καὶ συμμέτροις ἐσθ' ὅτε περιπεσοῦσα συμφοραῖς πάλιν ἀνήνεγκεν ἐπαμύνοντος Θεοῦ, καὶ αὐτοῦ μοτοῦντος τοῦ πλήξαντος. Ἀπόλωλεν δὲ ὁλοτρόπως μετὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν, καταδηρύντων αὐτὴν Οὐεσπασιανοῦ τε καὶ Τίτου. Τότε γὰρ δὴ συμβέβηκεν κατεμπρισθῆναι μὲν πόλεις, ἅπασαν δὲ τῶν ἐνοικούντων κενὴν γενέσθαι τὴν χώραν, καὶ ὑπὸ χεῖρα πεσεῖν τῶν κεκρατηκότων, παμμοχθηρὸν δὲ τὸ ἐνώπιον αὐτῶν ἦγουν ὁρώντων καὶ ἀλγυνομένων, ὑφ' ἑτέροις εἶναι τὴν γῆν κατεσθιομένην τρόπον τινὰ καὶ δαπανωμένην. Τὸ μὲν γὰρ ἀπόντας ἀκοῦσαι μόνον τάχα που φορητὴν αὐτοῖς ἂν ἐνεποίησε τὴν λύπην. Τὸ δὲ καὶ παρόντας ὁρᾷν, εἶτα μηδὲν ἐπαμύνειν δύνασθαι κατηχθῆσθαι δὲ ὥσπερ ταῖς ἐξ ἀνάγκης συμφοραῖς δύσοιστον ἔχει καὶ παμπολὺ τὸ λυποῦν. Δεῖ δὴ οὖν ἡμᾶς μὴ παροργίζειν τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ, ἵνα μὴ ὁρατοῖς τε καὶ ἀοράτοις περιπίπτωμεν ἐχθροῖς εἰς τὰ τῆς ἀτιμίας καταβιβάζουσι πάθη, καὶ πᾶν ὀχύρωμα τοῦ ἐν ἡμῖν ὄντος νοῦ καταστρέφουσιν, ὡς κατανέμεσθαι τρόπον τινὰ τὴν ἀθλίαν ψυχὴν, καὶ πάντας αὐτῆς δαπανᾷν τοὺς καρποὺς, ἵνα οἷον ξηρά τε καὶ ἄτιμος ᾖ, καὶ ἀκανθοτόκος εὑρίσκηται γῆ, ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν.

Ἐγκαταλειφθήσεται ἡ θυγάτηρ Σιὼν ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὁπωροφυλάκιον ἐν σικυηλάτῳ, ὡς πόλις πολιορκουμένη.

Ἐλεεινὸν τὸ χρῆμα· πῶς γὰρ οὐ θρήνου τε καὶ οἰμωγῆς ἄξιον; ἡ γὰρ πάλαι θυγάτηρ, καὶ τῇ κλήσει τοιᾷδε τετιμημένη, καὶ οἷον ὑπὸ πατρὶ φιλοστοργοτάτῳ πράττουσα τῷ Θεῷ, ἡ φειδοῖ καὶ ἀγάπῃ τῇ παρ' αὐτοῦ μεθύουσα, καὶ ταῖς εἰς λῆξιν εὐκλείαις παρ' αὐτοῦ στεφανουμένη, καὶ κατακρατοῦσα τῶν ἀνθειστηκότων, καὶ ἀμετρήτῳ πληθυῖ τῶν ἐνοικούντων αὐτὴν περιεχομένη, ἡ παμμακαρία καὶ διαβόητος Σιὼν, ἦγουν Ἱερουσαλὴμ, ἐγκαταλειφθήσεται, φησίν. Τοῦτ' ἔστιν, ἔρημος ἔσται. Γυμνή τε ἀπομενεῖ καὶ τῆς τοῦ σώζοντος εὐσθενείας, καὶ τῶν ἐνοικούντων αὐτήν. Ἐγκαταλειφθήσεται δὲ οὕτως, ὡσεὶ σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὡς ὁπωροφυλάκιον ἐν σικυηλάτῳ καὶ ὡς πόλις πολιορκουμένη. Οἱ μὲν γὰρ τῶν ἀμπελώνων τεταγμένοι φύλακες, ἐντεθηλότων αὐτοῖς τῶν βοτρύων ἔτι, πλείστην τε ὅσην ποιοῦνται τὴν ἀσφάλειαν, καὶ τοὺς ἀποκείρειν ἐθέλοντας καταπονοῦσι λῃστάς. Καὶ τὰ τῶν θηρίων ἐλαύνουσι γένη. Ἔθος δὲ τοῦτο ὁρᾷν καὶ τοῖς τῶν σικυηλάτων ἐπιτηρηταῖς ἤτοι δεσπόταις. Συγκεκομισμένων δὲ τῶν βοτρύων, καὶ πεπατημένων, καὶ τῶν ἐν σικυηλάτοις ἐξῃρημένων, τὸ τῶν φυλαττόντων ἐπιεικὲς ἀνεῖται

A apponatur, non oleum, non alligaturæ? Terram eorum vastatam esse candide et perspicue interpretatur, dicitque urbes incensas, in manuque esse hostium atque adeo alienigenarum, totamque modo non a 8 fundamentis excisam esse. Sæpenumero quidem accidit, ut caperetur Judæa, ab Assyriis et Ægyptiis, Syris et Moabitis, ab Idumæis, et ab his qui Philis'him seu Palæstini vocantur : at levia pertulit, et in mala incidit tolerabilia, et opitulante Deo ipsoque vulnerante percutientem, rursus emersit. Verum post Servatoris crucem Vespasiano ac Tito eam populantibus funditus est deleta. Tunc enim evenit, ut urbes incenderentur, universa etiam regio incolis vacua vastaque redderetur et in manum victorum recideret, quodque omnium
B miserrimum est, in conspectu ipsorum, ipsis scilicet coram spectantibus, atque dolentibus terram esse aliis subditam, et exesam quodammodo atque consumptam. Nam absentes auribus haurire solum, dolorem afferret fortassis, at tolerabilem : præsentes vero intueri, nec tamen quidquam opis afferre posse, necessariisque quasi ingemiscere calamitatibus, intolerabilius quidem est, et sane quam molestum. Quare non est nobis sanctus Israelis concitandus, ne in hostes tam aspectabiles, quam inaspectabiles incidamus, qui in fœdas perturbationes demergunt, et omne propugnaculum mentis nostræ subvertunt, ut miseram animam depascant quodammodo omnesque ejus fructus absumant, ita ut
C arida quasi ac ignobilis et senticosa terra reperiatur, cujus finis combustio, secundum beati Pauli dictum [13].

Vers. 8. *Derelinquetur filia Sion, ut casa in vinea, ut tugurium in horto cucumerum, ut urbs obsessa.*

Misera res profecto : qui enim non sit lamentis et luctu digna? Nam quæ filia quondam fuit, et tali vocatione ornata, quæ sic egit sub patre indulgentissimo Deo, quæ misericordia et charitate ejus ebria quodammodo facta est, nobilissima sorte ab eo coronata, quæ hostes subjugavit, et innumerabili multitudine incolentium referta et cincta fuit, perbeata illa quidem et percelebrata Sion, Jerusalem videlicet : hæc, inquam, derelinquetur,
D nempe deserta erit, et cum robore corporis, tum incolis suis nudata : et ita derelinquetur, ut casa in vinea, ut tugurium in cucumerario, 9 et ut urbs obsessa. Qui vinearum enim custodiis præficiuntur, racemis jam vigentibus ut in tuto ac securo sint, plurimum adnituntur, et fures, qui decerpere volunt, terrent, et ferarum genera arcent : quod etiam factitare in more est excubitoribus, seu dominis cucumerariorum. Racemis vero comportatis et calcatis, et fructibus qui in cucumerariis sunt ablatis, sedulitas custodientium in posterum remittitur, et illi, suis relictis umbraculis, liberam irrumpendi potestatem faciunt quibuscum-

[13] Hebr. VI, 8.

Digitized by Google

que, qui ea perlustrare voluerint. Tale quiddam et in misera Sion fieri propheticus nos sermo docet. Dum enim adhuc fructus justitiæ haberet, secura munitione et custodia et omni eam misericordia dignatus est Deus. Dixit enim : « Ego ero illi, ait Dominus, murus ignis circumclusus, et gloria ero in medio ejus [15]. » Canit etiam beatus David : « Ecce non dormitabit, nec dormiet, qui custodit Israel [16]. » Quandiu erat Israel, vinea Domini Sabaoth, obvallabatur et sepimento digna judicabatur. Peperit autem spinas, traditaque est a Deo opprimentibus ; inquit enim : « Auferam sepem ejus, et erit direptioni : et auferam maceriam ejus, et erit conculcationi, et relinquam vineam meam, et non putabitur, neque fodietur [16]. » Fuisse etiam illam ab apro silvestri depopulatam, et ab asino agresti depastam, desertamque a Deo vineam ac derelictam, Servator docet hisce verbis : « Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas, et lapidas eos qui mittuntur ad te : quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluistis! Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta [17]. » Exclamavit et hoc ante per vocem prophetæ, dicens : « Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam in manus inimicorum suorum. Facta est hæreditas mea mihi, ut leo in silva ; edidit contra me vocem suam, propterea odi eam [18]. » Josephus item Judaicæ terræ mala tragice amplificans, cum jam in proximo erat ut caperetur Jerusalem, commemorat audivisse in templo vocem sacerdotes, velut angelorum in eo clamantium : **10** Migremus hinc. Obsessa vero urbe, modum effugii ab omnibus qui in ea erant, quæsitum fuisse, qui dubium id quiddam esse potest ? Hinc conjicere licet, quæ Judaicæ regionis mala fuerint. Nam obsessis ter optabile videbatur, vel vitam conservare : de domo autem et facultatibus, vel etiam de civitate nulla illis omnino cura erat. Sciendum præterea hominis animam derelinqui a Deo multifariam : nisi præscripta recte exsequatur, et Domini oraculis cervicem submittat, pietatisque fructus pariat. [Etenim si quis nostrum ab initio probus fuerit,] si nuncupatus filius aut filia Dei, si etiam Sion, hoc est, specula exstiterit, nimirum animo excelso et mente purissima, mysteria intuente ac considerante : si vero deinde, quæ fas non est perpetrare, et sanctum Israel exacerbare conspiciatur : ab ipso deseretur, ac velut incustodita vinea prodetur Satanæ, et carnis affectibus, omnique virtute vacuus, præclarisque vitæ instituendæ ac conversationis decoribus nudus, omnibus onustus malis efficietur.

λοιπόν· οἱ καὶ αὐτὰς ἀφέντες τὰς ἑαυτῶν σκηνάς, ἐλευθέραν τοῖς ἐθέλουσι περιεργάζεσθαι τὰ λοιπὰ ποιοῦνται τὴν εἰσβολήν. Πεπράχθαι τι τοιοῦτον καὶ ἐπὶ τῇ ταλαιπώρῳ Σιὼν ὁ προφητικὸς ἡμᾶς διδάσκει λόγος. Ἔτι μὲν γὰρ τοὺς τῆς δικαιοσύνης ἔχουσαν καρποὺς, ἀσφαλείας τε καὶ παραφυλακῆς καὶ φειδοῦς ἀπάσης ἠξίου Θεός. Ἔφη γὰρ ὅτι « Ἔσομαι αὐτῇ, λέγει Κύριος, τεῖχος πυρὸς κύκλωθεν, καὶ εἰς δόξαν ἔσομαι ἐν μέσῳ αὐτῆς. » Ψάλλει γὰρ καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ· « Ἰδοὺ οὐ νυστάξει, οὐδὲ ὑπνώσει ὁ φυλάσσων τὸν Ἰσραήλ. » Ἐπειδὴ δὲ καίτοι γεγονὼς ὁ Ἰσραὴλ ἀμπελὼν Κυρίου Σαβαὼθ, κεχαράκωται μὲν καὶ ἠξιώθη φραγμοῦ. Τέτοκε δὲ ἀκάνθας, καὶ δέδοται παρὰ Θεοῦ τοῖς ἀδικεῖν εἰωθόσιν, « Καθελῶ γὰρ, φησὶ, τὸν φραγμὸν αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς διαρπαγὴν, καὶ καθελῶ τὸν τοῖχον αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς καταπάτημα, καὶ ἀνήσω τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ οὐ μὴ τμηθῇ, οὐδὲ μὴ σκαφῇ. » Τοιγάρτοι καὶ ἐλυμήνατο αὐτὴν κάπρος ἐκ δρυμοῦ, καὶ ὄνος ἄγριος κατενεμήσατο αὐτὴν, ὅτι δὲ ἀνῆκε τὸν ἀμπελῶνα Θεὸς, καὶ ἐγκαταλέλειπται παρ' αὐτοῦ διδάσκει λέγων ὁ Σωτήρ· « Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτενοῦσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία αὐτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε· ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. » Προανακεκράγει δὲ τοῦτο καὶ διὰ φωνῆς προφήτου λέγων· « Ἐγκαταλέλοιπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου. Δέδωκα τὴν ἠγαπημένην ψυχὴν μου εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτῆς. Ἐγενήθη ἡ κληρονομία μου ἐμοὶ, ὡς λέων ἐν δρυμῷ, δέδωκεν ἐπ' ἐμὲ φωνὴν αὐτῆς, διὰ τοῦτο ἐμίσησα αὐτήν. » Διαμέμνηται δέ που Ἰώσηπος, ὁ τὰ τῆς Ἰουδαίων γῆς ἐκτραγῳδήσας πάθη, ὅτι μελλούσης ἁλῶναι τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἤκουον οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ναῷ φωνῆς, ὡς τῶν ἐν αὐτῷ βοώντων ἀγγέλων, Μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν. Ὅτι δὲ πόλεως πολιορκουμένης, φυγῆς παρὰ πάντων ζητεῖται τρόπος τῶν ἐν αὐτῇ, πῶς ἔστιν ἀμφιβαλεῖν ; ἐντεῦθέν ἐστι τὰ τῆς Ἰουδαίων χώρας διατεκμαίρεσθαι πάθη. Τριπόθητον γὰρ τοῖς πολιορκουμένοις κατεφαίνετο καὶ τὸ μόνην δύνασθαι διασῶσαι ψυχήν. Οἴκου δὲ καὶ περιουσίας ἢ καὶ τῆς πόλεως αὐτῆς οὐδεὶς ἦν αὐτοῖς παντελῶς λόγος. Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν ἐγκαταλείπεσθαι παρὰ Θεοῦ συμβαίνει πολλάκις, εἰ μὴ ἔλοιτο διορθοῦν τὰ διατεταγμένα, καὶ δεσποτικοῖς θεσπίσμασιν ὑποφέρουσα τὸν αὐχένα, τοὺς τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας ἀποτίκτει καρπούς. Εἰ καὶ κεχρημάτικεν υἱὸς ἢ θυγάτηρ Θεοῦ, εἰ καὶ γέγονε Σιὼν, ὅ ἐστι σκοπευτήριον, τοῦτ' ἔστιν ἐν ὑψηλῇ διανοίᾳ καὶ νῷ καθαρωτάτῳ καὶ ὁρᾷν εἰδότι μυστήρια· εἶτα

ὁρῶν, ἃ μὴ θέμις, παροτρύνων ὁρῶτο τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ, ἐγκαταλειφθήσεται παρ' αὐτοῦ, καὶ οἷά τις ἀφρούρητος ἀμπελὼν ἐκδοθήσεται τῷ Σατανᾷ, καὶ τοῖς πάθεσι τῆς σαρκὸς, ἔρημός τε ἀπάσης ἀρετῆς ἀναδειχθήσεται, καὶ γυμνὸς αὐχημάτων τῶν ἐκ πολιτείας ἀγαθῆς, καὶ παντὸς ἀνάπλεως κακοῦ.

Vers. 9. *Et nisi Dominus Sabaoth reliquisset no-* *Καὶ εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλειπεν ἡμῖν*

[15] Zach. II, 5. [16] Psal. CXX, 3. [16] Isa. V, 6. [17] Matth. XXIII, 37, 38. [18] Jerem. XII, 7, 8.

Digitized by Google

σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γομόρρα ἂν ὡμοιώθημεν.

Καταπρησθείσης τῆς χώρας διάτοι τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν, σέσωσται καὶ οὕτω τὸ κατάλειμμα τοῦ Ἰσραὴλ, Θεοῦ κατοικτείροντος, καὶ ταῖς τῶν πατέρων μνήμαις δῶρον καθάπερ τι καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἐξαίρετον ἀπονέμοντος. Οὐ γὰρ ἀπόλωλεν ὁλοτρόπως, οὔτε μὴν ἐξ αὐτῶν κατεσείσθη βάθρων, ἀλλὰ μεμένηκεν ἐν λειψάνοις. Ἦσαν γὰρ ἐξ αὐτῶν καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καὶ μὴν καὶ ὅσοι πεπιστεύκασιν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Κληθήσονται δὲ καὶ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς, καὶ οἱ μήπω πιστεύσαντες. Καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς πιστώσεται λόγος προφητικός. Λέγει δὲ οὕτως· « Ἔτι πολλὰς ἡμέρας καθήσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, οὐκ ὄντος βασιλέως οὐδὲ ὄντος ἄρχοντος, οὐκ οὔσης θυσίας, οὐδὲ ὄντος θυσιαστηρίου, οὔτε ἱερατείας οὔτε δήλων. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιστρέψουσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, καὶ ἐπιζητήσουσι Κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν καὶ Δαβὶδ τὸν βασιλέα αὐτῶν. Καὶ ἐκστήσονται ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν. » Καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Τί σε διαθῶ Ἐφραΐμ; Ὑπερασπιῶ σου, Ἰσραήλ; Τί σε διαθῶ; Ὡσεὶ Ἀδάμα θήσομαί σε, καὶ ὡς Σεβωείμ· μετεστράφη ἡ καρδία μου, ἐν τῷ αὐτῷ. Συνεταράχθη ἡ μεταμέλειά μου· οὐ μὴ ποιήσω κατὰ τὴν ὀργὴν τοῦ θυμοῦ μου. Οὐ μὴ ἐγκαταλείψω τοῦ ἐξαλειφθῆναι τὸν Ἐφραΐμ, διότι ἐγὼ Θεός εἰμι, καὶ οὐκ ἄνθρωπος ἐν σοὶ ἅγιος. » Ἀκούεις ὅπως οὐ κατὰ τὸ μέγεθος τῆς ὀργῆς ποιήσειν κατ' αὐτῶν ἐπηγγείλατο, προὐπισχνεῖτο δὲ μᾶλλον πλημμε . . . . . ἠπείθησαν μὲν γὰρ καὶ κατὰ τὴν ἔρημον οἱ ἐξ Ἰσραὴλ πρὸς αὐτοῖς γεγονότες τοῖς τοῦ Ἰορδάνου νάμασι, καὶ κληρονομεῖν μέλλοντες τῆς ἐπαγγελίας τὴν γῆν. Ὅθεν ἔφη Θεός· « Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. » Πέπτωκε γὰρ τὰ κῶλα αὐτῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἅπαντες δεδαπάνηνται, πλὴν Χαλὲβ υἱὸς Ἰεφονῆ, καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ. Συνεισέβησαν τῷ νέῳ λαῷ, καὶ διῆλθον τὸν Ἰορδάνην, καὶ κλῆρον ἐσχήκασι τὸν παρὰ Θεοῦ. Τύπος δ' ἂν εἶεν οὗτοι τοῦ καταλείμματος τοῦ Ἰσραὴλ, σεσωσμένου μὲν δι' ὑπακοῆς πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν, διαβιβασθέντος δὲ μεθ' ἡμῶν τὸν ἅγιον Ἰορδάνην, καὶ κληρονομήσειν μέλλοντος τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν. Εὐχαριστεῖ τοιγαροῦν ὁ προφήτης, λέγων· *Εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γομόρρα ἂν ὡμοιώθημεν.* Λελατρευκότος γὰρ εἰδώλοις τοῦ Ἰσραὴλ, ἀνελόντος δὲ καὶ προφήτας, ἀρνησαμένου τε Χριστὸν, μᾶλλον δὲ καὶ ἀπεκτονότος τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, τὸν εἰσάπαν ὄλεθρον καταψηφίσασθαι παντὸς γένους ἐχρῆν τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Ἐπειδὴ δέ ἐστιν ἀγαθὸς ὑπὲρ λόγον, τετήρηκε τὸ κατάλειμμα, καὶ οὐ γεγόνασιν ἐν ἴσῳ τοῖς Σοδόμοις, οἱ παγγενεί τε καὶ πανοικεὶ καὶ αὐτοῖς . . . . . .

bis semen, essemus ut Sodoma, et quasi Gomorrha similes essemus.

Incensa regione propter impietatem in Christum, ita tamen reliquiæ Israelis servatæ sunt, miserante Deo; atque hoc quasi beneficium inter cætera eximium memoriæ patrum largiente. Nec enim prorsus interiit, nec ab ipsis fundamentis convulsus est, sed hæsit in reliquiis. Nam ex illis exstiterunt divini discipuli, et quidem quotquot in Dominum nostrum Jesum Christum spem fidemque conjecerunt: tum vocabuntur extremis sæculi temporibus et hi, qui nondum crediderunt. Ad hæc fidem nobis faciet verbum, quod ita habet: « Quia multos dies sedebunt filii Israelis, sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus. Postea revertentur filii Israel, et quærent Dominum Deum suum, et David regem suum, et stupebunt ad Dominum, et super bonis ejus, in novissimis diebus [19]. » Et alicubi universorum Deus: « Quid tibi, » inquit, « faciam Ephraim? Protegam te Israel? Quid tibi faciam? Ut Adama ponam te, et ut Seboim. Conversum est cor meum in ipso, conturbata est pœnitudo mea, non faciam, juxta iram furoris mei, non relinquam ut deleatur Ephraim, quippe ego Deus sum, non homo, in te sanctus. [20] » Audin, quo pacto non pro iræ magnitudine se contra eos facturum polliceatur, at denuntiet ante potius clementiam delinquentibus, ac in paucis reliquiis Israelem remansurum? Quod eodem etiam modo superiori memoria nobis ostendit. Erant enim Israelitæ increduli in deserto, cum essent prope ipsum rivum Jordanis, jamjamque terram promissionis possessuri, unde Deus: « Sic juravi, » inquit, « in ira mea, Si introibunt in requiem meam [21]. » Ceciderunt membra eorum in deserto: et omnes consumpti sunt præter Calebum filium Jephone, et Jesu filium Nave, qui ingressi sunt una cum populo novo, et transierunt Jordanem, et a Deo sortem consecuti sunt. Figura esse possunt et hi reliquiarum Israelis, quæ per obedientiam fidei in Christum servatæ, trajectoque nobiscum sacrosancto Jordane, etiam regnum cœlorum hæreditarie accipient. Gratias itaque agens propheta, dicit: *Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, essemus ut Sodoma, essemus Gomorrhæ similes.* Nam quoniam idolis serviit Israel, eque medio prophetas sustulit, ac negavit Christum, imo potius principem vitæ, vita privavit: omnino totam gentem morte damnare universitatis Deum oportuerat. Cum autem sit supra quam dici potest bonus, residuum servavit, et pari conditione cum Sodomitis non fuerunt, qui cum toto genere ac familia, cum ipsis urbibus igni consumpti sunt. Si qui etiam vitiorum sordibus teneri, peccatoque vix delebili contaminari volunt: his quoque hoc idem accidet; quibus a nobis dici potest non male: « An divitias bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis con-

[19] Osee III, 4, 5. [20] Osee XI..8. [21] Psal. XCIV, 11.

Digitized by Google

temnis? ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, et impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ et revelationis justi judicii Dei.[11] Omnes enim nos repræsentari oportet apud tribunal Christi, ut referat unusquisque quæ per corpus gessit, sive bonum, sive malum.[12] »

A καὶ δυσαπόνιπτον ἔχειν τὴν ἁμαρτίαν. Καὶ μάλα ὀρθῶς εἰρήσεται πρὸς ἡμῶν· « Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς; ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει. Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου, καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως, καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ. Τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς δεῖ φανερωθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον. »

VERS. 10–14. *Audite verbum Domini principes Sodomorum, attendite legem Dei, populus Gomorrhæ. Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus? plenus sum victimis arietum.* **12** *Adipem agnorum et sanguinem taurorum, et hircorum nolo; neque veniatis, ut appareatis mihi. Quis enim quæsivit hæc de manibus vestris? Calcare atrium meum ne perrexeritis. Si offeratis similam, vanum incensum, abominatio mihi est. Neomenias vestras, et sabbata, et diem magnum non fero: jejunium, et otium, festa vestra odit anima mea.*

Cum futurorum malorum comminatione satis perterruerit, et illis hæc omnino ac certissime eventura, suo tempore, prænuntiaverit, nisi meliora sapere, simulque exsequi, quæ divinæ leges postulant, voluerint: commode transfert sermonem, ostenditque quod in rem est ut meliora cogitare et sentire velint, quo ab impendente pœna liberentur. Nam quia in Christum debacchati sunt Israelitæ, perierunt: et præterea dicimus, eos propter impietatem eorum qui præficiebantur docendi provinciæ, cecidisse. Licet enim illum hæredem esse noverint, interfecerunt tamen: nam ejus vineam, sortem suam facere voluerunt. Quod autem stupidus Israel, principum malignitati obsecutus, a spe in Christum deciderit, confirmat universitatis Deus, voce prophetarum loquens: « Pastores multi corruperunt vineam meam, polluerunt hæreditatem meam, dederunt partem meam desiderabilem in solitudinem inviam, redacta est ad interitum pessimum[13]. » Et rursus: « Quia pastores desipuerunt, et Dominum non quæsierunt, propterea omnis grex non intellexit, et dispersi sunt[14]. » Vere enim desipuerunt pastores, et populo suo interitum accersiverunt. Annon decebat eos potius, utpote per legem ac prophetas Christi mysterium probe doctos, aliis viam ad illi credendum patefacere? Atqui Servator dicit, gloriam eos ab hominibus accepisse, gloriam vero, quæ est a solo Deo, non quæsivisse. Si enim Mosi credidissent, credidissent et illi. De illo enim is scripsit. Facti sunt igitur cæci, et ruces cæcorum, itaque præcipitati sunt, et in vodaginem exitii corruerunt. Quid ergo conatur propheta bonis eos monitis mutare? Ut melius sapiant, et Servatoris dicto audientes sint. Illis vero admonitionibus territationem quoque utiliter admiscet: **13** variis quodammodo pharmacis adhibitis, curans

Ἀκούσατε λόγον Κυρίου ἄρχοντες Σοδόμων, προσέχετε νόμον Θεοῦ λαὸς Γομόρρας. Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν, λέγει Κύριος; πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ ἀρνῶν, καὶ B *αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι. Οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι. Τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; Πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε. Ἐὰν φέρητε σεμίδαλιν, μάταιον θυμίαμα, βδέλυγμά μοι ἐστὶν, τὰς Νουμηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ σάββατα, καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι, νηστείαν καὶ ἀργίαν, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου.*

Καταπτοήσας ἀρκούντως ταῖς τῶν ἐσομένων ἀπειλαῖς, καὶ προσαγορεύσας αὐτοῖς τὰ πάντη τε καὶ πάντως ἐσόμενα κατὰ καιροὺς, εἰ μὴ ἕλοιντο φρονεῖν τε ὁμοῦ τὰ ἀμείνω καὶ δρᾷν, καὶ τοῖς θείοις νόμοις, μεθίστησι τὸν λόγον ἐπὶ καιροῦ, καὶ εἰσηγεῖται τὸ χρήσιμον, ἵνα τὰ βελτίω φρονεῖν ᾑρημένοι, τῆς ἐπηρτημένης αὐτοῖς ἀπαλλάττοιντο δίκης. C Ἐμπαροινήσαντες γὰρ ἐν Χριστῷ, διολώλασιν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, πεσεῖν τε πρὸς τοῦτο φαμὲν αὐτοὺς, διὰ τὴν τῶν καθηγεῖσθαι λαχόντων ἀνοσιότητα. Καίτοι γὰρ ἐπεγνωκότες, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, ἀπεκτόνασιν αὐτόν. Ἤθελον γὰρ ἴδιον ποιεῖσθαι κλῆρον τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. Ὅτι δὲ ταῖς τῶν ἡγουμένων δυστροπίαις ἀκολουθῶν, τῆς εἰς Χριστὸν ἐλπίδος διημάρτηκεν ὁ ἀπόπληκτος Ἰσραὴλ πιστώσεται λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, διὰ φωνῆς προφητῶν. « Ποιμένες πολλοὶ διέφθειραν τὸν ἀμπελῶνά μου, ἐμόλυναν τὴν κληρονομίαν μου, ἔδωκαν μερίδα ἐπιθυμητήν μου εἰς ἔρημον ἄβατον. Ἐγενήθη εἰς ἀφανισμὸν ἀπωλείας. » Καὶ πάλιν· « Ὅτι ποιμένες ἠφρονεύσαντο, καὶ τὸν Κύριον οὐκ ἐζήτησαν, διὰ τοῦτο οὐκ ἐνόησε πᾶσα ἡ νομὴ, καὶ διεσκορπίσθησαν. » Ἠφρονεύσαντο γὰρ οἱ ποιμένες ἀληθῶς, καὶ D τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς ὀλέθρου γεγόνασιν ἀφορμή. Καίτοι πῶς οὐκ ἔδει μᾶλλον αὐτοὺς ὡς διὰ νόμου καὶ προφητῶν τὸ Χριστοῦ μυστήριον μάλα πεπαιδευμένους, ὁδὸν γενέσθαι τοῖς ἄλλοις ἐπὶ τὸ χρῆναι πιστεύειν αὐτῷ; Ἀλλ' ἡ φησὶν ὁ Σωτὴρ, δόξαν παρὰ ἀνθρώπου ἐλάμβανον, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐζήτουν. Εἰ γὰρ ἐπίστευον Μωσῇ, ἐπίστευον ἂν αὐτῷ, περὶ γὰρ αὐτοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. Γεγόνασι τοίνυν τυφλοὶ καὶ τυφλῶν ὁδηγοί. Ταύτῃ τοι καὶ διωλισθήκασι, καὶ εἰς τοὺς τῆς ἀπωλείας πεπτώκασι βόθρους. Τί οὖν ὁ προφήτης ἀγαθαῖς αὐτοὺς νουθεσίαις μετασκευάζειν πειρᾶται; πρὸς τὸ δεῖν ἐλέσθαι τὰ ἀμείνω φρονεῖν, καὶ τοῖς τοῦ Σωτῆρος πειρᾶσθαι λόγοις. Ἀναμίσγει δὲ χρη-

[11] Rom. II, 5. 6. [12] II Cor. V, 10. [13] Jerem. XII, 10. [14] Jerem. X, 21.

Digitized by Google

εἰμως ταῖς εἰς τοῦτο νουθεσίαις τὴν ἐπίπληξιν, μονονουχὶ ποικίλως ἐσκευασμένῳ φαρμάκῳ τὰ τῆς ἐν αὐτοῖς δυσβουλίας θεραπεύων τραύματα. Ταύτῃ τοι, φησὶν, ἀκούσατε λόγον Κυρίου, ἄρχοντες Σοδόμων, προσέχετε νόμον Θεοῦ, λαὸς Γομόρρας. Ἀκούεις ὅπως δήμοις καὶ ἄρχουσι τὴν ἐξ ἀγάπης ὁμοῦ καὶ θεοφιλοῦς φρονήματος ἐπιφέρει ῥάβδον, καὶ πλήττει πολὺ νοσοῦντας τὸ ἀπειθές. Πόλεσι δὲ ταῖς δυσσεβεστάταις παρεικάζει τὴν Ἱερουσαλήμ, ὡς πλείστης μὲν ὅσης ἀνάμεστον ἁμαρτίας, καὶ ὡς οὐδένα παντελῶς ἔχουσαν ἐν ἑαυτῇ . . . . . ἐβουλεύετο μὲν γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὰς τῶν Σοδομιτῶν κατεμπρῆσαι πόλεις, καὶ ἀνεκοινώσατο τὸ χρῆμα τῷ Ἀβραάμ; ὁ δὲ πρὸς αὐτόν· « Μὴ ἀπολέσῃς δίκαιον μετ' ἀσεβοῦς; καὶ ἔσται ὁ δίκαιος ὡς ὁ ἀσεβής; » Ἐπηγγέλλετο δὲ Θεὸς, εἰ εὑρεθείη ἐν Σοδόμοις δέκα δίκαιοι, τῆς ἐπ' αὐτοῖς καταπλήξειν ὀργῆς. Ἀλλ' οὐχ ηὕρηνται. Τοιγάρτοι καὶ ἐκτετίκασι τὰς τοῖς ἑαυτῶν δυσσεβήμασιν ἰσομέτρους δίκας. Τοιαύτη τις ἦν ἡ κυριοκτόνος Ἱερουσαλὴμ πολλὴν ἔχουσα τῶν δικαίων τὴν σπάνιν. Καὶ γοῦν ἐλιπάρει μὲν ὁ προφήτης Ἱερεμίας περὶ αὐτῆς. Ἔφη δὲ Θεός· « Περιδράμετε ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἴδετε, καὶ γνῶτε, καὶ ζητήσατε ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς, ἐὰν εὕρητε ἄνδρα, εἴ ἐστι ποιῶν κρῖμα, καὶ ζητῶν πίστιν, καὶ ἵλεως ἔσομαι αὐτῇ, λέγει Κύριος. » Ὅτι τοίνυν, ῥυπῶσά τε, καὶ τοῖς ἐκ φαυλότητος μολυσμοῖς πολυτρόπως κεκηλιδωμένη, καὶ πολλὴν ἔχουσα τῶν ἁγίων τὴν σπάνιν, Σόδομά τε αὐτὴν καὶ Γομόρρα καλεῖ, λαοῖς τε καὶ ἡγουμένοις, τῆς Σοδομιτῶν ἀκαθαρσίας ἐπιφέρει τὸν μῶμον. Τί δὲ δὴ καὶ φησιν; ἀκούσατε λόγον Κυρίου, ἄρχοντες Σοδόμων, προσέχετε νόμον Θεοῦ λαὸς Γομόρρας. Ἀνανήψατε, φησὶν, βραχύ. Καὶ ταῖς τοῦ πανσόφου Μωσέως φωναῖς, τῆς ἑαυτῶν διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν ἐνιδόντες, τὸ Χριστοῦ νοεῖτε μυστήριον. Ἔφη γὰρ ὁ Μωσῆς· « Ὅτι προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα ὅσα ἂν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς. » Ἀκούσατε τοίνυν λόγον Κυρίου, προσέχετε τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον· τοῦτ' ἔστι, νοήσατε καὶ αὐτοὶ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων τὴν δύναμιν. Τοῦτο προστέταχεν ὁ Μωσῆς· παιδαγωγεῖ γὰρ ἐπὶ Χριστὸν, καὶ τῶν νομικῶν θεσπισμάτων τὸ πέρας εἰς τὸ ἐπ' αὐτῷ βλέπει μυστήριον. Ἀλλ' οἴεσθε, φησὶν, εὐαρεστεῖν τῷ Θεῷ, διὰ τοῦ πληροῦν ἐθέλειν τὰ ἐν τύποις καὶ σκιαῖς. Ἀκούσατε λέγοντος τοῦ καὶ αὐτὸν ὑμῖν τὸν πάλαι λαλήσαντος νόμον. Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν, λέγει Κύριος. Πλήρης εἰμί. Εἰ μὲν γὰρ ὡς δεομένῳ προσάγετε, πεπλάνησθε τοῦ εἰκότος, σοφοῦ τε καὶ ἀληθοῦς διημαρτήκατε λογισμοῦ. Ἐνδεὴς γὰρ ὅλως οὐδὲν τῇ τὰ πάντα πληρούσῃ φύσει, ὅτι αὐτῆς τὰ πάντα, καὶ παρ' αὐτῆς τοῖς ἄλλοις. « Τί γὰρ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες; » πρέπει ἂν λέγεσθαι τῇ φύσει κτίσει. Ἀπέχω γὰρ νῦν, φησὶν, καὶ πεπλήρωμαι, καὶ οὐκ ἂν ἐλοίμην ἔτι τὰς παρ' αὐτῶν θυσίας. Ὀνή-

in illis hæc stultitiæ vulnera. Ideoque dicit : Audite sermonem Domini, principes Sodomorum, attende legem Dei, populus Gomorrhæ. Audisne quomodo plebi et principibus ex amore simul et pio affectu virgam inferat, et inobedientiæ morbo corruptos feriat ? Urbibus autem perditissimis et maxime impiis Jerusalem comparat, ut multis coopertam vitiis, nec quidquam plane in se habentem, unde verisimile esset posse eam minarum vim impetumque effugere. Voluit enim universitatis Deus urbes Sodomitanorum incendere, remque cum Abrahamo communicavit. Cui ille : « Nunquid perdes justum cum impio? Et erit justus perinde ut impius [26]? » Promisit autem Deus, si in Sodomis decem justi invenirentur, se ab ira destiturum. Atqui non sunt inventi : itaque dignas ac suis flagitiis pares pœnas dederunt. Talis quoque fuit hæc Jerusalem Domini interfectrix, in qua magna erat justorum hominum penuria. Nam cum pro ea Jeremias propheta supplicaret, dixit Deus : « Circumcursate in viis Jerusalem et videte, et cognoscite, perque plateas ejus conquirite, si quem comperietis virum, qui jus faciat et fidem quærat, et propitius ero illi, dicit Dominus [27]. » Quia ergo inquinata esset, et in scelerum sordibus multifariam volutata, magnaque laboraret sanctorum inopia, Sodomam vocat eam, et Gomorrham, et cum populo tum principibus Sodomiticæ impuritatis labem aspergit. Quid enim ait? Audite verbum Domini, principes Sodomorum, attende legem Dei, populo Gomorrhæ. Evigilate, inquit, parumper, et sapientissimi Mosis verbis oculo mentis vestræ intento, Christi mysterium intelligite. Dixit quippe Moses : « Prophetam excitabit vobis Dominus Deus vester ex fratribus vestris similem mei. Ipsum audietis in omnibus quæcumque locutus fuerit vobis [28.29]. » Audite igitur verbum Domini, attendite legem Dei, id est, intelligite etiam ipsimet angelicorum oraculorum vim. Hoc Moses præcepit, pædagogus enim est ad Christum, et finis legalium oraculorum pertinet ad hoc de illo mysterium. Vel legem Dei, reprehensionem dicit (1). Verum existimatis, inquit, vos pulchre placere Deo, quod 14 typica et umbratica implere studentis. Audite eum loquentem antiquam legem, vobisque dicentem, Quorsum mihi multitudo sacrificiorum vestrorum? dicit Dominus. Plenus sum. Nam si tanquam egenti offertis, jam ab officio recessistis, et a considerata veraque ratione aberrastis. Omnino enim nihil deest ei naturæ, quæ complet omnia, quia ejus sunt omnia, et ab ea aliis suppeditatur. « Quid enim habes, quod non accepisti? [30] » Id enim merito dici poterit creaturæ. Fastidio enim nunc, inquit, et plenus sum : nec cuperem ab illis sacrificia amplius. Quid? dic mihi, ecquid proderit universitatis Deo aries sacrificatus? Ecquid proderit agnorum adeps? Et si taurorum et hircorum sanguis offeratur,

[26] Gen. XVIII, 25. [27] Jerem. V, 1. [28.29] Deut. XVIII, 15. [30] I Cor. IV, 7.

(1) Desunt hæc verba in Græco cod.

Digitized by Google

quam voluptatem ex istis caperet Deus? Quis exegit hæc de manibus vestris? Etsi enim Moses locutus est de victimis et hostiis, ea tamen cultus ratio antiquitus Deo minime fuit accepta. Nimirum quia per figuram et umbram ad veritatem erudiri oportebat, legalia constituta sunt usque ad tempus instaurationis, nec ita tamen constituta, quasi vere Deo grata. Nec omnino et absolute de sacrificiis legalibus est locutus : at quia infirma mens erat eorum, qui hisce rudimentis tunc instituebantur, per typum et umbram ad veritatem quasi manu ducebantur. Sed adventante tempore, quo veritatis pulchritudinem oportebat enitescere, typus irritus est, umbra inutilis. Ideo ait : Calcare atria mea ne perrexeritis. Si obtuleritis similaginem, inane incensum est, abominatio mihi est. Nos enim fide in Christum illustrati, spirituales hostias Deo offerentes, sancta ejus implemus atria, nimirum ecclesias. Christus autem in ecclesiis Judaici cultus ritum minime recipit. Nam qui similaginem oleo maceratam et incensum cadens sub sensum offerre volent, neutiquam admittentur. Meminimus enim de eo locutum esse Deum : Abominatio est mihi. Et nos quidem certe sacrosancta in Christo festa celebramus. At Judæi a typicis significationibus non recedentes, in Neomeniis tubas inflant, diem feriatum putant esse Sabbatum, et diem quæ magna dicitur, colunt. Ea vero est festi, quod tabernaculorum fixio vocatur, dies extrema. Etiamsi Deo jejunent, pugnis humiliter se verberant. Quamobrem audiant ipsum dicentem : **15** Festa vestra odit anima mea. Hæc autem dicit, quo a typis ad veritatem traducat, persuadeatque ut Christi oraculis cervicem mentis supponant, ut nobiscum evangelice versentur, et suavitate odorum spiritalium Deum permulceant, quasique thymiama spirituale ei consecrent morum modestiam, charitatem, mutuum amorem, patientiam, temperantiam, et ante alia, fidem. His hostiis placatur Deus, et evangelicorum vaticiniorum virtus his ornamentis coronat credentes.

σει γὰρ ὅπως, εἰπέ μοι, τὸν τῶν ὅλων Θεὸν κριὸς ὁλοκαυτωμένος; τί δὲ τὸ τῶν ἀρνῶν ἥσει στέαρ; εἰ δὲ δὴ καὶ τράγων καὶ ταύρων αἷμα προσφέροιτο, πῶς ἡσθείη διὰ τοῦτο Θεός; τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; εἰ γὰρ καὶ λελάληκεν ὁ Μωσῆς περὶ ὁλοκαυτωμάτων καὶ θυσιῶν, ἀλλ' ἦν καὶ πάλαι τῆς τοιᾶσδε λατρείας ὁ τρόπος ἀβούλητος τῷ Θεῷ. Ἐπειδὴ δὲ διὰ τύπου καὶ σκιᾶς παιδαγωγεῖν ἔδει πρὸς ἀλήθειαν, μέχρι καιροῦ διορθώσεως τέθειται τὰ ἐν νόμῳ, οὐκοῦν ὅσον ἦκεν εἰς γε τὸ ἀληθὲς ἀρέσκειν τῷ Θεῷ· οὐδ' ἂν ὅλως ἐλάλησε περὶ θυσιῶν τῶν κατὰ νόμον. Ἐπειδὴ δὲ τῶν τὸ τηνικάδε παιδαγωγουμένων ἀσθενὴς ἦν ὁ νοῦς, κεχειραγώγηντο διὰ τύπου καὶ τῆς κατὰ τὸ γράμμα σκιᾶς εἰς ἀλήθειαν. Ἐνεστηκότος δὲ τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν ἔδει τὸ λοιπὸν τὸ τῆς ἀληθείας ἐκφαίνεσθαι κάλλος, περιττὸς ὁ τύπος, ἀνόντος ἡ σκιά. Ταύτῃ τοι φησὶν, ὅτι Πατεῖν τὴν αὐλῶνά μου οὐ προσθήσεσθε. Ἐὰν φέρησθε σεμίδαλιν, μάταιον θυμίαμα, βδέλυγμά μοί ἐστιν. Ἡμεῖς μὲν γὰρ οἱ πίστει τῇ εἰς Χριστὸν ἐκλελαμπρυσμένοι, τὰς πνευματικὰς θυσίας προσκομιοῦντες τῷ Θεῷ, τὰς ἁγίας αὐτοῦ πληροῦμεν αὐλὰς, τοῦτ' ἔστιν ἐκκλησίας. Ἀπαράδεκτος δὲ παρὰ Χριστοῦ παντελῶς ἐν ἐκκλησίαις τῆς Ἰουδαϊκῆς λατρείας ὁ τρόπος. Εἰσδεχθεῖεν γὰρ ἂν ἥκιστά γε σεμίδαλιν ἐλαιόδευτον, καὶ τὸ αἰσθητὸν θυμίαμα προσάγειν ἐθέλοντες. Μεμνήμεθα γὰρ Θεοῦ λέγοντος περὶ αὐτοῦ· Βδέλυγμά μοί ἐστιν. Καὶ ἡμεῖς μὲν τὰς ἁγίας ἐπὶ Χριστῷ τελοῦμεν ἑορτάς. Ἰουδαῖοί γε μὴν τῶν ἐν τύποις οὐκ ἐξιστάμενοι, σαλπίζουσιν ἐν Νεομηνίας ἡμέρᾳ, ἀργὸν ἡγοῦνται τὸ Σάββατον, καὶ τὴν καλουμένην μεγάλην τιμῶσιν ἡμέραν. Ἔστι δὲ αὕτη τῆς ἑορτῆς τῆς καλουμένης σκηνοπηγίας ἡ τελευταία, κἂν εἰ νηστεύσειαν τῷ Θεῷ, τύπτουσι πυγμαῖς ταπεινόν. Οὐκοῦν ἀκουέτωσαν λέγοντος αὐτοῦ· Τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. Ταῦτα δέ φησι μεθιστὰς ἐκ τύπων ἐπὶ τὸ ἀληθὲς, καὶ τοῖς διὰ Χριστοῦ θεσπίσμασιν ὑποφέρειν ἀναπείθων τὸν τῆς διανοίας αὐχένα, ἵνα πολιτεύοιντο μεθ' ἡμῶν εὐαγγελικῶς. Ταῖς νοηταῖς εὐσεβείαις κατευφραίνοντες Θεόν. Καὶ ὥσπερ τι θυμίαμα πνευματικὸν ἀνατιθέντες αὐτῷ τὸ ἐπιεικὲς εἰς τρόπους, τὴν ἀγάπην, τὴν φιλαλληλίαν, τὴν ὑπομονὴν, τὴν ἐγκράτειαν, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὴν πίστιν. Τοιαύταις θυσίαις εὐαρεστεῖται Θεὸς, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων ἡ δύναμις τοῖς τοιούτοις αὐχήμασιν τοὺς πιστεύοντας στεφανοῖ.

A

B

C

D

Vers. 15. *Facti estis mihi in satietatem, nequaquam ultra dimittam peccata vestra. Cum manus expanderitis ad me, avertam oculos meos a vobis. Et si orationem multiplicetis, non exaudiam vos. Manus enim vestræ plenæ sunt sanguine.*

Ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονὴν, οὐκ ἔτι ἀνήσω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. Ὅταν τὰς χεῖρας ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν. Καὶ ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ ἀκούσομαι ὑμῶν. Αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις.

Quæ res satietatem et nauseam pariunt, fastidiri debent, et omnino parvi fiunt, imo in odium veniunt. Siquidem sapientissimus Salomon, inquit : « Tarde infer pedem tuum ad amicum tuum, ne satur tui oderit te [31]. » Dicit itaque universitatis Deus Judæis : Exsaturatus sum exsoleta umbra, vosque molestos mihi esse duco, si ingrediamini ad comparandum coram me. Aversor etiam solum con-

Τὰ εἰς πλησμονὴν ἤτοι κόρον ἥκοντα τῶν πραγμάτων καταφρονεῖσθαι φιλεῖ, καὶ ὀλίγου παντελῶς ἀξιοῦται λόγου, μᾶλλον δὲ ἤδη καὶ διὰ μίσους ἔρχεται. Καὶ γοῦν ὁ σοφώτατος Σολομὼν, « Βραδέως εἴσαγε, φησὶ, σὸν πόδα πρὸς τὸν φίλον, ἵνα μὴ πλησθεὶς σου μισήσῃ σε. » Ἔφη τοίνυν Ἰουδαίοις ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, Κατακεκόρεσμαι τῆς ἐώλου σκιᾶς, ἡγοῦμαι δὲ ἤδη φορτικοὺς, κἂν εἰσέρχησθε ὀφθῆναί μοι. Παρ-

[31] Prov. xxv, 17.

Digitized by Google

αιτοῦμαι δὲ καὶ μόνην ὑμῶν τὴν θέαν· οὐκ ἔτι ἀνήσω A spectum vestri, non remittam amplius peccata ve-
τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. Πάλαι μὲν γὰρ οἱ ἐξ Ἰσραὴλ stra. Olim enim Israelitæ cum impie descivissent,
ἀνοσίως ἀπονενευκότες ἐπὶ τὸ ἐλέσθαι δεῖν τὸν τῶν ita ut universitatis Deum in se exacerbarent, crea-
ὅλων Θεὸν παροτρύνειν ἐφ' ἑαυτοὺς, διὰ τοῦ λατρεύειν turam colendo, ipsaque opera manuum suarum
τῇ κτίσει, προσκυνεῖν δὲ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἔργοις τῶν adorando, traditi sunt Babyloniis, et ex Judæa
ἰδίων χειρῶν, δέδονται τοῖς Βαβυλωνίοις καὶ ἀπεκο- abducti sunt captivi, et in Persarum atque Medorum
μίσθησαν τῆς Ἰουδαίας αἰχμάλωτοι, καὶ κατῳκήκα- finibus habitaverunt, acerbam ac non ferendam ser-
σιν ἐν τοῖς ὅρεσιν Περσῶν καὶ Μήδων, πικρὰν καὶ vitutem subeuntes. Exacto demum septuagesimo
δύσοιστον ἀνατλάντες δουλείαν. Ἐπειδὴ δὲ αὐτοῖς anno, iterum misericors Deus commiseratus est.
ἑβδομηκοστὸν ἔτος τετέλεσται, κατηλέει πάλιν ὁ φιλ- Siquidem ut in Zacharia scriptum est, preces
οικτείρμων Θεός. Καὶ γοῦν ὡς ἐν τῷ Ζαχαρίᾳ γέ- supplices pro illis fudit beatus angelus, dicens:
γραπται, τὰς ὑπὲρ αὐτῶν ἐποιεῖτο λιτὰς ὁ μακάριος « Domine omnipotens, quousque tu non miserebe-
ἄγγελος, λέγων· « Κύριε παντοκράτωρ, ἕως τίνος οὐ ris Jerusalem, et urbium Juda, quas despexisti?
μὴ ἐλεήσεις τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς πόλεις Ἰούδα, Hic annus est septuagesimus. » Et ad hæc Deus:
ἃς ὑπέριδες; τοῦτο ἑβδομηκοστὸν ἔτος· » καὶ πρός « Zelatus sum Jerusalem et Sion zelo magno, et ira
γε ταῦτα Θεός· « Ἐζήλωσα τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν B magna irascor super gentes quæ una conspirant.
Σιὼν ζῆλον μέγαν, καὶ θυμῷ μεγάλῳ ἐγὼ ὀργίζομαι Pro eo quod ego iratus sum parum, ipsi una con-
ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ συνεπιτιθέμενα, ἀνθ' ὧν ἐγὼ μὲν ὀρ- spirarunt ad mala [11]. » Itaque tum remisit illorum
γίσθην ὀλίγα, αὐτοὶ δὲ συνεπέλεντο εἰς κακά. » Οὐκοῦν peccata; liberatus **16** enim est, et denuo in suam
ἀνῆρηκε μὲν τότε τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, λελύτρωται ipsorum terram reductus. Post crucifixionem deni-
γὰρ, καὶ ἀνεκομίσθη πάλιν εἰς τὴν ἑαυτῶν. Μετὰ δέ que Servatoris, non amplius se peccata remissurum
γε τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν, οὐκέτι τὰς ἁμαρτίας denuntiat, propterea quod in illis perseverarent
αὐτοῖς ἀνήσειν ἐπαγγέλλεται, διά τοι τὸ μακροὺς ἐφ' longo tempore, quo quidem intervallo manserunt
ἑαυτοῖς διαγενέσθαι καιροὺς, καθὼς μεμενήκασι τοῖς iræ ejus furori et ictui obnoxii. Quod tamen no-
ἐξ ὀργῆς κινήμασιν ὑπενηνεγμένοι. Ὅτι μὲν γὰρ ἐν vissimis temporibus misericordiam consequerentur,
ἐσχάτοις ἐλεηθήσονται καιροῖς, τῇ εἰς Χριστὸν χάριτι gratia in Christum nobiscum justificati, sacræ
μεθ' ἡμῶν δικαιούμενοι, διεκήρυξε τὸ γράμμα τὸ Litteræ prædicant; sed, ut dixi, longe diutius quam
ἱερὸν, ἐπειδὴ δὲ, ὡς ἔφην, πολὺ τῶν πάλαι μακρότε- ante, iræ tempus duravit; idcirco dicit: Non am-
ροι γεγόνασιν ἐπ' αὐτοὺς οἱ τῆς ὀργῆς χρόνοι. Ταύτῃ plius remittam peccata vestra. Addas autem si pla-
τοί φησιν· Οὐκέτι ἀνήσω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν· καὶ cet et aliud huic sententiæ. Israelitæ ex veteri ritu
καθ' ἕτερον δὲ, εἰ βούλει, τρόπον, τῇ τῶν προκειμέ- C institutoque legis sacrificia offerebant, pro suis
νων ἐννοίᾳ προσβαλεῖς. Προσεκόμιζον θυσίας κατὰ delictis, hædus autem et agnus mactabatur, et
τὸν πάλαι νόμον οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, τὰς ὑπέρ γε τῶν ἰδίων indulgebat Deus. Quippe cum vetus etiam lex non
πλημμελημάτων. Ἔριφος δὲ καὶ ἀμνὸς ἐσφάζετο, καὶ inefficax fuerit ad opitulandum majoribus, delinea-
συνεχώρει Θεός. Οὐκ ἀνικάνως ἔχοντος καὶ πάλαι τοῦ batur enim in ea Christi mysterium. Quando vero
νόμου βοηθεῖν ἀρχαιοτέροις, ἐμορφοῦτο γὰρ ἐν αὐτῷ apparuit Christus, enervem esse oportebat dein-
τὸ Χριστοῦ μυστήριον. Ἐπειδὴ δὲ ἐπέφανεν ὁ Χρι- ceps legalem purificationem, utpote cum jam ades-
στὸς, ἀπρακτεῖν ἔδει λοιπὸν τὴν ἐν τύπῳ κάθαρσιν, set veritas. Non ergo satis esse ad remissionem
ὡς τῆς ἀληθείας ἤδη παρούσης. Ὅτι τοίνυν οὐκ ἀρ- legis umbram, illis Christi redemptionem non am-
κέσει πρὸς ἄφεσιν αὐτοῖς ἡ νόμου σκιὰ τὴν διὰ Χρι- plectentibus, docet, inquiens: Non remittam am-
στοῦ λύτρωσιν, οὐ προσιεμένοις, διδάσκει, λέγων· plius peccata vestra. Veritate enim, inquit, nondum
Οὐκέτι ἀνήσω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. Οὕπω μὲν γὰρ præsente, concessi, ut typi juvare possent peccatis
παρούσης τῆς ἀληθείας, φησὶν, συγκεχώρηκα τοῖς implicitos, ipsius veritatis reverentia etiam hoc
τύποις ὠφελεῖν δύνασθαι τοὺς ἐνόχους ἁμαρτίαις, faciens, qua præsente jam ac demonstrata, im-
αἰδοῖ τῇ πρὸς τὴν ἀλήθειαν καὶ τοῦτο ποιῶν, παρού- becillis figura est, et umbra parum efficax. Et non
σης δὲ ἤδη καὶ ἀναδεδειγμένης, ἀδρανὴς ὁ τύπος, D remittam amplius peccata vestra; sed si expande-
ἀνόντος ἡ σκιά. Καὶ ἀνήσω μὲν οὐκέτι τὰς ἁμαρ- ritis manus, avertam oculos meos, et si preces
τίας ὑμῶν, ἐπαιρόντων δὲ τὰς χεῖρας, ἀποστρέψω multiplicaveritis, non suscipiam. Ergone desiit
τοὺς ὀφθαλμούς μου, κἂν εἰ πλείστας ὅσας ποιεῖν esse benignus hic universitatis opifex? Ergone
ἕλοισθε τὰς λιτὰς, οὐκ εἰσδέξομαι. Ἆρ' οὖν ἀπέστη oblitus est misereri Deus? Nequaquam, inquit:
τοῦ εἶναι χρηστὸς ὁ τῶν ὅλων δημιουργός; ἦγουν sum enim, sum et humanus, et bonus, et miseri-
ἐπελάθετο τοῦ οἰκτειρῆσαι Θεός; Οὐδαμῶς, φησὶν, cors, tantum non invitus avertens oculos. Manus
εἰμὶ γὰρ, εἰμὶ χρηστός τε καὶ ἀγαθὸς καὶ φιλοικτίρ- siquidem vestræ plenæ sunt sanguine. Audisne
μων, μόνον δὲ οὐχὶ ἄκων ἀποστρέφω τοὺς ὀφθαλ- cum cæteris criminibus præteritis, cædis dicam
μούς. Αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. Ἀκούεις impingere? Tametsi pluribus eos vitiis implicatos
ὅπως τὸ τῆς μιαιφονίας αὐτοῖς εἰσκεκόμικεν ἔγκλημα, esse deprehendimus. Nam audiverunt: Væ genti
σιωπήσας τὰ ἕτερα τῶν πταισμάτων; καίτοι πολλοῖς improbæ, populo vitiis onusto, semini malefico,

[11] Zachar. I. 12-15.

Digitized by Google

filiis perditis. Cum vero etiam prophetas trucidarint, ipsique Christo, omnium nostrum Servatori impias manus attulerint : hinc et quidem jure optimo gravissimam accusationem et ad condemnandum satis capitalem illis intendit, dicens : Manus vestræ plenæ sunt sanguine. Avertit autem faciem Deus, et Pater, **17** quippe non sustinens videre manus homicidarum filii sui sanguine rubentes.

A αἰτιάμασιν ἐνόχους ὄντας εὑρήσομεν. Ἤκουον γὰρ, Οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλὸν, λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν, σπέρμα πονηρὸν, υἱοὶ ἄνομοι. Ἐπειδὴ δὲ ἀπεκτόνασι τοὺς προφήτας, καὶ αὐτῷ τὰς ἀνοσίους ἐπήγαγον χεῖρας τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι Χριστῷ, ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως τὸ παγχάλεπον ἔγκλημα, καὶ τὸ εἰς πᾶσαν κατάκρισιν ἀρκοῦν αὐτοῖς ἐπιφέρει, λέγων· Αἱ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. Ἀποστρέφει δὲ τὸ

πρόσωπον ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ὡς ὁρᾷν οὐκ ἀνεχόμενος τῷ αἵματι τοῦ Υἱοῦ πεφοινιγμένας ἔτι τῶν μιαιφόνων τὰς χεῖρας.

VERS. 16. *Lavamini, mundi estote.*

Peccatis in memoriam revocatis, eos despondere animum non sinit, sed gratiam ex bonitate et clementia profectam percommode infert, nec fraudat eos beneficio, quod per Christum omnibus per universum terrarum orbem est propositum. « Omnes enim declinaverunt, simul inutiles facti sunt [33]. » Et obnoxius factus est mundus Deo, quia gentes creaturam coluerunt, Israelitæ legem sibi per Mosem datam violarunt. Cæterum gentibus illuxit Christus, et ad mirabilem ejus lucem vocatæ sunt, et qui non populus quondam, facti sunt populus. Judæi autem miseri in ipsum debacchati sunt, et Principem vitæ neci dederunt impie, etiamsi rursus ut Deus revixit. Quia vero bonus est, et omnes homines servari vult, et ad agnitionem veritatis venire, illisque adeo viam salutis patefacere : eos quoque jubet peccata abjicere, justificatos gratis et non ex operibus legis, imo magis per fidem et sacrum baptisma, ideoque ait : « Lavamini, mundi estote. » Quod vetus lex etiam illis per umbras figuravit, et gratiam per sacrum lavacrum ante prædicavit. Dixit enim alicubi Deus ad sacerdotem Mosem : « Accipe Levitas de medio filiorum Israel, et purificabis eos, et sic facies ipsis purificationem eorum. Asperges eos aqua purificationis, et superveniet novacula super totum corpus eorum, et lavabunt vestes suas, ac mundi erunt [34]. » Dein cujusmodi sit aqua purificationis, Paulus sapientissimus docebit hisce verbis : « Si enim sanguis hircorum et vitulorum, et cinis juvencæ aspersus inquinatos sanctificat ad carnis emundationem : quanto magis sanguis Christi [35]? » Quocirca carnalem quidem lex emundationem per aquam purificationis effecit : Christus autem per baptismum omnes sordes animi detergit. Baptizati enim sumus Spiritu sancto et igne, qui excoquit omne vitii genus in nobis et colliquefacit quodammodo, et ut inutilem materiam, quasique quisquilias absumit. Nam hoc ignis opus est et proprium. Planum facit hoc B. Paulus, dicens : « Per fidem divinitus admonitus Noe aptavit arcam in salutem domus suæ [36], » in qua paucæ hoc est, **18** octo animæ conservatæ sunt in aqua : « cujus figura baptismus, nunc servat nos, qui non est carnis sordium depositio, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum [37]. » Quod Judaicum populum facere monet, dicens : « Lavate, mundi estote : » hoc est,

Λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε.

Πάλιν αὐτοὺς εἰς ἀνάμνησιν τῶν ἠσεβημένων αὐτοῖς ἐνεγκὼν ἀπογινώσκειν οὐκ ἐᾷ. Ἐπιφέρει δὲ χρησίμως τὴν ἐξ ἡμερότητος χάριν Καὶ οὐκ ἐξείργει τῆς δωρεᾶς τῆς προτεθείσης διὰ Χριστοῦ τοῖς ἀνὰ B πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανόν. « Πάντες γὰρ ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν. » Καὶ ὑπόδικος γέγονεν ὁ κόσμος τῷ Θεῷ, τῶν μὲν ἐθνῶν τῇ κτίσει λελατρευκότων, τῶν γε μὴν ἐξ Ἰσραὴλ τὸν διὰ Μωσέως αὐτοῖς δοθέντα παραβεβηκότων νόμον. Ἀλλ' ἐπέλαμψεν ὁ Χριστὸς τοῖς ἔθνεσι, καὶ κέκληται πρὸς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς· καὶ ὁ ποτὲ οὐ λαὸς, γεγόνασι λαός. Ἰουδαῖοί γε μὴν οἱ τάλανες πεπαροινήκασιν εἰς Χριστὸν, καὶ ἀρχηγὸν ὄντα τῆς ζωῆς ἀπεκτόνασιν ἀνοσίως, εἰ καὶ ἀνεδίω πάλιν ὡς Θεός. Ἐπειδὴ δέ ἐστιν ἀγαθὸς, καὶ πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, ἀνευρύνει καὶ αὐτὸς τὴν τῆς σωτηρίας ὁδὸν καὶ ἀποκρούεσθαι κελεύει τὰ ἐγκλήματα, δικαιουμένου δωρεὰν καὶ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου. Μᾶλ- C λον δὲ διὰ τῆς πίστεως, καὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ταύτῃ τοι φησί· « Λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε. » Τοῦτο καὶ ὁ πάλαι νόμος αὐτοῖς ὡς ἐν σκιαῖς διετύπου, καὶ προανεκήρυττε τὴν χάριν τὴν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Ἔφη γάρ που Θεὸς πρὸς τὸν ἱεροφάντην Μωσέα· « Λάβε τοὺς Λευΐτας ἐκ μέσου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἁγνιεῖ αὐτοὺς, καὶ οὕτως ποιήσεις αὐτοῖς τὸν ἁγνισμὸν αὐτῶν. Περιῤῥανεῖς αὐτοὺς ὕδωρ ἁγνισμοῦ, καὶ ἐπελεύσεται ξυρὸν ἐπὶ πᾶν τὸ σῶμα αὐτῶν. Καὶ πλυνοῦσι τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ καθαροὶ ἔσονται. » Εἶτα ποῖον ἐστὶ τὸ ὕδωρ τοῦ ἁγνισμοῦ δι- δάξει λέγων ὁ σοφώτατος Παῦλος· « Εἰ γὰρ τὸ αἷμα τράγων καὶ μόσχων, καὶ σποδὸς δαμάλεως ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα, πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα Χριστοῦ; » Οὐκ- D οὖν σαρκικὴν μὲν ὁ νόμος ἐποιεῖτο τὴν κάθαρσιν διὰ τοῦ ὕδατος τοῦ ἁγνισμοῦ. Διασμήχει δὲ ὁ Χριστὸς διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος πάντα ῥύπον ἡμῶν ψυχικόν. Βεβαπτίσμεθα γὰρ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ, πᾶν εἶδος τῆς ἐν ἡμῖν φαυλότητος μονονουχὶ συντήκοντος, καὶ ὡς ἄχρηστον δαπανῶντός τινα συρφετὸν ὕλην· ἔργον γὰρ τοῦτο πυρός. Τοῦτό τοι καὶ ὁ μακάριος Παῦλος διασαφεῖ, λέγων· « Πίστει χρηματισθεὶς Νῶε κατεσκεύασε κιβωτὸν εἰς σωτηρίαν τοῦ οἴκου αὐ- τοῦ, » εἰς ἣν ὀλίγαι, τοῦτ' ἔστιν, ὀκτὼ ψυχαὶ διεσώ- θησαν δι' ὕδατος. « Ὃ καὶ ἡμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα, οὐ σαρκὸς ἀπόθεσις ῥύπου, ἀλλὰ συνειδή- σεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεόν. » Ὃ δὴ καὶ αὐτοῖς

[33] Psal. VIII, 3. [34] Num. VIII, 7 seq. [35] Hebr. IX, 13, 14. [36] Hebr. XI, 7. [37] I Petr. III, 21.

Digitized by Google

ἐλέσθαι δρᾷν τοῖς Ἰουδαίων δήμοις συμβουλεύει, λέγων· « Λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε· » τοῦτ' ἔστιν, ἀπονίψασθε τὴν κηλῖδα, δικαιοῦντος ἡμᾶς ἐξ ἡμερότητος καὶ φιλανθρωπίας τοῦ παρ' ὑμῶν ὑβρισμένου. Εὑρίσκομεν δὲ καὶ τὸν θεσπέσιον Πέτρον ἐπιπλήττοντα μὲν αὐτοῖς ὡς ἀπεκτονόσι τὸν τῆς ζωῆς ἀρχηγόν, καὶ αἰτήσασιν ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι αὐτοῖς, τοῦτ' ἔστι τὸν Βαραβάμ. Πλὴν διανίστανται πρὸς μετάγνωσιν· ἔφη γάρ· « Καὶ νῦν, ἀδελφοί, οἶδα ὅτι κατὰ ἄγνοιαν ἐπράξατε ὥσπερ καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν. Μετανοήσατε οὖν καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ὑμῖν γάρ εἰσιν αἱ ἐπαγγελίαι καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν. »

A abluite maculam, justificante vos ex clementia et benignitate, eo, qui apud vos contumeliis affectus est. Videmus etiam divinum Petrum eos increpare, quod vitæ principem interfecerint, et quod homicidam, scilicet Barabbam, sibi donari postulaverint. Is tamen etiam excitat ad pœnitentiam; ait enim : « Et nunc, fratres, scio vos per ignorantiam fecisse, sicut et principes vestri. Resipiscite igitur, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini nostri Jesu Christi, et accipietis donum Spiritus sancti. Vobis enim sunt promissiones et filiis vestris [38]. »

Ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου· παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν.

B Vers. 16. *Auferte mala ex animabus vestris, ab oculis meis; quiescite a malitiis vestris.*

Ἀπόχρη μὲν πρὸς ἀπόνιψιν ἁμαρτίας τὸ σωτήριον καὶ ἅγιον βάπτισμα, καὶ τὴν τῶν ἤδη προεπταισμένων διασμήχει κηλῖδα. Χρῆναι δέ φημι τοὺς ἅπαξ ἡγιασμένους, καθαρὰς καὶ ἀμώμους, ὡς ἂν οἷοί τε εἶεν, τὰς ἑαυτῶν φυλάττειν ψυχὰς καὶ διαμεμνῆσθαι μὲν τοῦ λέγοντος· « Πάσῃ φυλακῇ τήρει σὴν καρδίαν. » Καὶ πάλιν· « Ἐὰν πνεῦμα τοῦ ἐξουσιάζοντος ἀναβῇ ἐπὶ σὲ, τόπον σου (1) μὴ ἀφῇς, ὅτι ἴαμα καταπαύσει ἁμαρτίας μεγάλας. » Πλείσται μὲν ὅσαι πρὸς τὰ αἰσχίω βλέπουσαι τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν κατασείουσιν ἡδοναὶ, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, ὁ ἐν τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς ἔμφυτός τε καὶ ἀγριαίνων νόμος· εἶτα πρὸς τούτοις διαλογισμοὶ πονηροὶ, πρὸς πᾶν εἶδος φαυλότητος οὐκ ἀγεννῶς καταβροχιζόμενοι τὸν ἐν ἡμῖν ὄντα νοῦν. Δεῖ δὴ οὖν τῶν τοιούτων ἁπάντων ἀπέχεσθαι κακῶν τοὺς βεβαπτισμένους, καὶ τὰς πονηρίας ἀφελεῖν ἀπὸ τῆς ἰδίας ψυχῆς· καὶ οὔτι μόνον ἐν ὀφθαλμοῖς ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς μάλιστα τοῦ πάντα εἰδότος τε καὶ ἐφορῶντος Θεοῦ. Ὑποπλάττονται μὲν γὰρ ἔσθ' ὅτε τὸ εἶναι χρηστοὶ, καὶ τὴν τῆς ἐπιεικείας δόκησιν παρακλέπτοντες, ἔσωθεν δέ εἰσιν λύκοι ἅρπαγες, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Καὶ περὶ παντὸς, οἶμαι, τοιούτου τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, διὰ φωνῆς Ἱερεμίου προφήτου λέγειν· « Τῷ στόματι αὐτοῦ λαλεῖ εἰρηνικὰ, καὶ ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὴν ἔχθραν. » Καὶ μὴν καὶ φωνῆς τοῦ Δαβίδ· « Ἠπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτῶν ὑπὲρ ἔλαιον, καὶ αὐτοί εἰσι βολίδες. » Ἀλλ' εἰ καὶ πᾶσαν ποιοῖντο σπουδὴν εἰς γε τὸ δεῖν δύνασθαι λαθεῖν, ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτοὺς, καὶ ὁ Κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς. Οἶδεν γὰρ, οἶδεν καρδίαν καὶ νεφρούς. Ὁ δὲ ἀληθῶς ἀγαθὸς τοιοῦτος ἔσται μετὰ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ὡς γὰρ ὁ Παῦλος φησίν· « Προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον Κυρίου, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων. » Μέγα τοίνυν τὸ ἐξᾶραι τὰς πονηρίας ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ Θεοῦ. Καὶ τάχα που τοιοῦτός τις ἦν ὁ Ναθαναὴλ, περὶ οὗ φησιν ὁ Χριστός· « Ἴδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστιν. » Παύσασθε, φησὶν, ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, τοῦτ' ἔστι, καταλείπετε τῆς συντρόφου τε ὑμῖν καὶ ἐντριβοῦς δυστροπίας, μεταστήσατε πρὸς τὰ ἀμείνω τὴν ἑαυτῶν δυσ-

Ad peccati namque ablutionem sufficit salutare et sacrum lavacrum, abstergitque superiorum delictorum maculam. Qui vero semel sanctificati sunt, animas suas quoad ejus fieri potest, puras et illibatas servare oportere ait, et memores esse ejus qui dicit : « Omni custodia serva cor tuum [39]. » Et rursus : « Si spiritus dominantis ascenderit in te, cor tuum ne dimittas, quia medela reprimet peccata multa [40]. » Voluptas enim magna quæ etiam cum turpitudine conjuncta est, hominis animam labefactat, imprimisque præ aliis lex in membris carnis insita et efferata; ad hæc, pravæ cogitationes in omne vitiorum genus mentem nostram plane demergentes. Baptizatos igitur oportet ab illiusmodi sceleribus omnibus desistere : nec solum ab his partibus quæ exstant et in conspectu positæ sunt, sed et ab anima sua nequitiam removere : maxime cum videat Deus et inspiciat omnia. Simulant etenim nonnunquam bonos, et probitatis opinionem aucupantur et quasi suffurantur, intus cum sint lupi rapaces, secundum id quod scriptum est [41]. De quibus omnibus arbitror universitatis Deum voce Jeremiæ dicere : « Ore suo loquitur pacifica, et 19 apud sese habet odium [42]. » Quin et voce Davidis : « Molliti sunt sermones eorum super oleum, et ipsi sunt jacula [43]. » Imo quantumvis latere cupiant, qui habitat in cœlis irridebit eos et Dominus subsannabit eos. Novit enim ille, novit corda et renes. At qui vere bonus est, ita erit et apud Deum et apud homines, ut et dicit Paulus : « Providentes bona non solum coram Domino, sed et coram hominibus [44]. » Magnum itaque hoc est, iniquitates ab oculis Dei submovere. Qualis erat Nathanael, de quo Christus : « Ecce vere Israelita, in quo dolus non est [45]. » Desistite igitur, inquit, ab iniquitatibus vestris : id est, desinite committere peccatum quod nobiscum una coalescit et inhæresci; ad meliora cor vestrum convertite. Quod si hæc Christus loquitur, Judæos crimine arcessens, cogita quæ fecerint

[38] Act. III, 17; II, 38, 39. [39] Prov. IV, 23. [40] Eccl. X, 4. [41] Matth. VII, 15. [42] Jerem. IX, 8. [43] Psal. LIV, 22. [44] Rom. XII, 17. [45] Joan. I, 47.

(1) Humfredus legit καρδίαν σου.

Digitized by Google

cum debaccharentur in eum, laqueos ponerent, foveas foderent, cumque modis omnibus ac totis viribus omne genus immanitatis in eum machinarentur. Nunc etenim quosdam e suis discipulis subornant cum his qui vocantur Herodiani, ut interrogarent et dicerent : « Licetne dare tributum Cæsari, an non [46] ? » Nunc etiam iterum accedunt et inquiunt : « An licet curare Sabbato ? ut accusarent eum [47]. » Audiant proinde dicentem : « Amovete scelera animarum vestrarum ab oculis meis, desistite ab iniquitatibus vestris. »

τροπίαν. Εἰ δὲ δὴ ταῦτα λέγοι Χριστὸς, καὶ καταιτιῷτο τοὺς Ἰουδαίους, ἐννοήσεις ὅσα πεπράχασιν ἐμπαροινοῦντες αὐτῷ, καὶ παγίδα ἱστάντες, καὶ διορύττοντες βόθρους. Καὶ τό γε ἦκον εἰς αὐτοὺς, καὶ εἰς δύναμιν ἐπιχειρημάτων πᾶν εἶδος σκαιότητος ἀρτύοντες ἐπ' αὐτῷ. Ποτὲ μὲν γὰρ ἀπεστάλκασί τινας τῶν ἰδίων μαθητῶν, μετὰ τῶν καλουμένων Ἡρωδιανῶν, ἐρομένους τε καὶ λέγοντας· « Ἔξεστι δοῦναι φόρους Καίσαρι, ἢ οὔ ; » Ποτὲ δὲ πάλιν προσίεσαν λέγοντες, « Εἰ ἔξεστι τῷ Σαββάτῳ θεραπεῦσαι ; Ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ. » Ἀκουέτωσαν τοίνυν λέγοντος, « Ἀφέλεσθε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου. Παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν. »

Vers. 17, 18. *Discite facere bonum, quærite judicium, oppressum liberate, judicate pupillos et justificate viduam, et venite, et arguamur, dicit Dominus. Et si sint peccata vestra quasi phœniceum, sicut nivem dealbabo. Et si sint ut coccinum, velut lanam dealbabo.*

Μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἐκζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικούμενον, κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν, καὶ δεῦτε, καὶ διελεγχθῶμεν, λέγει Κύριος. Καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ. Ἐὰν δὲ ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡσεὶ ἔριον λευκανῶ.

Imbecillitatem cultus legalis definivit, cum ait : « Quorsum mihi multitudo sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus ? Satur sum. » Et ubi subintulit : « Quis enim exegit hæc de manibus vestris ? » Commode jam denuo evangelicæ conversationis dignitatem, et quasi elegantiam exponit, et sanctæ vitæ viam ostendit vere, quæ non in typis porro aut in umbris, sed ex rebus ipsis ornamentisque virtutum laudem habet et approbationem. Quid enim ait : « Discite bene facere ? » An igitur, quæso, dixerit quispiam, eximit omnino 20 a legis præcepto, neque sinit omnino ad illa per Mosen divinitus tradita præcepta respicere ? At qui fit ut postea dicat Christus : « Nolite putare quoniam veni solvere legem aut prophetas; non veni solvere, sed adimplere [48]. » Et quomodo etiam ait Paulus : « Quare lex quidem sancta, et præceptum sanctum, et justum, et bonum [49] ? » Ad quæ nos rursum dicemus, bonam quidem esse legem, si quidem intelligatur spiritualiter, neque eximit nos omnino a lege Christus, imo magis deducit ad id quod excellentius est et præstantius : cum pædagogiam legis ceu fundamentum in nobis præstruxerit, et umbras illas quasi typos, veri cultus tanquam progymnasma ac tyrocinium veteribus præmonstraverit. Illud ad hæc alioqui dicendum est : Lex Mosaica docet a vitio ac peccato abstinere, et commonstratrix est turpitudinis. Paulus itaque ait : « Peccatum non cognovi nisi per legem [50]. » Verum prædicatio Evangelii addit nos omnis virtutis studiosos. Idcirco merito et proprie, et vere bonum reipsa dici potest. Nam illud, « Non occides, Non adulterabis, » initiatos quidem deterrebat a peccato, non tamen quid perfecte bonum sit ostendebat, nimirum fratri non esse irascendum, non concupiscendum, nec ad virtutis apicem et ornamentum perducebat. Eximium quippe est iram vincere : admirabile est posse revellere mali cupiditates, nec permittere mentem ad tetræ et exsecratissimæ cupiditatis principia evagari.

Τῆς ἐν νόμῳ λατρείας τὸ ἀδρανὲς καθορίσας, διά τε τοῦ φάναι, « Τί μοὶ πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν, λέγει Κύριος; Πλήρης εἰμί. » Καὶ τούτοις ἐπενεγκών, « Τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν ; » Ἐπὶ καιροῦ πάλιν τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ἐξηγεῖται τὴν ἀστειότητα, καὶ τῆς ἀληθῶς ἁγίας ζωῆς καταδείκνυσι τὴν ὁδὸν, οὐκ ἐν τύποις ἔτι καὶ σκιαῖς, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς πράγμασι, καὶ τοῖς κατ' ἀρετὴν νοουμένοις αὐχήμασιν ἔχουσι τὸ εὐδόκιμον. Τί γάρ φησι, « Μάθετε καλὸν ποιεῖν ; » Ἆρ' οὖν, εἰπέ μοι, φαίη τις ἄν, ἐξίστησι παντελῶς τῆς νομικῆς ἐντολῆς; οὐκ ἐᾷ τοῖς διὰ Μωσέως τεθεσπισμένοις ἐνατενίζειν ὅλως ; Εἶτα πῶς ἔφασκε Χριστός· « Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι. » Πῶς δὲ καὶ ὁ Παῦλος ἔφασκεν· « Ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία, καὶ δικαία, καὶ ἀγαθή ; » Πρὸς δὴ τὰ τοιάδε πάλιν ἐροῦμεν, ὅτι καλὸς ὁ νόμος, εἰ δή νοοῖτο πνευματικῶς, οὐκ ἐξίστησιν ἡμᾶς ὁλοτρόπως τοῦ νόμου Χριστός; ἀναβιβάζει δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὸ προῦχον καὶ ἄμεινον, ὑποβάθραν ὥσπερ τινὰ προκαταβεὶς ἐν ἡμῖν τὴν διὰ νόμου παιδαγωγίαν, καὶ τῆς ἀληθοῦς λατρείας οἱονεὶ προγύμνασμα προαναδείξας τοῖς ἀρχαιοτέροις τὰ ὡς ἐν σκιαῖς καὶ τύποις. Ἄλλως τε κἀκεῖνο τούτοις ἀναγκαίως ἔστ' εἰπεῖν· Ὁ μὲν νόμος ὁ διὰ Μωσέως, φαυλότητός τε καὶ ἁμαρτίας ἀποσχέσθαι διδάσκει, καὶ τῶν αἰσχιόνων ἐστὶ παραδεικτικός. Καὶ γοῦν ὁ Παῦλός φησι· « Τὴν δὲ ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων εἰ μὴ διὰ τοῦ νόμου. » Τὸ δὲ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικὸν ἀρετῆς ἁπάσης ἡμᾶς ἐπιμελητὰς ἀποφαίνει. Ταύτῃ τοι καὶ ὀνομάζοιτο ἂν εἰκότως, κυρίως τε καὶ ἀληθῶς αὐτὸ χρῆμα τὸ καλόν. Τὸ γὰρ, « Οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, » ἐξίστᾳν ἦν ἁμαρτίας τοὺς παιδευομένους, οὕπω γε μὴν ὅ τί ποτέ ἐστι τὸ καλὸν τελείως ἐκφαίνοντος. Τὸ δὲ δεῖν ὅλως μήτε ὀργίζεσθαι τῷ ἀδελφῷ, μήτε μὴν ἐπιθυμεῖν, τοῖς τῆς ἀρετῆς αὐχήμασιν ἐμβιβάζοντος. Ἐξαίρετον γὰρ τὸ καταθλεῖν ὀργῆς, ἀξιάγαστον δὲ πρὸς τοῦτο τὸ ἀνασειράζειν δύνασθαι τὰς εἰς τὸ φαῦλον ἐπιθυμίας, καὶ μὴ ἐπιτρέπειν

[46] Marc. xii, 14. [47] Matth. xii, 10. [48] Matth. v, 17 [49] Rom. vii, 12. [50] ibid. 7.

Digitized by Google

τὸν νοῦν, κἂν γοῦν εἰς ἀρχὰς ἰέναι τῆς ἐκτόπου καὶ βδελυρωτάτης ἐπιθυμίας. Οὐκοῦν τὸ καλὸν ἀληθῶς εἴη ἂν τὸ μάθημα τὸ εὐαγγελικὸν, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας ἡ δύναμις. Ἐπιφωνητέον δὴ οὖν τοῖς τοῦ γράμματος φίλοις, « Μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἐκζητήσατε κρίσιν, » τοῦτ' ἔστι, τὸ κρίνειν ὀρθῶς. Πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις ἀτοπήμασιν ἅπασιν, νενοσήκασι καὶ τοῦτο τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς οἱ καθηγεῖσθαι λαχόντες, τὸ μὴ ὀρθὰς, φημὶ, ποιεῖσθαι τὰς ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι κρίσεις· ψηφοφορεῖν δὲ μᾶλλον ἀδίκως, καὶ δώρων ἡττᾶσθαι καὶ χρημάτων ἡδονῆς, καὶ τοῖς ἀδικεῖν ἐθέλουσι καταπωλεῖν τῆς ἑαυτῶν ἀνοσίου βουλῆς τὴν σύνεσιν. Ὡς γάρ φησιν ὁ προφήτης, « Οἱ ἡγούμενοι αὐτῆς μετὰ δώρων ἔκρινον. » Ἀναγκαία τοιγαροῦν ἡ ἐντολὴ, καὶ τοῖς εὐαγγελικῶς ἐθέλουσι ζῆν οὐκ ἀσυντελὴς εἰς δικαιοσύνην τὸ κρίνειν ὀρθῶς, οὐκ ἔν γε μόνον τοῖς ἔξω πράγμασιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς εἰς νοῦν καὶ καρδίαν. Οἷον δή τί φημι· Θεοῦ τὴν φαυλότητα καταψέγοντος, ἐπαινεῖ ταύτην ὁ Σατανᾶς. Καὶ ὁ μὲν τοῦ Σωτῆρος ἡμᾶς ἀναπείθει νόμος, ἀξιέραστον ποιεῖσθαι τὸ ἀγαθόν· ἀνθέλκει πρὸς τὸ ἐναντίον ἐκεῖνος. Τότε δὴ τότε κριτὴς ὥσπερ τίς ἐστι καὶ δικαστὴς ἐν ἡμῖν ὁ νοῦς· καὶ ἐπαινέσας μὲν τὸ ἀγαθὸν, καὶ αὐτὸ τὸ χρῆναι κρατεῖν ἀπονέμων, ἐξεζήτησε κρίσιν. Ἐπιδούς γε μὴν φαυλότητι τὸ νικᾷν, ἔξω γέγονε τοῦ κρίνειν ὀρθῶς, καὶ ἀκούσεται δικαίως· « Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρόν· οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν· οἱ τιθέντες τὸ σκότος εἰς φῶς, καὶ τὸ φῶς εἰς σκότος. » Αὔχημα τοίνυν εὐαγγελικὸν τὸ κρίνειν ὀρθῶς, καὶ ἐπαμύνειν ἀδικουμένοις. Τοῦτο γὰρ, οἶμαι, ἐστὶ, τὸ, « Ῥύσασθε ἀδικούμενον. » Ἐπιτηδεύειν δὲ χρὴ πρὸς τούτῳ τὸ συμπαθὲς, καὶ τὸ ἀπροσωπόληπτον. « Κρίνατε ὀρφανῷ, » φησὶ, « καὶ δικαιώσατε χήραν· καὶ δεῦτε, καὶ διελεγχθῶμεν, λέγει Κύριος· » οὐχ ὡς κρινόμενοι τῷ Δεσπότῃ; « Δικαιωθήσεται γὰρ, φησὶ, πάντως ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ, καὶ νικήσει κρινόμενος. » Ἔσται γὰρ οὐδεὶς ἀπὸ ῥύπου καθαρὸς, ἀλλ' οὐδὲ καυχήσεταί τις ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν, διελεγχόμενοι δὲ μᾶλλον, καὶ οἱονεὶ καθ' ἑαυτοὺς δοκιμάζοντες, εἰ μὴ τῆς θείας φιλοτιμίας μέγεθος πολύ τέ ἐστι καὶ ἀξιόληπτον. Ὅς γε ὁ σοφὸς ἡμῖν γράφει Παῦλος· « Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. « Ὑπισχνεῖται τοιγαροῦν τοῖς ἐκ νομικῆς ἀγωγῆς μεθορμιζομένοις τρόπον τινὰ διὰ τῆς πίστεως εἰς ἀστειότητα βίου τοῦ κατὰ Χριστὸν, ἄφεσιν τῶν ἤδη προεπταισμένων. Αὕτη γὰρ ἡμῶν ἡ τῆς ἐλπίδος εἰσβολὴ, καὶ τῆς θείας εἰς ἡμᾶς ἡμερότητος ἀπαρχὴ, θύρα τε ὥσπερ καὶ ὁδός. Ὅτι δὲ καὶ τοῖς εἰσάγαν μεμολυσμένοις, καίτοι ἐπ' ἔλαττον τοῦτο νενοσηκόσιν, ἀρκέσει πρὸς ἀποκάθαρσιν ἡ διὰ πίστεως χάρις, ἀναπείθει λέγων· « Ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ· ἐὰν δὲ ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς ἔριον λευκανῶ. » Δυσέκπλυτον γὰρ οὐδὲν Θεοῦ διασμήχοντος. Ὡς γὰρ ὁ Παῦλος φησὶν, « Οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. Καὶ πάλιν· « Τίς ἐγκαλέσει μετὰ ἐκλεκτῶν Θεοῦ; Θεὸς ὁ δικαιῶν, τίς ὁ κατακρίνων; »

A Proinde vere bona est disciplina Evangelii, et Christianæ institutionis virtus atque efficacia. Clamandum est igitur litteræ amatoribus : « Discite benefacere, exquirite judicium, » scilicet, ut recte judicetis. Nam præter alias fœditates omnes, hoc etiam morbo laborabant Judaicæ Synagogæ nacti principatum, quod recte scilicet nusquam judicarent, sed injuste potius ferrent calculos, et munerum atque donorum illecebra corrumperentur, volentibusque inferre injuriam, impio suo consilio suffragarentur. Ut enim propheta inquit : « Duces ejus propter munera judicabant [51]. » Necessaria igitur præceptio est, etiam his, qui evangelice cupiunt vivere, nec ad justitiam inutilis, recte judicare, non in externis solum rebus, **21** sed in aliis etiam quæ ad B animum et ad cor spectant : puta, cum Deus vitium damnat, Satanas laudat; cum lex Servatoris suadet bonum esse amabile, ille trahit ad contrarium. Tunc in nobis mens veluti judex est et arbiter. Si quod bonum est probarit, eique superiores partes tribuat, jam exquisivit judicium. Sin vitio adjudicet victoriam, discedit tum a recte judicando, et merito audiet : « Væ his qui dicunt malum bonum, et bonum malum : qui dicunt amarum dulce, et dulce amarum : qui vertunt tenebras in lucem, et lucem in tenebras [52]. » Gloria igitur et laus Evangelii est, recte judicare, et oppressos defendere. Hoc enim, opinor, est, « Liberate oppressum. » Exercenda est præterea commiseratio quædam, nec personarum respectus habendus. Patrocinamini, inquit, pupillo, et viduæ causam agite, et adeste, et C disputemus, dicit Dominus, non quasi judicio decertantes cum Domino : « Justificabitur enim omnino in sermonibus suis, et vincet cum judicabitur [53]. » Nemo quippe erit integer sordiumque purus, sed neque gloriabitur quisquam mundum se habere cor : at potius arguentes et velut apud seipsos probantes, sitne magnitudo divinæ magnificentiæ multa, et amplectenda. Sicut et nobis sapiens Paulus scribit : « Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis [54]. » Qui ergo a legis institutione et conversatione ad Christianæ vitæ elegantiam per fidem quodammodo traducuntur, his promittit re- D promissionem eorum, in quibus jam ante offenderunt. Illa enim est nostræ spei introitus, et divinæ erga nos clementiæ primitiæ, et veluti janua ac via. Fidei autem gratiam cum his qui valde inquinati sunt, tum etiam paulum morbo affectis, satis ad emundationem valituram esse, fidem facit, dicens : « Si sint peccata vestra ut purpura, velut nivem inalbabo : et si sint ut coccinum, quasi lanam inalbabo. » Nihil enim difficulter eluitur, Deo detergente. Quemadmodum et Paulus ait : « Ubi abundavit peccatum, superabundavit et gratia [55]. » Et rursus : « Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat, quis est qui condemnet [56]? »

[51] Isa. v, 23. [52] Isa. v, 20. [53] Psal. L, 6. [54] Rom. VIII, 18. [55] Rom. V, 20. [56] Rom. VIII, 33, 34.

Digitized by Google

Vers. 19, 20. *Et si volueritis, et si audieritis, bona* **22** *terræ comedetis. Si vero nolueritis, et non audiveritis me, gladius vos devorabit. Os enim Domini locutum est hæc.*

Affatus est Israelitas universitatis Deus, per sapientissimum Moysen : « Ecce ego posui in consqectu tuo viam vitæ et viam mortis [87]. » Posita enim est nobis ad utrumque semita, et fructus voluntatum cujusque ceu flosculorum est præclare et legitime, aut contra culpate vivere. Sed nec esse potest cuiquam dubium, quin hi qui probam et præclaram Deoque acceptissimam vivunt vitam, semper ad vitam subvehantur : qui autem voluptatibus malis dediti sunt et addicti, exitum habent tendentem in exitium et interitum. Itaque fructus obedientiæ erit, bona terræ comedere, quæ sanctis præparata est; cujus meminit etiam ipse Dominus noster Jesus Christus, in hanc sententiam : « Beati mites, quia ipsi hæreditabunt terram [88]. » Fructus autem malitiæ et vitæ flagitiosæ, est inutilis pœnitentia, et ex divina ira gladius et interitus, ut dictum est, et quid non istiusmodi malorum? Orationem vero suam fide dignam esse demonstrat propheta, cum mox infert : « Os Domini locutum est hæc. » Cum enim fieri non possit ut Deus mentiatur, manet enim semper idem quod est, nempe veritas : annon est necessario intelligendum ea quæ prænuntiata sunt, certissime ad finem esse perventura? Etenim illud necessum est considerare, mirifice et insigniter prodesse sermonem propheticum, cum animis perfectorum et maturorum, tum eorum etiam qui genuina germanaque fide nondum confirmantur. Cum enim posuerit universitatis Deus in propensione eorum, qui erudiantur, cum bonum eligere, tum a malis recedere, liquido probat rerum faciendarum et fugiendarum habenas cuique mortalium dedisse, ut ad id quod elegerit quis, libere ire posset. Cum hoc verum sit, vana nimirum et frigida sutela est, contendere ac dicere, naturale esse in homine malum, vel fortunam aut fatum, aut nativitatem clavum rerum humanarum gubernare, et ad quod cuique eorum placet, quoslibet pro suo arbitratu adigere, ut vitium, aut virtutem colant, non ad id voluntario impulsu, sed tanquam inevitabili nutui subjugati et subditi, necessitate dominantium ægre ac difficulter impulsi. Etenim si malum natura est, **23** ac in substantia inhæret, ut isti nugantur, quomodo pro uniuscujusque voluntate, vel invalescit, vel debilitatur? Si enim vellem bonus esse, nihil obstat quominus talis quoque videar. Si item malus, nihil etiam impediet quominus ad id etiam delabar. Ubi tandem fortunæ et fati virtus? Et quæ est illa nativitas, quæ ulli hominum necessitatis jugum imponit, si modo hoc cujusque voluntatem sequantur, ut præstantes obedientiam, bona terræ comedant?

A *Καὶ ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε. Ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. Τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα.*

Προσπεφώνηκέ που τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως· « Ἰδοὺ δέδωκα πρὸ προσώπου σου τὴν ὁδὸν τῆς ζωῆς, καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ θανάτου. » Τέθειται γὰρ ἐν ἡμῖν ἡ ἐπ' ἄμφω τρίβος, καὶ τῶν ἑκάστου διανευμάτων, ἤγουν θελημάτων καρπὸς ἂν γένοιτο τὸ διαβιῶναι λαμπρῶς καὶ ἐννόμως, ἤγουν ἐτεροίως κατεψεγμένως. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις, ὡς οἱ μὲν τὸν ἀγαθὸν καὶ ἀπόλεκτον καὶ Θεῷ φιλαίτατον βιοῦντες βίον, πάντη τε καὶ πάντως καταίρουσιν εἰς ζωήν. Οἵγε μὴν ταῖς εἰς τὸ φαῦλον ἡδοναῖς ἡττώμενοι, τὸ τέλος ἔχουσιν εἰς ὄλεθρον B καὶ ἀπώλειαν. Εὐπειθείας οὖν ἄρα καρπὸς τὸ φαγεῖν ἔσται τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς τῆς τοῖς ἁγίοις ηὐτρεπισμένης, ἧς καὶ αὐτὸς διαμέμνηται λέγων ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· « Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. » Σκαιότητος δὲ καὶ βίου φιλαμαρτήμονος ἡ ἀνόνητος ὑστεροβουλία, καὶ τὰ ἐκ θείας ὀργῆς, μάχαιρά τε καὶ ὄλεθρος, ὡς ἔφην, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τοιούτων κακῶν; Ἀξιόπιστον δὲ τὸν ἑαυτοῦ λόγον ὁ προφήτης ἀποφαίνει, προσεπάγων εὐθύς, ὅτι « Τὸ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. » Ἐπειδὴ δὲ ἀμήχανον τὸ ψεύσασθαι τὸν Θεὸν (μένει γὰρ ἀεὶ τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν, ἀλήθεια δὲ δηλονότι), πῶς οὐκ ἀνάγκη νοεῖν ὅτι πάντη τε καὶ πάντως εἰς πέρας ἐκβήσεται τὰ προηγγελμένα; Πλὴν ἐκεῖνο περιαθρεῖν ἀναγκαῖον, ὡς ὀνίνησι πλουσίως ὁ προφητικὸς λόγος, C τάς τε τῶν ἀκεραιοτέρων ἔτι ψυχὰς, καὶ μὴν καὶ τὰς τῶν ἤδη γνησίων καὶ ἱδρυμένων ἐν πίστει. Ἐπειδὴ γὰρ τέθεικεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐν ταῖς τῶν παιδαγωγουμένων ῥοπαῖς τὸ ἑλέσθαι μὲν τὸ ἀγαθὸν, ἀποφοιτᾷν δὲ τῶν φαύλων, πεπληροφόρηκεν ὅτι τὰς τῶν πρακτέων ἢ μὴ δέδωκεν ἑκάστῳ τῶν ἐπὶ γῆς ἡνίας, καὶ ἐφ' ὅπερ ἂν ἕλοιτό τις, ἐλάσει μετ' ἐξουσίας. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, εἰκαῖον ἤδη καὶ ψυχρὸν, καὶ ῥαψῴδημα τὸ διατείνεσθαί τε καὶ λέγειν, ὅτι φυσικὸν ἐν ἀνθρώπῳ τὸ κακόν· ἤγουν ὅτι τύχη τε καὶ εἱμαρμένη, καὶ γένεσις πηδαλιουχοῦσι τὰ ἀνθρώπινα, καὶ πρός γε τὸ ἑκάστῃ δοκοῦν, οὓς ἂν ἕλοιντο κατασφίγγουσαι φαυλότητός τε καὶ ἀρετῆς ἀποτελοῦσιν ἐργάτας, οὐκ ἐθελουσίοις ῥοπαῖς ἰόντας D εἰς τοῦτο, κατεζευγμένους δὲ ὥσπερ ἀφύκτοις νεύμασι, καὶ δυσφορήτως ἔχοντας τῇ τῶν κρατούντων ἀνάγκῃ. Εἰ γὰρ φύσει τὸ κακὸν, καὶ ἐνυπόστατόν ἐστιν, ὡς γοῦν ἐκεῖνοι ληροῦντές φασι· πῶς τοῖς ἑκάστου θελήμασι κρατύνεταί τε καὶ ἀσθενεῖ; εἰ γὰρ ἐλοίμην εἶναι χρηστὸς, τὸ κωλύον οὐδὲν ὁρᾶσθαι τοιοῦτον. Εἰ δὲ δὴ καὶ πονηρὸς, ἀπείρξειεν ἂν οὐδὲν καὶ πρός γε τοῦτο κατολισθεῖν. Ποῦ δὲ δὴ τύχης καὶ εἱμαρμένης ἡ δύναμις; ἢ ποία τις γένεσις ἐπιφέρει τισὶ τὸν ἐξ ἀνάγκης ζυγὸν, εἰ τοῖς ἑκάστου θελήμασιν ἀκολουθεῖ, καὶ τὸ φαγεῖν τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς πληροῦν ἑλομένους τὴν ὑπακοὴν, καὶ μὴν καὶ τὸ ἔργον γενέ-

[87] Deut. xxx, 15. [88] Matth. v, 4.

Digitized by Google

σθαι τῆς μαχαίρας (1), εἰ τοῖς θείοις ἀντεξάγοιεν νόμοις τὸ ἀπειθὲς καὶ δυσήκοον;

Πῶς ἐγένετο πόρνη πόλις πιστὴ Σιὼν, πλήρης κρίσεως; πρὶν ἡ δικαιοσύνη ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ, νῦν δὲ φονεῦται.

Καταθαυμάζει τρόπον τινὰ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς τὴν οὕτω σαθρὰν, καὶ οὐκ εὐάφορμον μεταβολὴν, τῆς εἴς γε τὰ χείρω, φημὶ, καὶ τὴν ἐκ τῶν ἀμεινόνων εἰς τὰ αἰσχίω μετάστασιν. Νόμῳ μὲν γὰρ τῷ διὰ Μωσέως τὴν τοῦ συμφέροντος γνῶσιν ἐπαιδεύετο, καὶ εἰς ἕκαστα τῶν πρακτέων διακομιστὴν ἔχουσαν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, λαμπρὰ καὶ εὐδοκιμωτάτη, καὶ ἀξιάγαστος ἦν, πλείστοις ὅσοις ἀνδράσι διαπρεπὴς, οἷς ὁ τῆς δικαιοσύνης καρπὸς ἐπήνθησε πλουσίως, καὶ ἀξιόληπτος ἦν τῷ Θεῷ. Ἦσαν μὲν γὰρ ἐν αὐτῇ προφῆταί τε καὶ ἱερεῖς, καὶ τῶν τῆς δικαιοσύνης ἔργων μελεδωνοὶ, καὶ λαῶν ἡγούμενοι φυλάττοντες κρίσιν, καὶ νόμον ἔχοντες ἐπὶ γλώττης, καὶ τρόπῳ παντὶ χρηστῷ τε καὶ ἀγαθῷ κατηγλαϊσμένοι. Εἶτα τῶν τοιούτων ἁπάντων ἐστερημένη, μᾶλλον τῆς ἀρχαίας ἐκείνης ἐπιεικείας ἀλογεῖν ἑλομένη, καὶ θεμένη παρ' οὐδὲν τὴν εἰς Θεὸν αἰδῶ, καὶ ἀγάπησιν πρὸ μὲν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας προσκεκύνηκε τοῖς μὴ φύσει θεοῖς, τὸν ἕνα τε καὶ ἀληθῶς Δεσπότην ταῖς εἰς τοῦτο πορνείαις ἐκτόπως περιυβρίζουσα. Καὶ οἷά τις πολύκοινος καὶ σεσοβημένη γυνὴ κατὰ πολλοὺς ἠσέβησε τρόπους. Ἄλλοτε ἄλλοις προσκειμένη καθηγηταῖς, πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀπηχθημένων παρὰ Θεοῦ διακομίζειν εἰδόσιν. Αἰτιᾶται γοῦν αὐτὴν διὰ φωνῆς Ἱερεμίου λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Ἴδε ἃ ἐποίησέ μοι ἡ κατοικία τοῦ Ἰσραὴλ, ἐπεπορεύθη ἐπὶ πᾶν ὄρος ὑψηλὸν, καὶ ὑποκάτω παντὸς ξύλου ἀλσώδους, καὶ ἐπόρνευσεν ἐκεῖ. » Καὶ πάλιν ὡς πρὸς αὐτήν· « Ἐὰν ἐξαποστέλλῃ ἀνὴρ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἀπελθοῦσα ἀπ' αὐτοῦ γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ, μὴ ἀνακαλύπτουσα ἀνακαλύψει πρὸς αὐτὸν ἔτι; οὐ μαινομένη μιανθήσεται γυνὴ ἐκείνη; καὶ σὺ ἐξεπόρνευσας ἐν ποιμέσι πολλοῖς, καὶ ἀνεκάλυπτες πρός με, λέγει Κύριος. Ἆρον τοὺς ὀφθαλμούς σου εἰς εὐθεῖαν, καὶ ἴδε, ποῦ οὐκ ἐξεφύρθης, ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἐκάθισας αὐτοῖς, ὡσεὶ κορώνη ἐν ἐρήμῳ μόνῃ. Καὶ ἐμίανας τὴν γῆν ἐν ταῖς πορνείαις σου, καὶ ἐν ταῖς κακίαις σου, καὶ ἔσχες ποιμένας πολλοὺς εἰς πρόσκομμα σεαυτῇ. Ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι, ἀπηνῆσχύν[τ]ησας πρὸς πάντας. » Καταφρονήσασα γὰρ, ὡς ἔφην, τῆς ὑπὸ Θεῷ δουλείας, ἐτράπετο πρὸς ἀπόστασιν καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ τοῖς τῶν εἰδώλων θεραπευταῖς, ἐχρῆτο ποιμέσι καὶ διδασκάλοις. Καὶ ταυτὶ μὲν, ὡς ἔφην, πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας τῆς τῶν Ἰουδαίων Συναγωγῆς τὰ ἐγκλήματα. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς ἐπέλαμψεν ὁ Χριστὸς (ἐπέφανε γὰρ ἡμῖν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, Θεὸς Κύριος), οὐκ αὐτῷ μᾶλλον ἐχρῆτο παιδευτῇ· τετίμηκε δὲ διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων· καὶ τὸν καλὸν ἀφεῖσα ποι-

A adeoque gladio pereant, si per inobedientiam pervicaciamque divinis legibus adversentur?

VERS. 21. *Quomodo facta est meretrix Sion, civitas fidelis, plena judicii? In qua justitia dormivit, in ea nunc homicidæ.*

Admiratur quodammodo Judaicæ Synagogæ adeo flaccidam et lubricam mutationem, mutationem dico et transitum in deteriora, et ex melioribus in turpiora. Ex Mosis siquidem lege, notitiam ejus quod utile est, docebatur : et cum Dei sermonem quasi internuntium et tabellarium haberet, qui singula quæ agenda sunt referret et deportaret, illustris ac spectatissima, et admiratione digna fuit, ac percelebris apud quamplurimos homines, in quibus justitiæ fructus opulenter et affatim efflo-
B ruit, eratque Deo accepta. Exstiterunt enim in ea prophetæ ac sacerdotes, et qui justitiæ muneribus fungebantur : multitudinis quoque præfecti, judicii tenaces et custodes fuerunt, legemque in lingua habuerunt, bonis commodisque moribus omnibus honestati et exornati. Ad extremum vero his tot ac tantis bonis, et antiqua adeo illa probitate, quasi orbata, inconsiderate maluit agere, et religionem ac reverentiam erga Deum amoremque pro nihilo duxit atque contempsit. Siquidem ante Servatoris nostri adventum, adoravit haud natura deos : unum autem et vere Dominum fornicationibus in hoc repertis impie lædens, et tanquam prostituta quæpiam ac lasciva mulier multis variis-
C que modis impia fuit, alias aliis adhærescens doctoribus, qui ad quidvis Deo invisum infestumque adducere noverant. Accusat itaque illam universitatis Deus voce Jeremiæ : « Scis quæ fecit mihi domus Israel : abierunt ad omnem montem excelsum et sub omni ligno frondoso scortati sunt [59]. » Et rursus quasi ad illam : « Si dimiserit quis uxorem suam, eaque recedens ab illo, nubat viro alteri, numquid revertens revertetur 24 ad eum? nonne polluta polluetur uxor illa? Et tu fornicata es in pastoribus multis, et revertebaris ad me, dicit Dominus. Attolle oculos tuos in rectum, et vide, ubi non conspurcata sis. In viis sedebas eis, quasi cornix solitaria; polluisti terram in scortationibus tuis, et in malitia tua. » Habuisti pastores multos
D in offensionem tibi ipsi. Facies meretricis facta est tibi, sine rubore facta es ad omnes [60]. » Etenim, uti dixeram, cultum divinum aspernata, in apostasiam conversa est : ac pastoribus doctoribusque usa est, impuris spiritibus et idolorum cultoribus. Hæc, ita ut dixi, fuerunt ante Servatoris adventum Judaicæ Synagogæ scelera. Postquam vero in terris Christus effulsit, apparuit enim nobis Deus Dominus, ut scriptum est, non illum adhibuit præceptorem, sed coluit potius doctrinas, mandata hominum; ac bono pastore repudiato, qui ad omnia præclarissima

[59] Jerem. III, 6. [60] ibid. 1, 2, 3.

(1) Humfred., *materia et opus fiant gladii*. Tritum apud Græcos loquendi genus. Heliod. lib. I, ἔργον γενέσθαι πολέμου· Synes., ἔργον γενέσθαι συκοφάντου.

Digitized by Google

instituta perducere noverat, Scribis et Pharisæis agglutinata est, et addicta. Hunc ad modum scortata est, etiamsi lex et prophetæ Christi mysterium ei prædicerent, et ipsum adfuturum aliquando prænuntiarent. « Quomodo igitur, » inquit, « facta est meretrix civitas fidelis Sion, plena judicio? » Perinde est ac si diceret : Quæ tot ad intelligendum occasiones accepit, imo vero quæ spiritualibus adjumentis abundavit, in defectionem et apostasiam defluxit, olim fidelis et justitiæ operatrix? In qua justitia habitavit, hoc est, lex conquievit (domicilium enim quoddam ejus fuit, his elementis primis erudita multitudo), nunc in ea diversantur homicidæ? Audisne eum, reliquis omnibus prætermissis, actionem cædis illis intentare? Attraxerunt namque in caput suum pretiosum Christi sanguinem, cum Pilato dicerent : « Sanguis ejus super nos et super filios nostros [61]. » Quin et sanctos prophetas sustulerunt; id quod illis beatus Stephanus objecit : « Dura cervice et increduli corde, vos semper Spiritui sancto resistitis. Quem e prophetis non interfecerunt patres vestri? Ut patres vestri, ita et vos [62]. »

μένα, τὸν εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἁρίστων ἀποκομίζειν εἰδότα, προσεκολλήθη τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ Γραμματεῦσι, καὶ μὴν δὲ καὶ Φαρισαίοις. Ἐκπεπόρνευκε δὲ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον. Καίτοι καὶ νόμον καὶ προφητῶν προανακεκραγότων αὐτῇ τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ ὅτι παρέσται κατὰ καιροὺς προαπηγγελκότων. « Πῶς οὖν ἐγένετο, φησὶ, πόρνη πόλις πιστὴ Σιὼν πλήρης κρίσεως; » Ὅμοιον ὡσεὶ λέγοι· Ποίας λαβοῦσα τὰς τοῦ νοσεῖν ἀφορμὰς, μᾶλλον δὲ πῶς ἀνάμεστος οὖσα πνευματικῶν ἐπικουρημάτων κατώλισθεν εἰς ἀπόστασιν ἡ πάλαι πιστὴ καὶ δικαιοσύνης ἐργάτις, ἐν ᾗ κατέλυσεν ἡ δικαιοσύνη, τοῦτ' ἔστιν, ἀνεπαύσατο νόμος; οἶκος γὰρ ὥσπερ τις αὐτοῦ γέγονεν ἡ τῶν παιδαγωγουμένων πληθὺς, νῦν δὲ καταλελύκασι φονευταί. Ἀκούεις ὅτι πάντα παρεἰς τὰ ἕτερα τὴν μιαιφονίαν αὐτοῖς ἐγκαλεῖ; Κατηντλήκασι γὰρ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς τὸ τίμιον αἷμα Χριστοῦ, Πιλάτῳ λέγοντες· « Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. » Ἀνῃρήκασι δὲ καὶ προφήτας ἁγίους· καὶ τοῦτο αὐτοῖς ὁ μακάριος Στέφανος ὠνείδισε, λέγων· « Σκληροτράχηλοι καὶ ἀπειθεῖς τῇ καρδίᾳ, ὑμεῖς ἀεὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε. Τίνα τῶν προφητῶν οὐκ ἀπέκτειναν οἱ πατέρες ὑμῶν; Ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν καὶ ὑμεῖς. »

Vers. 22, 23. *Argentum vestrum reprobum. Caupones tui miscent vinum aqua, principes tui inobedientes sunt, socii furum,* **25** *diligentes munera, sequentes retributionem, pupillis non judicantes, et judicio viduæ non attendentes.*

Τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον. Οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι, οἱ ἄρχοντές σου ἀπειθοῦσι, κοινωνοὶ κλεπτῶν, ἀγαπῶντες δῶρα, διώκοντες ἀνταπόδομα, ὀρφανοῖς οὐ κρίνοντες, καὶ κρίσει χήρας οὐ προσέχοντες.

Causas mutationis in deterius plane enumerat ac perspicue : et quemadmodum potissimus medicus quispiam ægrotis morbi occasiones aperit, sic et ille cupiens « omnes homines salvos fieri, atque ad agnitionem veritatis pervenire [63], » his qui ex imperitia ab honesto decoroque deflexerunt, causas afflictionum et delictorum exponit. « Reprobum » enim, inquit, est « argentum vestrum. » Argentum vocat reprobum, præcepta, quæ apud ipsos inoleverunt, non ingenua aut liberalia, sed omni potius detestatione referta, ac quæ obesse, non prodesse auditoribus poterant. Solet nimirum Scriptura divinitus aspirata, catecheseos sermones, qui apud populum subditum habentur, argentum appellare. Et sane Dominus noster Jesus Christus simile esse dicit [64] regnum cœlorum homini patrifamilias, qui profecturus peregre vocavit servos suos : et huic quidem dedit quinque talenta, illi vero duo, unum alteri, quibus labore suo defunctis, dignas laudes reddens : « Euge, inquit, serve bone et fidelis. » Ei autem qui abscondit talentum, nihilque omnino labore acquisivit : « Serve, » ait, « nequam et piger, oportebat te mittere argentum meum nummulariis, et ego reversus meum cum fenore recepissem. » Canit etiam beatus David : « Eloquia Domini, eloquia pura, argentum igne examinatum, probatum terræ [65]. » Adulterinum itaque et non probatum argentum fuit, quod apud Judæos erat, id est, quæ

Τῆς ἐπὶ τὰ χείρω μεταβολῆς τὰς αἰτίας ἀπαριθμεῖται σαφῶς. Καὶ ὥσπερ τις τῶν εὐτεχνεστάτων ἰατρῶν τοῖς ἠῤῥωστηκόσι λέγει τὰς τοῦ νοσεῖν ἀφορμὰς, οὕτω καὶ αὐτὸς ὁ πάντας ἀνθρώπους θέλων σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, τοῖς ἐξ ἀμαθίας ἠῤῥωστηκόσι τοῦ πρέποντος διατρανοῖ τὰς αἰτίας τῶν ἐν αὐτοῖς παθῶν καὶ πλημμελημάτων. « Ἀδόκιμον γὰρ τὸ ἀργύριον ὑμῶν, » φησί. Καὶ ἀργύριον μὲν ἀδόκιμον ὀνομάζει τῶν παρ' αὐτοῖς διδασκάλων τὸν οὐκ εὐφυᾶ, μᾶλλον δὲ καὶ βδελυρίας ἀπάσης ἐπίμεστον λόγον· καὶ ἀδικῆσαι μᾶλλον ἢπερ ὀνῆσαι δυνάμενον τοὺς ἀκροωμένους. Κατείθισται δέ πως ἡ θεόπνευστος Γραφὴ τοὺς τῆς κατηχήσεως λόγους, οὓς ἂν ποιοῖντό τινες τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς ἀργύριον ἀποκαλεῖν. Καὶ γοῦν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ὁμοιοῦσθαί φησι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὃς μέλλων ἀποδημεῖν ἐκάλεσε τοὺς ἑαυτοῦ δούλους· καὶ ᾧ μὲν ἔδωκε πέντε τάλαντα, ᾧ δὲ ἕν, καὶ ἀπεδήμησεν· πεπονηκόσι δὲ αὐτοῖς περ. . . . τοὺς ἐπαίνους ἀποδιδοὺς, « Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ, καὶ πιστὲ, » φησί. Τῷ γε μὴν ἀποκρύψαντι τὸ τάλαντον, προσειργασμένῳ δὲ παντελῶς οὐδέν, « Πονηρὲ δοῦλε, » φησὶ, « καὶ ὀκνηρὲ, ἔδει σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις, κἀγὼ ἐλθὼν ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ. » Ψάλλει δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· « Τὰ λόγια Κυρίου, λόγια ἁγνὰ, ἀργύριον πεπυρωμένον δόκιμον τῇ γῇ. Κίβδηλον οὖν ἄρα καὶ ἀδόκιμον παν-

[61] Matth. xxvii, 25. [62] Act. vii, 51, 52. [63] I Timoth. ii, 4. [64] Matth. xxv, 14-29. [65] Psal. xi, 7.

Digitized by Google

τελῶς ἀργύριον τὸ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις, τοῦτ' ἔστιν, ὁ παρὰ τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων λόγος, οἷα δὴ καὶ καπήλοις προσεοικότες ὕδατι τὸν οἶνον μίσγειν ἤθελον· τοῦτ' ἔστι, νενοθευμένην, καὶ οὐκ ἀκαπήλευτον ἐποιοῦντο τοῦ νόμου τὴν ἐξήγησιν· παραπλέκοντές τι καὶ ἰδίων αὐτοῖς θελημάτων, καὶ ψυχρῶν καὶ ὑδαρεστέρων ἐννοιῶν παρεισκρίνοντες οὐκ ἀμιγεῖ τοῦ χείρονος, οὐδὲ ὡς ἂν εἴποι τις ἄκρατον ἐποιοῦντο τῆς τοῦ νομοθέτου βουλῆς τὴν ἀπόδοσιν. Καὶ γοῦν προσίεσαν μὲν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι τῷ Σωτῆρι λέγοντές ποτε· « Διὰ τί οἱ μαθηταί σου παραβαίνουσι τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων; οὐ γὰρ νίπτονται τὰς χεῖρας αὐτῶν, ὅταν τὸν ἄρτον ἐσθίουσιν. Ὁ δὲ πρὸς αὐτούς· Διὰ τί καὶ ὑμεῖς παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν; Ὁ γὰρ Θεὸς εἶπεν, Τίμα τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, καί, ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω· ὑμεῖς δὲ λέγετε, Ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατέρι ἢ μητέρι, Δῶρον, ὃ ἂν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, οὐ μὴ τιμήσει τὸν πατέρα αὐτοῦ ἢ τὴν μητέρα· καὶ ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδασιν ὑμῶν. » Ὁρᾷς ἐν τούτοις τῆς Ἰουδαϊκῆς καπηλείας σαφῆ τὰ ἐγκλήματα; ταῖς γὰρ οἰκείαις παραδόσεσιν ἔπεσθαι δεῖν ἐθέλοντες, ἀκύρους ἀπέφαινον τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους. Ὑποπλαττόμενοι μὲν ἐξηγεῖσθαι καὶ αὐτοὺς, συνεισφέροντες δὲ παραδόσεις ἐώλους καὶ ψυχράς. Αἰτιᾶται δὲ τοὺς ἄρχοντας, ὡς πολὺ νοσοῦντας τὸ ἐξήνιον, καὶ γαῦρον ὥσπερ ἀνατείνοντας τὸν αὐχένα, καὶ ἀπειθεῖν ἠρημένους. Οὐ γὰρ ἤθελον προσίεσθαι τὴν πίστιν τὴν εἰς Χριστὸν δηλονότι, καίτοι τοῦ νόμου διακεκραγότος αὐτοῖς ἄνω τε καὶ κάτω, τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον, καὶ κατὰ μυρίους ὅσους αὐτὸ δεικνύοντος τρόπους. Καὶ γοῦν ἔφη πρὸς αὐτοὺς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· « Ἢ δοκεῖτε ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω ὑμῶν πρὸς τὸν Πατέρα; Ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν, Μωσῆς, εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίσατε. Εἰ γὰρ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί, περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. » Ἀπειθεῖς οὖν ἄρα, μήτε τὴν τοῦ νόμου βούλησιν ἄκρατον ὥσπερ καὶ ἀνόθευτον διερμηνεύειν ἐθέλοντες τοῖς ἄλλοις, μήτε μὴν τὴν διὰ Μωσέως καὶ προφητῶν καὶ ἁγίων προκεκηρυγμένην τιμήσαντες πίστιν. Οὐ γὰρ ἤθελον ὑπακοῦσαι λέγοντι τῷ Χριστῷ· « Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς. » Καὶ πρός γε τῷ εἶναι σκληροὶ τε καὶ ἀπειθεῖς, κοινωνοὶ γεγόνασι κλεπτῶν· τοῦτο μὲν τοῖς δωροδοκοῦσι συνκαστάμενοι (Sic), τοῦτο δὲ συνδεδραμηκότες ταῖς ἀνοσίοις βουλαῖς τοῦ προδόντος αὐτοῖς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, ὃς ἦν πονηρός τε ἅμα καὶ κλεπτίστατος μαθητής. Ἐρασιχρήματοι δὲ καὶ ἑτέρως οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ, τὸ κύμινόν τε καὶ τὸ ἄνηθον, καὶ πᾶν λάχανον ἀποδεκατοῦντες, καὶ ἀφιέντες τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν, καὶ τὸ ἔλεος, καὶ τὴν πίστιν. Οὐ γὰρ ἔκρινον ὀρφανοῖς καὶ χήραις. Ζητοῦντες δὲ μᾶλλον παρὰ τῶν προσαγόντων αὐτοῖς ἀνταπόδομα, κατεδί-

A a Scribis ac Pharisæis proficiscebatur oratio; qui cauponibus assimiles, aqua vinum permiscuerunt, id est, legis interpretationem spuriam et adulterinam affinxerunt : et intexentes sua quædam placita, ac frigidos dilutosque sensus interponentes, non meram, ut ita dixerim, simplicem ac puram, sed cum deteriore mistam legislatoris voluntatis explicationem reddiderunt. Adierunt nimirum Servatorem Scribæ ac Pharisæi aliquando, ac dixerunt : « Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Non enim lavant manus suas, cum panem edunt? » Quibus ille : « Quare et vos, inquit, transgredimini præceptum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit : Honora patrem et matrem; **26** et : Qui maledicit patri aut matri, morte

B moriatur. At vos dicitis : Si quis dixerit patri vel matri, Munus, quodcunque est ex me, tibi proderit, non honorificabit patrem suum vel matrem suam; et irritum fecistis præceptum Dei propter traditionem vestram [66]. » Videsne in his verbis manifestum crimen Judaicæ fallaciæ? Dum enim suas ac proprias traditiones consectari volunt, irritas Dei leges fecerunt : fingentes quidem eas se exposuisse : inferentes tamen traditiones futiles ac frigidas. Insimulat porro principes ut qui effreni quodam fastu laborarent, et sublata quasi cervice obedire nollent. Non enim fidem Christi admittere voluerunt, quantumvis lex passim supra et infra, ejus mysterium clamitaret, idque innumeris modis ostenderet. Si-

C quidem et Dominus noster Jesus Christus illis dixit : « Putatisne me accusaturum vos apud Patrem? Est qui accuset vos, Moses, in quo vos fiduciam collocastis. Si enim credidissetis Mosi, credidissetis et mihi : de me enim ille scripsit [67]. » Præfracti itaque erant, neque legis voluntatem puram, simplicem genuinamque interpretari volebant populo, neque fidem per Mosem et prophetas sanctos prædicatam colere, neque obtemperare Christo dicenti : « Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Imponite jugum meum vobis [68]. » Etenim quoniam duri et inobedientes fuerunt, consortes furum exstiterunt : partim largientibus munera consentiendo, partim cum nefariis consiliis perditi simul et furacissimi discipuli, Do-

D minum nostrum Jesum Christum prodentis, conspirando. Quin et alioqui attenti fuerunt ad rem Judæorum præfecti, cuminum, anethum, et omne olus decumantes; graviora autem legis capita, judicium, misericordiam, fidem prætermittentes. Nec enim orphanis judicabant, neque viduis, sed petentes potius ab his qui offerrent, mercedem, impie quandoque condemnabant injuste oppressos, iniquissimum in eos calculum ac sententiam ferentes. Ex eo autem quod injuste judicarent, et turpiter muneribus servirent, etiam in ipsum Christum sunt furiose debacchati. Ut enim a populis munera haberent, vineæ dominum non receperunt, eam in

[66] Matth. xv, 1-6. [67] Joan. v, 45, 46. [68] Matth. xi, 28, 29.

Digitized by Google

suam proprie **27** sortem sevocantes, quæ ipsi et quidem soli debebatur. Quamvis enim lex diceret : « Innocentem ac justum non occides [69], » eum tamen insontem justumque interfecerunt.

καζον ἀνοσίως τῶν ἀδικουμένων ἑαῦ' ὅτε, ψῆφον ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἐκνομωτάτην ἐκφέροντες. Ἀπὸ δὴ τοῦ κρίνειν ἀδίκως καὶ αἰσχρῶς ἠττᾶσθαι λημμάτων, καὶ εἰς αὐτὸν πεπαρῳνήκασι τὸν Χριστόν. Ἵνα γὰρ ἔχοιεν τὰς παρὰ τῶν λαῶν δωροφορίας, οὐ προσήκαντο τὸν τοῦ ἀμπελῶνος δεσπότην, ἴδιον ποιούμενοι κλῆρον τὸν αὐτῷ καὶ μόνῳ πρέποντά τε καὶ ὀφειλόμενον. Ἀπεκτόνασι γὰρ ἀθῷον ὄντα καὶ δίκαιον, καίτοι τοῦ νόμου λέγοντος· « Ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς. »

Vers. 24. *Idcirco hæc dicit dominator Dominus Sabaoth : Væ fortes Israel : non cessabit enim furor meus contra adversarios, et judicium de inimicis meis faciam.*

Διὰ τοῦτο τάδε λέγει ὁ δεσπότης Κύριος Σαβαὼθ· Οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες Ἰσραήλ· οὐ παύσεται γάρ μου ὁ θυμὸς ἐν τοῖς ὑπεναντίοις, καὶ κρίσιν ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου ποιήσω.

Causas cur perierit Jerusalem refert in eos qui principatum obtinebant, et sane merito. Sequitur enim illos ut plurimum vulgus quod ipsis subest : quemadmodum certe et pastores, quibus subjectus est, grex. Si enim ad pinguia illos et copiosa prædia deducant, habitiores evadent illi et bene saginati; sin in terram salsam et spinarum altricem, inedia illos perdent ac periment. Idem et in nobis ipsis verum esse inveniemus. Nam interpretationibus illis, quæ ad rectitudinem, virtutem, Deique notitiam inculpatam adducunt, mens eorum qui initiantur et informantur, fecundatur quasi et pinguescit : consiliis vero ad impietatem vergentibus, ad rerum turpiorum desiderium aviditatemque quam facillime delabitur. Tale quiddam passi Israelitæ Scribarum ac Pharisæorum traditionibus atque doctrinis, miseri disperierunt. Non enim sinebant eos veram et servatricem viam insistere, viam, inquam, per fidem, quæ est in Dominum nostrum Jesum Christum. Siquidem curato eo, qui ab ortu cæcus erat, cum per totam Jerusalem divini miraculi magnitudinem admirarentur, cumque is qui a morbo liberatus est, medicum prædicaret, diserte clamarunt hi, quorum munus erat ad veritatem instruere : « Da gloriam Deo, nos scimus hunc hominem peccatorem esse [70]. » Testatur præterea quidam e sanctis evangelistis jam convenisse Scribas et Pharisæos, ut qui illum confiteretur esse Christum a communione Ecclesiæ segregaretur. Idcirco, dum pudorem ac reverentiam, quam erga se ipsi habuerunt, saluti suæ imprudentissime anteferrent; omnino gloriæ quæ a Deo est inanes expertesque exstiterunt. Quod illis denuntiavit Servator : « Quomodo potestis credere, gloriam a vobis invicem percipientes, et gloriam, quæ a solo Deo est, non quærentes [71] ? » Et etiam alicubi : « Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quoniam claudits regnum cœlorum [72]. » Scandalum igitur facti sunt populo, et contra majestatem Christi continue pugnant. **28** Hinc itaque dicit de illis : « Væ potentibus. Non cessabit enim furor meus contra hostes, et judicium de inimicis meis exercebo. » Videsne quo pacto adversarios illos, et quidem hostes appellet ? Et in illos maxime divinam iram incursuram ac sævituram ait. Par enim fuit, par fuit plecti gravius eos, et judicanti rationes reddere de

Τοῦ κατεφθάρθαι τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀνατίθησι τὰς αἰτίας τοῖς καθηγεῖσθαι λαχοῦσι, καὶ μάλα εἰκότως. Ἕπεται γὰρ ἐπὶ πᾶν αὐτοῖς τὸ ὑπήκοον· καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῖς ποιμέσι τὰ ὑπὸ χεῖρα θρέμματα. Εἰ γὰρ ἀποκομίζοιεν εἰς πίονά τε αὐτὰ καὶ ἀμφιλαφῆ νομήν, εὔρωστά τε εἶεν ἂν καὶ εὐτραφῆ λίαν· εἰ δὲ εἰς γῆν ἁλμάδα καὶ ἀκανθῶν μητέρα, καταφθεροῦσι πάντως αὐτὰ ταῖς κακοσιτ[ε]ίαις. Τοιοῦτόν τι ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἀληθὲς ἂν εὑρήσομεν. Εἰσηγήσεσι μὲν γὰρ ταῖς εἰς ὀρθότητά τε καὶ ἀρετὴν καὶ θεογνωσίαν ἀμώμητον ὁ τῶν παιδαγωγουμένων καταπιαίνεται νοῦς. Ταῖς γε μὴν εἰς ἀνοσιότητα συμβουλίαις ἑτοιμότατα καταῤῥεῖ πρὸς τὴν τῶν αἰσχιόνων ἔφεσίν τε καὶ προθυμίαν. Τοιοῦτόν τι πεπονθότες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ ταῖς τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων παραδόσεσι καὶ διδασκαλίαις οἱ τάλανες διολώλασιν. Οὐ γὰρ εἴων αὐτοὺς τὴν ἀληθῆ καὶ σωτήριον ἰέναι τρίβον, τὴν διὰ πίστεως λέγω, τῆς εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ γοῦν τεθεράπευκε μὲν τὸν ἐκ γεννετῆς τυφλὸν, καὶ τεθαυμάκασι μὲν οἱ κατὰ πᾶσαν τὴν Ἱερουσαλὴμ τῆς θεοσημείας τὸ μέγεθος, κηρύττοντι δὲ τὸν ἰατρὸν τῷ τοῦ πάθους ἀπηλλαγμένῳ διαῤῥήδην ἔφασκον οἱ παιδαγωγεῖν ὀφείλοντες εἰς ἀλήθειαν « Δὸς δόξαν τῷ Θεῷ, ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἁμαρτωλός ἐστιν. » Ἐπιμαρτύρεται δέ τις τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν, ὅτι ἤδη συνετέθειντο οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι, ἵνα ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ Χριστὸν, ἀποσυνάγωγος γένηται. Ταύτῃ τοι καὶ τὴν εἰς ἀλλήλους αἰδῶ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἀδουλότατα προτετιμηκότες, ἀμέτοχοι παντελῶς τῆς παρὰ Θεοῦ μεμενήκασι δόξης. Καὶ τοῦτο αὐτοῖς ἔφασκεν ὁ Σωτήρ· « Πῶς δύνασθε πιστεύειν δόξαν παρ' ἀλλήλων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ οὐ ζητεῖτε; » Καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι· « Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. » Σκάνδαλον τοίνυν γεγόνασι τοῖς λαοῖς, καὶ τῇ δόξῃ Χριστοῦ πολεμοῦντες οὐ διαλιμπάνουσιν. Ταύτῃ τοι περὶ αὐτῶν φησιν· « Οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες. Οὐ παύσεται γάρ μου ὁ θυμὸς ἐκ τῶν ὑπεναντίων, καὶ κρίσιν ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου ποιήσω. » Ὁρᾷς ὅπως ἐναντίους τε αὐτοὺς καὶ μὴν καὶ ἐχθροὺς ὀνομάζει; Καὶ ἐπ' αὐτοὺς δὴ μάλιστα τὰ ἐκ τῆς θείας ὀργῆς δραμεῖσθαί φησιν. Ἔδει γὰρ, ἔδει μειζόνως κολάζεσθαι, καὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων ἀπωλείας ὑποσχεῖν τῷ κρίνοντι λόγους. Οὓς ἦν εἰκὸς δύνασθαι καὶ διασώζειν αὐτοὺς, εἴπερ ἤθελον ὀρθά τε

[69] Exod. xxiii, 7. [70] Joan. ix, 44. [71] Joan. v, 44. [72] Matth. xxiii, 13.

Digitized by Google

autem non recessit ab hominibus, confirmabit ipse cum dicit: « Deus appropinquans ego sum, ait Dominus, et non Deus procul [82]. » Audiant ergo qui avaritiæ dediti sunt, et qui vim fratribus inferunt: Numquid habitabitis soli in terra? Præsens est enim universorum Deus. Sciendum vero quod propheta aliud quiddam non invenustum nobis hisce verbis innuit. O divites enim, inquit, quid proximi bona rapitis et vicinum odio habuistis? Eveniet sane, ut vos soli inhabitetis regionem, exturbatis aliis omnibus. Desolatam proinde terram et vacuam habitatoribus reddetis. Itaque optimum et consultissimum, ea solum suscipere quæ ad vitam seipsa contentam ac moderatam pertinent. Est etenim portio tenuis cum timore Domini melior quam multi proventus cum injustitia. Utque etiam aliquid ex sacris Litteris desumptum commemoretur: præfuit quidam olim Israeli in Samaria, qui domo sumptuosa et magnifica sibi exstructa, de ea decidit, ac confestim periit. Hunc Deus reprehendens ut qui frustra laborasset: Ædificasti, inquit, tibi ipsi domum **86** concinne fabrefactam, cœnacula perflatilia, diducta fenestris, materiata cedro, et perunucta minio. Non regnabis, quia tu exasperasti in Achazo patre tuo. Melius tibi fuisset judicium et præclaram justitiam exercuisse. « Non enim proderunt thesauri iniquis, » sicuti scriptum est [83], « sed justitia liberabit a morte. »

A ὑμῶν κράξει, καὶ αἱ βοαὶ τῶν θερισάντων εἰς τὰ ὦτα Κυρίου Σαβαὼθ εἰσεληλύθασιν. » Δέχεται γὰρ καὶ λίαν ἑτοίμως τὰς τῶν πλεονεκτουμένων φωνὰς ἡ παναγία τε καὶ μισοπόνηρος φύσις. Ὅτι δὲ οὐκ ἀφέστηκε τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, πιστώσεται λέγων αὐτός· « Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, λέγει Κύριος, καὶ οὐ Θεὸς πόρρωθεν. » Ἀκουέτωσαν τοίνυν οἱ πλεονεκτεῖν ἐθέλοντες, καὶ βιάζειν, καὶ διαρπάζειν ἀδελφούς· Μὴ οἰκήσετε μόνοι ἐπὶ τῆς γῆς; Πάρεστι γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεός. Ἰστέον δὲ ὅ τι, καίτοι κατὰ τὸ εἰκὸς τῶν ἄγαν ἀστειοτάτων, ὁ προφήτης ἡμῖν ἐν τούτοις ὑποδηλοῖ· Ὦ γὰρ πλούσιοι, φησὶ, τί τὰ τοῦ πλησίον ἁρπάζετε, καὶ μεμισήκατε τὸν ἐγγύς; Συμβήσεται πάντως ὑμῖν δὴ καὶ μόνοις οἰκῆσαι τὴν χώραν, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐξωθουμένων. Ἔρημον οὖν τῶν κατῳκημένων ἀποφανεῖτε τὴν γῆν. Ἄριστον οὖν ἄρα καὶ σοφὸν, μεταποιεῖσθαι μόνων τῶν εἰς αὐτάρκειαν τὴν μεμετρημένην. Κρεῖσσον γὰρ μερὶς μικρὰ μετὰ τοῦ φόβου Κυρίου, ἢ πολλὰ γεννήματα μετὰ ἀδικίας. Εἰ δὲ δή τι χρὴ καὶ ἐξ ἱερῶν γραμμάτων λαβόντας εἰπεῖν, βεβασίλευκέ τις τῶν ἐν Σαμαρείᾳ κατὰ καιροὺς τοῦ Ἰσραὴλ, ὃς δὴ καὶ οἶκον πολυτελέστατον ἑαυτῷ ἀναστήσας, πίπτει μὲν παρ' αὐτοῦ καὶ παραχρῆμα διάλλυται. Διελέγχων δὲ Θεὸς ὡς εἰκῇ πεποιηκότα, φησίν· Ὠκοδόμησας σεαυτῷ οἶκον σύμμετρον, ὑπερῷα ῥιπιστὰ, διεσταλμένα θυρίσιν, ἐξυλωμένα ἐκ κέδρων, καὶ κεχρισμένα ἐν μίλτῳ. Μὴ βασιλεύσῃς, ὅτι σὺ παρωξύνθης ἐν Ἀχὰζ τῷ πατρί σου. Βέλτιον ἦν σε

B

ποιεῖν κρίμα καὶ δικαιοσύνην καλήν. « Οὐ γὰρ ἂν ὀνήσουσι θησαυροὶ ἀνόμους, » κατὰ τὸ γεγραμμένον· « δικαιοσύνη δὲ ῥύσεται ἐκ θανάτου. »

VERS. 9. 10. *Si enim fuerint domus multæ, magnæ et pulchræ, desertæ erunt: nec erunt qui habitent in illis. Ubi enim decem juga boum laborant, facient lagunculam unam: et qui seminat artabas sex, faciet mensuras tres.*

C

Ἐὰν γὰρ γένωνται οἰκίαι πολλαὶ, εἰς ἐρήμωσιν ἔσονται μεγάλαι καὶ καλαί· καὶ οὐκ ἔσονται οἱ ἐνοικοῦντες ἐν αὐταῖς. Οὗ γὰρ ἔργονται δέκα ζεύγη βοῶν ποιήσει κεράμιον ἕν· καὶ ὁ σπείρων ἀρτάβας ἓξ ποιήσει μέτρα τρία.

Audierat enim procul dubio Dominus Sabaoth auribus suis avaritiam potentiorum qua usi sunt in alios. Quid ergo? Num conticuit? num tacite dimisit? num iræ frenum intulit? Nequaquam, inquit. Atque hujus rei perspicuum argumentum, quod ostendit irritum studium esse eorum qui rerum alienarum amore tenentur. Nam quæ tandem utilitas, inquit, domum domui jungere, splendide etiam atque ambitiose adornare ædes, si nullus futurus sit, inquit, qui in eis habitaturus sit, bello parvos æque ac magnos consumente? Quid vero illis emolumenti erit ex agris amplissimis, cum propter avaritiam possidentium, hoc est, diripientium, fructus percipere Deus non permittat? Erit enim, erit tanta in agris infecunditas, ut ex viginti boum, seu decem jugerum laboribus in vineis, vix una surgat amphora; et ex satis mensuris sex, reditus fructuum ex semine jacto, vix dimidiata parte proveniant. Sufficiet autem, opinor, ad opus faciendum jugis decem boum, multum agri vitibus consiti, multum item terræ arabilis. Inutilis igitur possessio, et plura possidendi studium inane

Ἠκούσθη μὲν γὰρ ὁμολογουμένως, φησὶν, εἰς τὰ ὦτα Κυρίου Σαβαὼθ, τὰ τῆς καθ' ἑτέρων πλεονεξίας ἐγκλήματα τῶν δυνατωτέρων. Τί οὖν σεσίγηκεν ἄρα, παρῆκεν ἡσυχῇ, καὶ χαλινὸν ἐπήνεγκε ταῖς ὀργαῖς; Οὐδαμῶς, φησί. Καὶ τούτου σαφὴς ἀπόδειξις, τὸ εἰκαῖον ἀποφῆναι τοῖς τῶν ἀλλοτρίων ἐρασταῖς τὸ ἐπὶ τούτῳ σπούδασμα. Ποία γὰρ δύνησις τοῦ συνάπτειν οἰκίαν πρὸς οἰκίαν, λαμπρῶς τε καὶ φιλοτίμως κατασκευάζειν ἑστίας, εἰ μή τις ἔσται, φησὶ, κατοικήσων ἐν αὐταῖς, δαπανήσαντος τοῦ πολέμου μικροὺς καὶ μεγάλους; Τί δὲ τῶν εὐρυτάτων αὐτοῖς ὄφελος ἀγρῶν, εὐκαρπεῖν αὐτοῖς οὐκ ἐῶντος Θεοῦ, διὰ τὰς τῶν κτησαμένων, ἤγουν ἁρπασάντων πλεονεξίας; Ἔσται γὰρ, ἔσται ἐν ἀφορίᾳ τοσαύτῃ τὰ ἐν ἀγροῖς, ὡς εἴκοσι μόσχων, ἤτοι ζευγῶν δέκα πονούντων ἐν ἀμπελῶσιν, ἓν καὶ μόλις γενέσθαι κεράμιον· καὶ σπαρέντων μέτρων ἓξ ἐν ἡμίσει τῆς τῶν σπερμάτων καταβολῆς τὴν τῶν καρπῶν ἀπόδοσιν ἰδεῖν. Ἀρκέσει δὲ, οἶμαι, πρὸς ἐργασίαν ζεύγεσι δέκα βοῶν, πλείστη μὲν ἀμπελόφυτος γῆ, πλεῖστοι δὲ ὁμοίως ἀρόσιμοι κλῆροι. Οὐκοῦν ἀνόνητος ἡ κτῆσις, καὶ τοῦ πλεονεκτεῖν εἰκαῖος ὁ πόνος, εἰ μήτε τις οἰκήσει τὰς ἐν

D

[82] Jerem. XXIII, 23. [83] Prov. X, 2.

Digitized by Google

τοῖς ἄστεσιν οἰκίας. Μὴ μὴν εὐφορήσει τὰ ἐν ἀγροῖς, Θεοῦ καταφθείροντος, καὶ τὴν τῶν ἁπλήστων ἐλέγχοντος ἀδικίαν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡμῶν ἕκαστος ἐν ἰδίᾳ ψυχῇ νοητὸν ἔχει γεώργιον, καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης ἐργάζεται σπόρον, φυλαττώμεθα τὸ προσκρούειν Θεῷ. Τότε γὰρ τότε, καθάπερ οἶκον ἀσφαλῆ καὶ ἐρηρεισμένον, οἰκήσομεν τὴν πολυειδῆ καὶ παμποίκιλον ἀρετήν, πληθυνοῦμεν δὲ σίτων ὥσπερ κοιλάδες· εὐλογήσει δὲ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὸν σπόρον ἡμῶν, καὶ αὐξήσει τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ἡμῶν, καθά φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος.

Οὐαὶ οἱ ἐγειρόμενοι τῷ πρωΐ, καὶ τὸ σίκερα διώκοντες, οἱ μένοντες τὸ ὀψέ· ὁ γὰρ οἶνος αὐτοὺς συγκαύσει. Μετὰ γὰρ κιθάρας καὶ ψαλτηρίου καὶ τυμπάνων, τὸν οἶνον πίνουσι, καὶ αὐλῶν, τὰ δὲ ἔργα Κυρίου οὐκ ἐμβλέπουσι, καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ οὐ κατανοοῦσιν.

Συνάπτει τοῖς πρώτοις ἕτερα καὶ παγχάλεπα τῶν πλουσίων ἐγκλήματα. Πάρεσται γὰρ αὐτοῖς, πρός γε τῷ βούλεσθαι πλεονεκτεῖν καὶ ἀκορέστως βιάζεσθαι τοὺς ἀσθενεστέρους, καὶ τὸ ἐν πότοις εἶναι φιλεῖν, καὶ τρυφαῖς ἐπιγάννυσθαι, κώμοις τε καὶ μέθαις ἀκαταλήκτοις, καὶ τοῖς ἐκ φιλοσαρκίας καταμιαίνεσθαι κακοῖς· καὶ τοῦτο ἐνδελεχῶς οἴεσθαι δεῖν αὐτοὺς ἐν παντὶ δὴ τούτῳ πράττειν καιρῷ. Ἱκανὸς γὰρ ὁ πλοῦτος ἀκονῆσαι πρὸς τρυφάς, καὶ τὸν ἐπ' αὐτοῖς ἀφανίσαι κόρον. Ἀλλ' « ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα, » καθά φησιν ὁ Παῦλος, « ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν. » Τέλος γὰρ τῆς προσκαίρου τρυφῆς μακρὸν καὶ διηνεκὲς ἔσται δάκρυον, καὶ σαρκικῆς ἡδονῆς διεθρος ὁ καιρός. Γράφει τοίνυν ἡμῖν ὁ προφήτης τὰς τῶν Ἰουδαίων ἀγερωχίας, καὶ τὸ ἐξίτηλον εἰς τρυφάς, καὶ τὸ κεχυμένον εἰς ἀσωτίας. Πάντα γάρ, φησὶ, καιρὸν ἀπονέμοντες ταῖς γαστριμαργίαις, ὑπὸ τὴν ἕω ζητοῦσι τὸ σίκερα, καὶ τοῖς ἡλίου δρόμοις συνεκτείνουσι τοὺς πότους, καὶ μέχρις αὐτῆς μένοντες τῆς ἑσπέρας. Ὁ γὰρ οἶνος αὐτοὺς συγκαύσει. Ὁμολογουμένως μὲν γὰρ ἐμποιεῖ τινα καῦσιν δόξῃ πινόμενος τοῖς σπλάγχνοις ὁ οἶνος. Συγκαύσει δὲ καὶ ἑτέρως τοῦ μεθύειν τοὺς ἐραστὰς, ἔσται γὰρ αὐτοῖς πρὸς τοῦτο κολάζοντος ἀφορμή. Συγκαυθήσονται δὲ πάντη τε καὶ πάντως εἰς φλόγας πεμπόμενοι τὰς διηνεκεῖς, καὶ ἡτοιμασμένας τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Ταύτῃτοι καὶ ὁ μέθυσος ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις βεβήλοις ἀπόκληρος ἔσται παρὰ Θεῷ, καὶ εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν οὐκ εἰσελεύσεται. Ὅρα γὰρ ὅση τῶν Ἰουδαίων γέγονε κατὰ καιροὺς ἡ ἐπὶ τὸ χρῆναι τρυφᾷν ἐξιτηλία. Ὅπου γὰρ ἡ κιθάρας κτύπος, καὶ τυμπάνων ἦχος, καὶ τῶν αὐλούντων συναναφώνησις, σὺν εὐρυθμίᾳ καὶ κρότοις, ἐκεῖ που πάντως ἐστὶ καὶ πᾶν εἶδος ἀκαθαρσίας, καὶ τὰ κρυφῇ γιγνόμενα παρ' αὐτῶν, ἃ καὶ αἰσχρόν ἐστι λέγειν. Ζημιοῖ δὲ τοῦτο αὐτοὺς τὸ μὴ δύνασθαι καθορᾶν τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, μήτε μὴν ἐνατενίζειν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Ὥσπερ γὰρ ὁ τοῦ σώματος ὀφθαλμὸς, ἢ κόνεως ἐμβαλούσης, ἢ λήμης ἐγκεχυ-

est, nisi sit qui domos in urbibus inhabitet. Nec feliciter provenient quæ sunt in agris, Deo vastante et eorum injustitiam coarguente. Quia vero quisque nostrum animo suo habet agricolationem sub intelligentiam cadentem, et sementem justitiæ facit: caveamus ne in offensionem divinam incurramus. Tunc enim, tunc virtutes multiplices ac variæ in nobis tanquam in domicilio tuto ac munito habitabunt, et frumentum quasi in terra profunda multiplicabimus: et universorum Deus semini nostro benedicet, et fructus justitiæ nostræ augebit, sicuti et divinus Paulus inquit [84].

87 Vers. 11, 12. *Væ his qui expergiscuntur mane, et sectantur siceram, et ad vesperum usque moram trahunt. Vinum enim succendet eos. Nam cum cithara et psalterio, et tympanis et tibiis vinum bibunt, opera vero Domini non intuentur, nec opera manuum ejus considerant.*

Adjungit primis alia etiam gravissima crimina in divites. Nam præterquam quod avaritiæ dediti sint, et supra modum tenuiores opprimant, hoc mali accedit etiam, ut sint frequentes in perpotationibus, ut luxuria diffluant, ut comessationibus, ebrietatibus continuis, cæterisque malis quæ ex carnis libidine oriuntur, commaculentur: idque jugiter, perinde quasi hoc omni tempore se debere facere existimarent. Opulentia enim abunde stimulare potest ad voluptates, omnemque satietatem in illis tollere. At « qui seminat in carne, » ut inquit Paulus, « ex carne metiet corruptionem [85]. » Finis enim temporarii luxus, longa et perennis erit lacryma, et carnalis voluptatis fructus, interitus. Describit itaque propheta nobis Judæorum fastum, et immoderationem luxus, effusamque intemperantiam. Omne enim tempus ventri ac gulæ tribuunt, sub auroram siceram quærunt, et ad solis cursum compotationes protrahunt, permanentes usquè ad vesperum. Vinum enim incendet eos. Excitat quippe in visceribus largiter bibentis plane quoddam incendium. Quin et alio modo vinum succendet hæc ebrietatis mancipia. Occasio nimirum erit ut supplicium de illis sumatur; siquidem incendentur, ablegati in flamman sempiternam, diabolo ejusque angelis destinatam. Scilicet hinc ebriosus una cum aliis profanis a Deo exsors erit, et regnum cœlorum neutiquam ingredietur. Observa autem quanta fuerit olim Judæorum in voluptatibus consectandis effrenatio. Ubi namque citharæ sonus est, et tympanorum pulsus, ac tibicinum concentus cum numerorum concinnitate et plausibus, ibi omnino est et omne genus fœditatis, eaque fiunt clam ab illis quæ turpe est vel dicere. Quod quidem impedimento illis est, quominus gloriam Dei intueantur, ejusque opera attendant. Nam ut corporis oculus, vel pulvere injecto, vel lippidine offusa, vel obturbante vulnere, clare non potest videre: sic mens humana

[84] II Cor. IX, 10. [85] Galat. VI, 8.

Digitized by Google

83 carnis voluptatibus degravata ac demersa, ad Deum nequit respicere, nec facta ejus fixo obtutu contemplari: e quibus manifestissime, quis ac qualis Opifex est, liceret animadvertere. Ex creaturarum enim pulchritudine cognoscitur, eumque admirari et suspicere abunde poterit is qui rerum ab ipso factarum admiratione capi voluerit. Sicuti enim beatus Paulus scribit: « Invisibilia ejus a creatione mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, æterna scilicet ejus vis et divinitas [86]. » Verisimile autem est, prophetam accusare Judæos, quasi qui compotationibus se dedant, et ad delicias cupidissime convolent, nec animo interim futura cogitent, id est, quæ ipsis ex ira velut divina eventura erant, quæ etiam opera manuum Dei nuncupat. Pacem enim constituit diligentibus se, mala vero creat his qui ad iram concitant. Si enim futura contra se Domini opera vidissent, perpotationibus minime indulsissent, sed curæ ac cordi fuissent illis lacrymæ, gratus fuisset luctus, labores, preces, pœnitentiæ officia, malis quæ ex intemperantia proveniant, longe gratiora.

Vers. 13, 16. *Captivus igitur populus meus factus est, quia Dominum non cognovit, et multi fame et siti aquæ necati sunt. Et dilatavit infernus animam suam, et aperuit os suum, sine intermissione. Descendentque nobiles et magni, divites et pastores ejus. Dejicietur homo, et ignominia afficietur vir, et oculi elati humiliabuntur. Extolletur autem Dominus Sabaoth in judicio, et Deus sanctus gloriosus erit in justitia.*

Rem in perniciem cedere, ad ultima mala ducere eos qui volunt delicate ac molliter vivere, divina nos in his docet oratio. Cum enim Judaicæ regionis incolæ, aliis clariores illustrioresque, operum Dei curam negligerent tanquam inutilem, eumque operibus manuum ejus nullum studium impenderent, comessationibus autem perpetuis vacarent, ebrietati indulgerent, ac immodice intemperanterque tibiis canentes, in eo totos dies producerent: abituros sane captivos ait, et servituros inimicis, tantamque fore per omnem regionem mortuorum inedia et siti pereuntium multitudinem, ut infernus prælargo et inexplebili 89 ore, hiantibusque faucibus absorbens eos qui descenderent, suisque eos thesauris spolians, quodammodo sit exsultaturus. Nam cum inferni animam dilatatam audis, aliud nihil quam quod jam dixi, significare eum velle existimandum est. Nam Scriptura divinitus aspirata nominibus figurate utitur interdum, et quasi metaphorice, etiam in rebus quæ animabus carent, imo quæ nec in ordine ac serie animalium numerantur, aut quæ revera

[86] Rom. I, 20.

A μένης, ἡ παρενοχλοῦντος τραύματος ἰδεῖν οὐ δύναται καθαρῶς· οὕτω καὶ ἀνθρώπινος νοῦς ταῖς τῆς σαρκὸς εἰ καταπαχύνοιτο τρυφαῖς, ἀναμύειν οὐ δύναται πρὸς Θεὸν, οὔτε μὴν ἀκριβῆ τοῖς παρ' αὐτοῦ γινομένοις ἐνερείδειν τὴν ὄψιν· δι' ὧν ἔστι καὶ μάλα σαφῶς, τίς τε καὶ ὅσος ἐστὶν ὁ Δημιουργὸς, ἐννοεῖν δύνασθαι. Γινώσκεται γὰρ ἀπὸ καλλονῆς κτισμάτων· καὶ θαυμάσειεν ἂν αὐτὸν καὶ μάλα πλουσίως ὁ τοῖς παρ' αὐτοῦ πεποιημένοις τὸ θαῦμα διδούς. Ὡς γὰρ ὁ μακάριος γράφει Παῦλος· « Τὰ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. » Εἰκὸς δὲ δὴ τὸν προφήτην καταιτιᾶσθαι τοὺς Ἰουδαίους ὡς ἀγαπῶνται πότους, συλλεγομένους δὲ καὶ μάλα προθύμως εἰς τρυφάς· μὴ μὴν ἔτι καὶ εἰς νοῦν ἔχειν, B ἤγουν εἰς τὰ μέλλοντα θεωρεῖν, τοῦτ' ἔστι, τὰ συμβήσοντα αὐτοῖς ὡς ἐκ θείας ὀργῆς, ἃ καὶ ἔργα φησὶ τῶν χειρῶν τοῦ Θεοῦ. Ποιεῖ γὰρ εἰρήνην τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, καὶ τοῖς παροτρύνουσι κτίζει κακά. Εἰ γὰρ ἐώρων τὰ ἐσόμενα κατ' αὐτῶν ἔργα Κυρίου, οὐκ ἂν ἠνέσχοντο πότον, ἀλλ' ἦν ἂν αὐτοῖς ἐν σπουδῇ τὸ δάκρυον, καὶ φίλος ὁ θρῆνος, πόνοι τε καὶ προσευχαὶ, καὶ τὰ τῆς μεταγνώσεως ἔργα, τῶν ἐν ἀσωτίᾳ κακῶν ἡδίονα.

Τοίνυν αἰχμάλωτος ὁ λαός μου ἐγενήθη, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι αὐτοὺς τὸν Κύριον. Καὶ πλῆθος ἐγενήθη νεκρῶν, διὰ λιμὸν καὶ δίψαν ὕδατος. Καὶ ἐπλάτυνεν ὁ ᾅδης τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ διήνοιξεν τὸ στόμα αὐτοῦ, τοῦ μὴ διαλιπεῖν. Καὶ καταβήσονται οἱ ἔνδοξοι, καὶ οἱ μεγάλοι, καὶ οἱ πλούσιοι, καὶ οἱ νομεῖς αὐτῆς. Καὶ ταπεινωθήσεται ἄνθρωπος, καὶ ἀτισθήσεται ἀνήρ. Καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ μετέωροι ταπεινωθήσονται, καὶ ὑψωθήσεται Κύριος Σαβαὼθ, καὶ ὁ Θεὸς ἅγιος δοξασθήσεται ἐν δικαιοσύνῃ.

Ὅτι τοῖς θέλουσι τρυφᾷν ἐκτελευτᾷ τὸ χρῆμα πρὸς ὄλεθρον καὶ πρὸς αὐτό που τὸ λοῖσθον ἀφικνεῖται τῶν κακῶν, ὁ θεῖος ἡμᾶς ἐν τούτοις διδάσκει λόγος. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ τῆς Ἰουδαίων χώρας, τῶν ἄλλων περιφανέστεροι, μεθέντες ὡς ἀχερδὲς τὸ χρῆναι περιεργάζεσθαι τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ἐμβλέπειν τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, παρ' οὐδὲν ποιήσασθαι μεμελετηκότες, κώμοις τε διηνεκέσιν ἐσχόλαζον, καὶ μεθύειν ἤθελον ἀσωτότατα καταυλούC μενοι, καὶ τοῦτο διημερεύοντες· οἰχήσονται μὲν αἰχμάλωτοι καὶ δουλεύσουσιν ἐχθροῖς, πληθὺς δὲ τοσαύτη νεκρῶν κατὰ πᾶσαν ἔσται τὴν χώραν, λιμῷ καὶ δίψει διολωλότων, ὡς μονονουχὶ σπαταλῆσαι τὸν ᾅδην πλατεῖ καὶ ἀπλήστῳ στόματι, χανδὸν ἐκροφοῦντα τοὺς καταβαίνοντας, καὶ τοῖς ἰδίοις ἀποκλείοντα θησαυροῖς. Ὅταν γὰρ ᾅδου ψυχὴν πλατυνομένην ἀκούεις, νομιστέον ἕτερον οὐδὲν βούλεσθαι δηλοῦν αὐτὸν, ἢ ὅπερ ἔφην ἀρτίως. Κέχρηται γὰρ ἡ θεόπνευστος Γραφὴ τοῖς ὀνόμασι τροπικῶς ἔσθ' ὅτε, καὶ οἷον ἐκ μεταφορᾶς, καὶ ἐπὶ τῶν οὐκ ἐχόντων ψυχὴν, ἀλλ' οὐδὲ ἐν τάξει ζώων ἠριθμημένων, ἢ καὶ ὄντων τούτων κατ' ἀλήθειαν. Ποία γὰρ ᾅδου ψυχή;

Digitized by Google

Τόπος δὲ μᾶλλον ὁ ᾅδης, καὶ ψυχῶν ἀθλίων ἀμειβὲς A
δεσμωτήριον. Οὐκοῦν τῶν ἐν τῷδε τῷ βίῳ ἐντρυ-
φώντων ψυχαὶ κατοιχήσονται μὲν εἰς τὸν ᾅδην,
κατεμπλήσουσι δὲ ὥσπερ τὴν ψυχήν. Καί τι τοιοῦτον
ἡμῖν ὁ θεσπέσιος μελῳδὸς ὑποδηλοῖ, λέγων περὶ
πάσης, οἶμαι, ψυχῆς φιληδόνου τε καὶ φιλαμαρτήμο-
νος· Εἰσελεύσεται ἕως γενεᾶς πατέρων αὐτοῦ, ἕως
αἰῶνος οὐκ ὄψεται φῶς. Ὥσπερ γὰρ τοὺς ἁγίους
ἀπαλλαττομένους τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων, προσ-
τεθῆναί φησι τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν τοῖς πατράσιν
αὐτῶν· εἴρηται γάρ που πρὸς τὸν μακάριον Ἀβραάμ·
« Καὶ σὺ προστεθήσῃ πρὸς τοὺς πατέρας σου τραφεὶς
ἐν γήρᾳ καλῷ· » οὕτω καὶ τοὺς τελευτῶντας ἐν
ἁμαρτίαις εἰς γενεὰν πατέρων αὐτῶν ἀποδραμεῖσθαί
φαμεν, πατέρας αὐτῶν εἶναι λέγοντες τοὺς ὁμοιοειδῆ
καὶ διὰ πάντων ἴσην καὶ ὁμοίως ἔχουσαν διαζῶντας B
ζωήν. Εἰ δὲ δὴ λέγοιτο πλῆθος εἶναι νεκρῶν, διὰ
λιμὸν καὶ δίψαν ὕδατος, ἐκεῖνό φαμεν, ὅτι γέγραφεν
Ἰώσηπος ὁ τῆς Ἰουδαίων συμφορᾶς ἐκτραγῳδήσας
τῷ βίῳ τὸ μέγεθος· ὅτι πολιορκουμένης τῆς Ἱε-
ρουσαλὴμ γύναια μὲν κατεδήδοκεν ἃ τετόκασι κορία,
ἤττοντο δὲ παντὸς ὑπὸ λιμοῦ καὶ ἀνάγκης τοῦ τοῖς
ὀδοῦσιν εἴκοντος. Ὅτι δὲ οὐκ ἐν μόνῃ τοῦτο γέγονε
τῇ Ἱερουσαλὴμ, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἑτέραις τῆς
Ἰουδαίας πόλεσιν, πῶς ἂν ἢ πόθεν ἐνδοιάσειέ τις;
Οὐκοῦν πλεῖστοι μὲν ὅσοι δεδαπάνηνται τῷ πολέμῳ,
καὶ πεπτώκασιν ἐν μαχαίραις· πολλῶν δὲ τῶν οὕτως
ἀπολωλότων πλείονας ἡ τοῦ λιμοῦ κατέφθειρεν ἀγριό-
της. Εἰ δὲ δή τις λέγοι, καὶ νοητῶν ὑδάτων γενέσθαι
σπάνιν, καὶ τροφῆς τῆς θείας δεδυσσεβηκόσι τοῖς C
Ἰουδαίοις· ἀπολωλέναι δὲ οὕτως αὐτοὺς, καὶ οἷον εἰς
ᾅδου καθικέσθαι, διά γε τοῦ μὴ ζωοποιεῖσθαι διὰ
Χριστοῦ, καθ' ὁμοιότητα τῶν πιστευσάντων εἰς
αὐτόν· οὐκ ἂν ἁμάρτοι τοῦ ἀληθοῦς. Συμβέβηκε γὰρ
αὐτοὺς καὶ τοῦτο παθεῖν. Ἀλλὰ τίνες ἂν νοηθεῖεν οἱ
καταβαίνοντες, οἷς καὶ αὐτὸς ὁ ᾅδης καταπλατύνει
τὴν ἰδίαν ψυχὴν, καὶ τὸ ἄπληστον ἀνοίξει στόμα,
προσεπάγει λέγων· Οἱ ἔνδοξοι καὶ οἱ μεγάλοι, καὶ οἱ
πλούσιοι, καὶ οἱ λοιμοὶ αὐτῆς. Ἐπειδὴ γὰρ ἦσαν
τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώραν ἡγούμενοι καὶ περιφανέ-
στεροι, δι' αὐτῶν ἦν εἰκὸς παιδαγωγηθήσεσθαι κα-
λῶς τὸ ὑπήκοον· ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἔδρων. Τύποι
δὲ ὥσπερ καὶ ὑπογραμμὸς γεγόνασι τοῖς ἄλλοις τῆς
ἐπαράτου ζωῆς, καὶ πρὸς αὐτούς πού φησι λόγιον
ἱερόν· « Ὅτι παγὶς ἐγενήθητε τῇ σκοπιᾷ, καὶ ὡς D
δίκτυον ἐκτεταμένον ἐπὶ τὸ Ἰταβύριον, ὃ οἱ ἀγρεύον-
τες τὴν θήραν κατέπηξαν. » Ὁρᾷς ὅπως παγὶς
καὶ θήρατρον γεγόνασι τοῖς λοιποῖς, ὅτι καὶ ταῖς
τῶν ἡγουμένων ἐπιεικείαις, καὶ μέντοι καὶ ῥᾳθυμίαις
ἀεί πως ἕπεσθαι φιλεῖ τὸ ὑπήκοον. Οὐκοῦν ὡς παραί-
τιοι γεγονότες σφίσιν ἑαυτοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι
τοῦ ἀπολέσθαι δεῖν, πρῶτοι καταβήσονται καὶ προ-
ελάσουσιν εἰς ᾅδου, ἐπιπηδώσης τρόπον τινὰ καὶ
πρό γε τῶν ἄλλων αὐτοῖς τῆς θείας ὀργῆς. Κολασθή-
σονται δὲ οὐχ ὅτι πλούσιοι καὶ ἔνδοξοι γεγόνασιν,
ἀλλ' ὅτι λοιμοὶ, τοῦτ' ἔστι, φθοροὶ καὶ λυμεῶνες,
καὶ ἑαυτῶν, ὡς ἔφην, καὶ τῆς ἀγελαίας πληθύος. Οἱ

exsistunt. Quæ enim est inferni anima? Locus po-
tius est infernus, et animarum miserarum carcer
horridus. Animæ igitur eorum qui in hac vita deli-
ciis et voluptatibus indulgent, ad infernum descen-
dent, et implebunt quasi ejus animam. Cujusmodi
est quod nobis divinus modulator subindicat, lo-
queus, opinor, de omni anima quæ voluptatibus
et vitiis addicta est: Ingredietur ad generationem
patrum suorum, in sæculum non videbit lucem.
Nam ut sanctos nostra hac mortali conditione de-
functos patribus suis aggregari sacra Scriptura
commemorat; etenim dictum est beato Abrahamo:
« Et tu apponeris ad patres tuos, enutritus in
senectute bona [87]: » sic et mortuos in peccatis ad
genus patrum suorum recurrere dicimus, patres
eos appellantes qui per omnia consimiles sunt, et
æqualem vitam vivunt. Sin vero dicat multitudinem
esse mortuorum præ fame et siti aquæ, illud dici-
mus quod scripsit Josephus, qui Judaicæ calamitatis
magnitudinem tragice litteris prodidit. Obsessis
jam Hierosolymis, mulierculæ ederunt quos pepere-
rant liberos, et quidquid in dentes venit, fame ac
necessitate urgente, devorarunt. Neque hoc solum
Hierosolymis factum esse, sed et in cæteris Judææ
urbibus, quomodo dubitet quispiam, et unde?
Complures nimirum bello consumpti sunt, et gladio
ceciderunt: at multis sic e medio sublatis, plures
tamen inediæ rabies perdidit. Sin vero dicat aliquis,
aquarum sub intelligentiam cadentium, cibique di-
vini inopiam fuisse, Judæis impie sceleratequo
viventibus, itaque eos periisse et velut ad inferos
concedisse, propterea quod per Christum ad vitam
revocati non fuerint, exemplo eorum qui in eum
crediderant: is neutiquam a vero aberraverit. Nam
et hoc eis accidit. Cæterum hi qui descendunt, qui-
bus ipse adeo infernus suam animam dilatat, **90** et
os insaturabile aperiet, quinam intelligantur esse,
pergit porro ostendere, cum ait: Nobiles, magni,
divites, et pestes ejus. Nam cum totius regionis fa-
cile principes exsisterent et insigniores, par erat
ut subditi rudimentis pædagogicis per illos rite in-
stituerentur: quod illi quidem minime fecerant.
Typi quippe et exempla fuerunt aliis vitæ exsecra-
bilis: quos sacrum oraculum alicubi affatur: « La-
queus facti estis speculationi, et velut rete expan-
sum super Itabyrion, quia venantes feram defixe-
runt [88]. » Videsne quo laqueus et pedica reliquis
fuerint? Nimirum præfectorum probitatem, vel
etiam socordiam imitari plerumque consueverunt
subditi. Itaque ceu auctores et causæ interitus et
sibi ipsis et aliis omnibus, primi descendent, et
præcipites ibunt ad inferos, divina ira ante alios
quodammodo in ipsos insiliente. Punientur vero,
non quia divites et nobiles sunt, sed quia pestes,
id est, labes et lues tum sui ipsorum, uti dixi, tum
gregis universi. Illi, inquit, qui magno tumore in-
flati sunt, reddentur abjecti et inhonorati. Quem

[87] Gen. xv, 15. [88] Osee v, 1.

Digitized by Google

enim mortis terror non prosternet? Vel quem oculum elatum et altum suspicientem gravis et intoleranda calamitas quietum et sopitum non reddet? Hæc, inquit, omnia ubi evenerint, extolletur Dominus Sabaoth die illa, id est, tum quando hæc de illis prædicta ad exitum decurrent. Extollitur vero Dominus Sabaoth in judicio et justitia, cum recto suo et sacrosancto calculo in populum superbum et voluptuarium animadvertit. Proin aversari lasciviam, carnisque libidines inutiles vel potius impurissimas quam longissime profligare studeamus, ne contra insultet nobis infernus inexplebilis. Meminimus enim Servatorem dixisse : « Væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram [89]. » Et rursus : « Beati qui lugetis nunc, quia ridebitis [90]. » Desinet enim labor in quietem, et bonorum sudorum finis voluptates conciliabit æternum duraturas, Nam « qui seminat in carne, ei ex carne metet interitum, » sicuti scriptum est [91], « et qui seminat in spiritu, et ex spiritu metet vitam æternam. » σπείρων εἰς τὴν σάρκα, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον. »

A δὲ μεγάλα φυσῶντες, φησὶν, ἴσονται τεταπεινωμένοι καὶ ἄτιμοι. Καὶ τίνα γὰρ οὐ ταπεινοῖ τοῦ θανάτου τὸ δεῖμα; Ἢ ποῖον ὀφθαλμὸν ἐπηρμένον καὶ ἄνω βλέποντα δεινὴ καὶ δύσοιστος οὐ κατακοιμίζει συμφορά; Τούτων δὲ, φησὶν, ἁπάντων συμβεβηκότων ὑψωθήσεται Κύριος Σαβαὼθ, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, τοῦτ' ἔστι, κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν εἰς πέρας δραμεῖται τὰ ἐπ' αὐτοῖς προηγορευμένα. Ὑψοῦται δὲ μόνος Κύριος Σαβαὼθ ἐν κρίματι, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ, ὡς ὀρθῇ καὶ ὁσίᾳ τῇ ψήφῳ κολάσας τὸν ἀλαζόνα λαὸν, τὸν ἀπειθῆ καὶ φιλήδονον. Παραιτητέον οὖν ἄρα τὰς τρυφὰς, καὶ ὡς ἀπωτάτω ποιεῖσθαι σπουδάζωμεν τὰς ἀνονήτους φιλοσαρκίας, μᾶλλον δὲ τὰς μυσαρωτάτας, ἵνα μὴ κατατρυφήσῃ καὶ ἐφ' ἡμῖν ὁ ἄπληστος ᾅδης. Μεμνήμεθα γὰρ τοῦ Σωτῆρος λέγοντος· « Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις, ὅτι ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν. » Καὶ πάλιν, ὅτι « Μακάριοι οἱ πενθοῦντες νῦν, ὅτι γελάσετε· » καταλήξει γὰρ ὁ πόνος εἰς ἀναψυχὴν, καὶ ἀγαθῶν ἰδρώτων τὸ πέρας, τρυφῆς ἡμῖν ἔσται τῆς εἰς αἰῶνα πρόξενον. « Ὁ γὰρ σπείρων εἰς τὴν σάρκα, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν, » καθὰ γέγραπται· « καὶ ὁ σπείρων εἰς

B

91 Vers. 17. *Et pascentur direpti, ut tauri, et solitudines eorum qui capti sunt, agni depascentur.*

Καὶ βοσκηθήσονται οἱ διηρπασμένοι ὡς ταῦροι, καὶ τὰς ἐρήμους τῶν ἀπειλημμένων ἄρνες φάγονται.

Constituta adhuc regione Judæorum, rebusque secundis florente, contra sanguine Israelitico orimdos finitimæ gentes belligerabant; Deoque universitatis Israelem quasi scuto contegente, rebellantes sic devicit, ut omnes citra pugnam expugnarit et fregerit, terrasque eorum diripuerit, urbes populatus fuerit, et res alienas tanquam potestate quadam et auctoritate præditi, tulerit, egerit. At ubi in Christum impie egerunt, Romani exercitus vastationi direptionique expositi sunt, urbes crematæ, omnia eorum bona direpta a victoribus : dein Romanorum copiis subducentibus se parumper ac cedentibus, quiolim direpti sunt, incursionem faciunt, urbes ac domos pervestigant, et reliquas res compilatas in suam quique regionem important. Cujusmodi est quod nobis Deus universitatis significat voce prophetæ : « Racemate, racemate quasi vineam reliquias Israelis : revertimini tanquam vindemiator ad cartallum suum [92]. » Prædicit igitur, non satis fore, hæc solum a Romano milite passos esse, sed præterea ex finitimarum gentium crudelitate hæc accessura, dicens : « Et pascentur qui direpti sunt, tanquam tauri. » Qui enim olim, inquit, direptioni eorum facile patebant, quia Deus opem ferebat, hi regionem eorum depascent ceu tauri, id est, feroces, magnanimi, et qui invictam ad resistendum vim afferent. Et solitudines eorum qui relicti sunt, agni depascent. Relictos dicit obsessos. Agni comedent, hoc est, illi rursus qui sunt ex gentibus. Cum enim velut de tauris verba fecisset, persistens in tropo, agnos adjecit : ut tauros esse valde robustos intelligamus. Alios vero qui tales non sunt, sed inferiores ac mi-

Συνεστώσης ἔτι τῆς Ἰουδαίων χώρας καὶ ἐν ἀκμαῖς οὔσης τοῦ εὐημερεῖν, ἐμάχοντο μὲν πρὸς τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ τὰ περίοικα τῶν ἐθνῶν. Ἐπειδὴ δὲ ἦν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ὁ συνασπίζων τῷ Ἰσραὴλ, κεκράτηκεν οὕτως τῶν ἀνθεστηκότων ὡς νικᾷν ἀμαχεὶ, καὶ καταπτοεῖν ἅπαντας, καὶ διαπάζειν αὐτῶν τὰς χώρας, καὶ καταδηοῦν τὰς πόλεις, ἄγειν τε καὶ φέρειν τὰ ἑτέρων μετ' ἐξουσίας. Ἐπειδὴ δὲ ἐξυβρίκασιν εἰς Χριστὸν, καὶ δέδονται ταῖς Ῥωμαίων στρατιαῖς εἰς ὄλεθρον καὶ διαρπαγὴν, ἐνεπρήσθησαν μὲν αἱ πόλεις, διηρπάσθησαν δὲ πάντα τὰ ὄντα αὐτοῖς παρὰ τῶν νενικηκότων. Εἶτα τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς ὑπενδούσης βραχὺ, κατέτρεχον οἱ πάλαι διαρπαζόμενοι, πόλεις τε καὶ οἴκους διερευνώμενοι, συνεκόμιζόν τε τὰ λοιπὰ, καὶ εἰς τὰς σφῶν αὐτῶν ἀπέφερον χώρας. Καί τι τοιοῦτον ἡμῖν ὑποδηλοῖ λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ φωνῆς προφήτου· « Καλαμᾶσθε, καλαμᾶσθε ὡς ἄμπελον τὰ λοιπὰ τοῦ Ἰσραὴλ· ἐπιστρέψατε ὡς ὁ τρυγῶν ἐπὶ τὸν κάρταλλον αὐτοῦ. » Ὅτι τοίνυν οὐκ ἀρκέσει μόνα παθεῖν αὐτοὺς τὰ ἐκ τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς, προστεθήσεται δὲ καὶ τὰ ἐκ τῆς ὠμότητος τῶν ὁμόρων ἐχθρῶν, προαγορεύει λέγων· « Καὶ βοσκηθήσονται οἱ διηρπασμένοι ὡς ταῦροι. » Οἱ γὰρ πάλαι, φησὶν, ἕτοιμοι διηρπασμένοι ὑπ' αὐτῶν, διὰ τὸ ἐπαμύνειν Θεὸν, κατανεμηθήσονται τὴν χώραν αὐτῶν ὡς ταῦροι, τοῦτ' ἔστι, δεινοὶ καὶ ἀγέρωχοι, καὶ ἄμαχον ἔχοντες τὴν ἀντίστασιν. Καὶ τὰς ἐρήμους τῶν ἀπειλειμμένων ἄρνες φάγονται. Ἀπειλειμμένων δὲ φησὶ, τῶν πολιορκηθέντων. Τὰς τοίνυν, φησὶν, ἐρημωθείσας πόλεις τῶν πολιορκηθέντων ἄρνες βοσκηθήσονται, τοῦτ' ἔστι πάλιν οἱ ἐξ ἐθνῶν. Ἐπειδὴ δὲ πάλιν ὡς περὶ ταύρων ἡμῖν πεποίηται τὸν λόγον,

[89] Luc vi, 24. [90] Matth. v, 5. [91] Galat. vi, 8. [92] Jerem. vi, 9.

Digitized by Google

μεμένηκε τῇ τροπῇ, καὶ προστέθεικεν ἄρνας, ἵνα τοὺς μὲν ἄγαν ἰσχυροὺς νοῶμεν εἰς μόσχους. Τοὺς δὲ μὴ οὕτως ἔχοντας, ὑποδεδηκότας δὲ ἐν ἰσχύϊ μείονι, λέγομεν ἄρνας. Οὕτω δὴ καὶ τὴν ἑκάστου τῶν ῥαθυμούντων καρδίαν αἱ πονηραὶ καὶ ἀκάθαρτοι νεμηθήσονται δυνάμεις, ὡς μόσχοι καὶ ἄρνες. Τροφὴ δὲ αὐταῖς τὸ φιλήδονον, καὶ νοῦ ῥοπὴ βλέποντος εἰς τὸ πλημμελές.

A nori robore præditi, agnos appellemus. Ad eumdem quoque modum inertis cujusque et supini hominis cor, pravæ et impuræ potestates velut boves et agni devorabuntur, illisque cedent in cibum voluptuarii, et qui animos atque oculos convertunt ad peccandum.

ΛΟΓΟΣ Δ'.

Οὐαὶ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας ὡς σχοινίῳ μακρῷ καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας, οἱ λέγοντες· Τὸ τάχος ἐγγισάτω ἃ ποιήσει, ἵνα ἴδωμεν, καὶ ἐλθέτω ἡ βουλὴ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ, ἵνα γνῶμεν.

92 ORATIO IV.

CAP. V. VERS. 18, 19. *Væ trahentibus peccata tanquam funiculo longo, et tanquam jugi loro juvencæ iniquitates, dicentibus : Cito appropinquet quæ faciet, ut videamus, et veniat consilium sancti Israelis, ut sciamus.*

Ὁ μὲν τῶν ὅλων δημιουργὸς καὶ Κύριος, ἡμερότητι νικῶν τῆς ἀνθρώπου φύσεως τὴν ἀσθένειαν, προσελάλει τοῖς ἀρχαιοτέροις διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν, τὰ δι' ὧν ἦν εἰκὸς μεταχωρῆσαι πρὸς τὰ βελτίω, τὰ χείρω μεθέντας, καὶ φαυλότητος μὲν καταλῆξαι καὶ ἁμαρτίας, διαβιῶναι δὲ μᾶλλον ἐν ἀρετῇ, καὶ κατορθοῦν ἐλέσθαι τὸ ἀγαθόν. Ταύτης τε ἕνεκα τῆς αἰτίας, ποτὲ μὲν αὐτοῖς παρετίθει τὰ γέρα τὰ τοῖς ἁγίοις ηὐτρεπισμένα· ποτὲ δὲ τοὺς τῆς κολάσεως ἀφηγεῖτο τρόπους, τοὺς τοῖς φιλαμαρτήμοσι πρέποντας, ἵνα πανταχόθεν συνελάσῃ πρὸς τὸ ὠφελοῦν. Ἀλλ' οὐδεὶς ἦν τρόπος ὁ τὰς Ἰουδαίων ἐξιτηλίας ἀπύσασθαι δυνάμενος. Ἀπονενευκότες γὰρ εἰς φιλοκερδίαν καὶ τρυφὰς, καὶ τὴν ἐσχάτην ἤδη νοσοῦντες ἀπόνοιαν κατὰ Θεοῦ, τοῖς ἁγίοις προφήταις ἐπεφύοντο δεινοί. Καὶ οἱ μὲν ἀπιστοῦντες παντελῶς τοῖς δι' αὐτῶν λεγομένοις ἔφασκον· « Ἄλλα ἡμῖν λαλεῖτε, καὶ ἀναγγέλλετε ἑτέραν πλάνησιν· » οἱ δὲ μονονουχὶ καὶ καταιτιώμενοι τὸ τῆς θείας φύσεως ἀνεξίκακον ἀλλήλοις κατὰ τὸ εἰκὸς προσγελῶντες ἔφασκον· Ἀλλὰ μακρὰν αἱ ἡμέραι, ἀπόλωλε πᾶσα ὅρασις. Καὶ γοῦν ἔφη που Θεὸς πρὸς τὸν μακάριον Ἰεζεχιήλ· « Υἱὲ ἀνθρώπου, ἰδοὺ ὁ οἶκος Ἰσραὴλ ὁ παραπικραίνων, λέγοντες λέγουσιν· Ἡ ὅρασις ἣν οὗτος ὁρᾷ, εἰς ἡμέρας πολλὰς, καὶ εἰς καιροὺς μακροὺς οὗτος προφητεύει. Διὰ τοῦτο εἰπὸν αὐτοῖς· Τάδε λέγει Ἀδωναῒ Κύριος· Οὐ μὴ μηκύνωσι πάντες οἱ λόγοι μου, οὓς ἂν λαλήσω· ὅτι λαλήσω λόγον, καὶ ποιήσω, λέγει Ἀδωναῒ Κύριος. » Ἕτεροι δὲ πάλιν μονονουχὶ καὶ ἀπεγνωκότες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας καὶ ζωῆς, κατεθρασύνοντο τῆς ὀργῆς, καὶ δὴ καὶ ἔφασκον· Ἡκέτω τὸ τάχος ὁ τοῦ πολέμου καιρὸς, οὐκ ἀνάνδρους ἡμᾶς ἢ ψοφοδεεῖς ὄντας εὑρήσουσιν οἱ καταδηοῦν ἐθέλοντες. Ἐμπειροπόλεμοι καὶ ἡμεῖς, καὶ εὖ εἰδότες τὰ τακτικά. Τοὺς ταῦτα πεφρονηκότας ταλανίζει δικαίως, καί φησιν· « Οὐαὶ οἱ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας ὡς σχοινίῳ μακρῷ, καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας. » Ἁμαρτίας δὲ καὶ ἀνομίας ἐν τούτοις φησὶ τὰς ὑπέρ γε τῶν ἁμαρτιῶν τιμωρίας ἤτοι κολάσεις, μακρὰν μὲν οὔσας ἔτι, καὶ οὔπω πλησίον, διά τοι τὸ ἀνεξικακεῖν ἔτι βούλεσθαι τὸν Θεὸν, ἐλκομένας δὲ τρόπον τινὰ παρ' αὐτῶν, διὰ τοῦ βούλεσθαι καὶ τοῖς ἐκ θείας

B Universitatis opifex et Dominus, humanæ naturæ infirmitatem vincens clementia, per sanctos prophetas affatus est majores, unde eos ad meliora se recipere, deteriora relinquere, a vitiis ac sceleribus desistere, ac in virtute potius reviviscere, ac quod bonum est diligenter persequi, erat consentaneum. Eamque ob rem illis nunc præmia sanctis destinata proponit, nunc suppliciorum genera peccatoribus digna exponit, ut omnibus modis ad id quod expedit perducat. Sed tum nullus erat modus aut via quæ Judæorum ignaviæ depellendæ satis esse potuit. Nam in avaritiam et libidinem prolapsi, et morbo contumaciæ in Deum extreme laborantes, in sanctos prophetas graviter concitati sunt; et alii quidem dictis eorum fidem non habentes dicere : « Alia C nobis loquimini, et annuntiate alium errorem [93]; » alii vero, naturæ divinæ patientiam prope dixerim accusantes, inter se, ut apparet, loqui ac deridere : Procul abest dies, periit omnis visio. Ideirco ait Deus ad beatum Ezechielem : « Fili hominis, ecce domus Israel exasperans, semper dicit : Visio quam hic videt, est in multos dies, et in longinqua tempora hic vaticinatur. Propterea dic illis : Hæc ait Adonai Dominus : Non protrahentur omnes sermones mei quos loquar, quia loquar sermonem et faciam, dicit Adonai Dominus [94]. » Rursum alii tantum non de sua ipsorum salute et vita desperantes, ita animosi et audaces facti sunt, qui etiam dixerunt : Veniat cito belli tempus, non invenient nos imbelles et ad quemvis strepitum pavitantes, qui vastitatem D illaturi sunt. Sumus et nos bellandi non imperiti, et rei militaris non iguari. Hos ergo ad hunc modum affectos merito luget, et inquit : **93** « Væ trahentibus peccata velut funiculo longo, et quasi jugali loro juvencæ, iniquitates. » Peccata et iniquitates hic dicit supplicia et pœnas pro peccatis : procul vero abesse adhuc et nondum prope, quod Deus adhuc pati velit; trahi autem quodammodo ab illis, eo quod divinæ iræ acrimoniam et asperitatem sensuri sint. Quibus ego singulis illud congruentissime et vere dici posse arbitror : « Num divitias bonitatis ejus et tolerantiæ et lenitatis contemnis? Ignoras

[93] Isa. xxx, 10. [94] Ezech. xii, 27, 28.

Digitized by Google

bonitatem Dei ad resipiscentiam te invitare? At secundum obstinationem tuam, et cor resipiscere nescium thesaurizas tibi ipsi iram in die iræ et revelationis justi judicii Dei[98]. » Trahunt enim ita, uti dixi, ipsi in se punitionis tempus, fortassis etiam soluti inde et securi, quia differt punire eos, et quia turpiter delinquentibus pœnam non irrogat. Trahunt ergo peccata quasi funiculo longo, et quasi jugali loro juvencæ, iniquitates. Quemadmodum enim qui juvencas vel boves jugis submittunt, trahunt quandoque vi multa, et alligant ad labores : ad eumdem, credo, ipsum modum, hi qui se objiciunt iræ divinæ, dicunt : « Appropinquent cito quæ faciet, ut videamus, et veniat consilium sancti Israelis, ut sciamus. » Alius item e sanctis prophetis luget quoque eos qui istud dicunt idemque sentiunt. Væ, inquit, desiderantibus diem Domini, et illa est caligo et non lux, et opacitas non habens lumen suum. Quocirca, cum Deum offensum esse intelligimus, confestim duci pœnitudine oportet, et precibus assiduis illum mitigare potius, non commotum jam irritare, nec comminantem contemnere. Est enim lenis et multum misericors, auferens iniquitates, et superans injustitias, et paucis quandoque lacrymis peccantium, ad placabilitatem serenitatemque sibi gratissimam traducitur.

ὀργῆς περιπεσεῖν κινήμασιν. Οἶμαι δὲ ἔγωγε τῶν τοιούτων ἑκάστῳ πρεπωδέστατά τε καὶ ἀληθῶς δύνασθαι λέγειν ἡμᾶς· « Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει ; Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν, ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ. » Ἕλκουσι γὰρ, ὡς ἔφην, αὐτοὶ καθ' ἑαυτῶν τὸν τῆς κολάσεως καιρὸν, τάχα που μικρᾷψυχοῦντες, ὅτι μέλλει κολάζων αὐτοὺς, καὶ μὴ πλημμελοῦσιν ἀκαθέκτως ἐπετίθει τὰς δίκας. Ἕλκουσι τοίνυν τὰς ἁμαρτίας ὡς σχοίνῳ μακρῷ, καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας. Ὥσπερ γὰρ τὰς δαμάλεις, ἤτοι τὰς βοῦς ὑποφέροντες τοῖς ζυγοῖς, ἕλκουσιν ἔσθ' ὅτε σὺν βίᾳ πολλῇ, καὶ καταδεσμεύουσιν εἰς πόνους· τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον κἀκεῖνοι τοῖς ἐκ θείας ὀργῆς ἐπισυμβήσεσθαι μέλλουσιν ἑαυτοὺς ὑποφέροντες ἔφασκον· « Ἐγγισάτω τὸ τάχος, ἃ ποιήσει, ἵνα ἴδωμεν, καὶ ἐλθέτω ἡ βουλὴ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ ἵνα γνῶμεν. » Τοῦτο λέγοντας καὶ οὕτω πεφρονηκότας καὶ ἕτερος τῶν ἁγίων προφητῶν ταλανίζει λέγων· Οὐαὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν Κυρίου· καὶ αὕτη ἐστὶ σκότος, καὶ οὐ φῶς, καὶ γνόφος οὐκ ἔχων φέγγος αὐτοῦ. Χρὴ τοίνυν μανθάνοντας ὅτι λελύπηται Θεὸς, παραχρῆμα μετανοεῖν, καὶ ἀκαταλήκτοις προσευχαῖς μειλίσσεσθαι μᾶλλον αὐτὸν, οὐ παροτρύνειν ἔτι κεκινημένον· οὔτε μὴν ἀπειλοῦντος καταφρονεῖν· μακρόθυμος γάρ ἐστι, καὶ πολυέλεος, ἀποφέρων ἀνομίας, καὶ ὑπερβαίνων ἀδικίας· καὶ μικροῖς ἔσθ' ὅτε δακρύοις τῶν ἡμαρτηκότων ἐπὶ τὴν αὐτῷ φιλαιτάτην γαληνότητα μεθιστάμενος.

Vers. 20, 21. *Væ dicentibus malum bonum, et bonum malum ; qui ponunt tenebras lucem, et lucem tenebras ; qui ponunt amarum dulce, et dulce amarum. Væ his qui sibi ipsis videntur sapientes, et coram semetipsis prudentes sunt.*

Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρὸν, οἱ τιθέντες τὸ σκότος φῶς, καὶ τὸ φῶς σκότος, οἱ τιθέντες τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν. Οὐαὶ οἱ συνετοὶ ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον ἑαυτῶν ἐπιστήμονες.

Insipientes esse omnino eos etiam hisce verbis arguit, qui peccata quasi longo **94** funiculo trahunt. Cum enim pœnitentiam omni laude dignam existimare, et se ab ira impendente probe ac integre vivendo conservare, et Deo omnipotenti offenso, prece et supplicatione, se probare oporteret : nummularii improbi evaserunt, turpiora in pretio habentes, notantes vero ut adulterinum citra discrimen id quod præstabilius est, et ad suam ipsorum salutem utilissimum. Convenit ergo hoc, Væ illis, sic affectis, quia in seipsos impii et stulti judices exstiterunt. Etenim cum malum bonum esse dicerent, et tenebras lucem ducerent, et amarum dulce, et dulce amarum affirmarent : cumque maluerint calamitates belli subire, cum alioqui facile a malis immunes esse potuissent, repudiata etiam ipsa per Christum illustratione, in tenebris remanserunt. Et dicit propheta : « Cum exspectarent lucem, factæ sunt illis tenebræ ; exspectantes splendorem, in caligine versabantur. » Ad eam vero impietatem animique efferationem provoluti sunt, ut quantumvis Dei clementiæ ejusque spei dulcissimus fructus illis propositus esset, pœnarum tamen ipsi acerbi-

Ἀσυνέτους ὄντας παντελῶς καὶ διὰ τούτων ἐλέγχει τοὺς τὰς ἁμαρτίας ἐπισπωμένους ὡς σχοινίῳ μακρῷ. Δέον γὰρ ἐπαίνου παντὸς ἀξιοῦν τὸ χρῆναι μετανοεῖν, καὶ διὰ πάσης ἐπιεικείας ἀπαλλάττειν ἑαυτοὺς τῆς ἐπηρτημένης ὀργῆς, καὶ ταῖς νηστείαις ἀπολογεῖσθαι λελυπημένῳ τῷ πάντων κρατοῦντι Θεῷ· ἀδόκιμοι γεγόνασι τραπεζῖται, τιμῶντες μὲν τὰ αἰσχίω, κατακιβδηλεύοντες δὲ τὸ ἀσυγκρίτως ἄμεινον, καὶ τὸ ὅτι μάλιστα λυσιτελὲς εἰς σωτηρίαν αὐτοῖς. Πρέπει δὴ οὖν ἄρα τοῖς οὕτω πεφρονηκόσι τὸ οὐαί. Ἀνόσιοι γὰρ καὶ ἀσύνετοι καθ' ἑαυτῶν γεγόνασι δικασταί. Τὸ μὲν γὰρ πονηρὸν καλὸν εἶναι λέγοντες, καταλογιζόμενοι τὸ σκότος φῶς, καὶ τὸ μὲν πικρὸν γλυκὺ, τὸ δὲ γλυκὺ πικρὸν εἶναι διαβεβαιούμενοι, διά γε τοῦ παθεῖν ἐλέσθαι τὰς ἐκ τοῦ πολέμου συμφορὰς, κἂν τοι μετὸν εὐκόλως ἔξω γενέσθαι τοῦ κακοῦ, παρωσάμενοι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν διὰ Χριστοῦ φωτισμὸν, μεμενήκασιν ἐν σκότῳ. Καὶ τί φησιν ὁ προφήτης ; « Ὑπομεινάντων φῶς ἐγένετο αὐτοῖς σκότος· μείναντες αὐγὴν ἐν σκοτίᾳ περιεπάτησαν. » Κατώλισθον δὲ δυσβουλίας εἰς τοῦτο καὶ φρενῶν ἀγριότητος, ὥστε καὶ προκειμένης αὐτοῖς εἰς ἀπόλαυσιν τῆς ἡμερότητος τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς ἐντεῦθεν γλυκείας ἐλπίδος,

[98] Rom. II, 4, 5.

Digitized by Google

εἵλοντο μᾶλλον αὐτοὶ τὰς ἐκ τοῦ κολάζεσθαι πικρίας, καὶ τοῖς οὕτω δεινοῖς ἐκτρύχεσθαι κακοῖς. Πεπονθέναι δὲ τοῦτό φησιν αὐτοὺς, ὅτι γεγόνασιν ἐν ἑαυτοῖς συνετοὶ, καὶ ἐνώπιον ἑαυτῶν ἐπιστήμονες. Ἀληθὲς ὅτι κατὰ τὴν τοῦ Παροιμιαστοῦ φωνὴν, « Ἀνεξέλεγκτος σοφία πλανᾶται. » Φορτικὸν δὲ καὶ ἐπιζήμιον τὸ περιαυτίζεσθαι φιλεῖν τοῖς τοῦτο ὁρᾷν εἰωθόσι, καὶ ἀποδόδναι μόνῃ τῇ ἰδίᾳ γνώμῃ τὸ δοκεῖν εἰδέναι τὸ ὠφελοῦν. Οὕτω καὶ Γράμμα φησὶν ἱερόν· Ὁ δὲ κατοιδόμενος καὶ καταφρονητὴς ἀνὴρ ἀλαζὼν οὐδὲν οὐ μὴ περάνῃ. Ταύτην ἔχοντες τὴν ἀῤῥωστίαν εἰς νοῦν καὶ καρδίαν οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ, τὰς παρὰ τοῦ Σωτῆρος οὐκ ἐδέχοντο συμβουλάς. Ἦσαν γὰρ, ἦσαν, οὐκ ἐνώπιον Κυρίου μᾶλλον, ἀλλ' ἐνώπιον ἑαυτῶν ἐπιστήμονες, ἐξοῤῥυώμενοι μὲν καὶ μέγα φρονοῦντες ἐπὶ τῇ τῶν θείων εἰδήσει νόμων, ἐγνωκότες δὲ τὸ σύμπαν οὐδέν. Τυφλοὶ γὰρ ἦσαν τυφλῶν ὁδηγοὶ, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος φωνήν.

A tatem elegerunt, et his gravissimis quidem malis divexari maluerunt. Idque propterea illis accidisse ait, quod apud seipsos sapientes, et in oculis suis prudentes viderentur. Quod quidem verum est, quia juxta Paræmiastæ vocem [96] : « Sapientia reprehensionis impatiens, errat. » Et sibi præsidere solere, et ex suo arbitrio judicioque solo, quid utile cognitu sit, explicare, id grave est et perniciosum his qui id facere consueverunt. Sic etiam sacra Scriptura inquit : Insolens et contemptor ac vir arrogans non proficiet. Cum hoc animi morbo laborarent Judæorum duces, consilio Servatoris non acquiever unt. Erant enim, erant prudentes, non apud Dominum, sed apud se, supercilia tollentes, et alte sapientes propter divinarum legum scientiam, cum omnino B nihil sciverint. Cæci enim erant, juxta Servatoris vocem, duces cæcorum.

Οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες ὑμῶν, οἱ τὸν οἶνον πίνοντες, καὶ οἱ δυνασταὶ οἱ κεραννύντες τὸ σίκερα· οἱ δικαιοῦντες τὸν ἀσεβῆ ἕνεκα δώρων, καὶ τὸ δίκαιον τοῦ δικαίου αἴροντες.

Οἱ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς ἀδρότεροί τε καὶ εὐκλεέστεροι, καὶ τὸ προὔχειν τῶν ἄλλων ἐν εἰδήσει τῶν θείων ἔχοντες νόμων, καὶ τὰς παρ' αὐτοῖς ποιούμενοι κρίσεις, διεβέβλητο λίαν, ὡς ἄπληστον εἰς δωροδοκίαν ἐκτείνοντες χεῖρα, καὶ τοῖς ἀδικεῖν ἐθέλουσιν ἀδελφοὺς τὴν παρ' ἑαυτῶν εὐκόλως καταπωλοῦντες ψῆφον· καίτοι τοῦ νόμου λέγοντος ἐναργῶς· « Κρίμα δίκαιον κρίνατε. » Ὅτι δέ ἐστιν ἀληθὲς ὃ φημι, πιστώσεται λέγων ὁ προφήτης Ἀμβακούμ· « Ἕως τίνος, Κύριε, κεκράξομαι, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ; βοήσομαι πρὸς σὲ ἀδικούμενος, καὶ οὐ σώσεις; Ἵνα τί ἔδειξάς μοι κόπους καὶ πόνους, ἐπιβλέπειν ταλαιπωρίαν καὶ ἀσέβειαν; Ἐξ ἐναντίας μου γέγονε κρίσις, καὶ ὁ κριτὴς λαμβάνει. Διὰ τοῦτο διεσκέδασται νόμος, καὶ οὐ διεξάγεται εἰς τέλος κρίμα, ὅτι ἀσεβὴς καταδυναστεύει τὸν δίκαιον. Ἕνεκα τούτου ἐξελεύσεται τὸ κρίμα διεστραμμένον. » Καὶ αὐτὸς δέ πού φησιν ὁ θεσπέσιος Ἡσαΐας πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἤτοι τὴν Σιών· « Οἱ ἄρχοντές σου ἀπειθοῦσιν, κοινωνοὶ κλεπτῶν, ἀγαπῶντες δῶρα, διώκοντες ἀνταπόδομα· ὀρφανοῖς οὐ κρίνοντες, καὶ κρίσει χήρας οὐ προσέχοντες. » Ταῦτα δὲ ἔδρων αἰσχρῶν λημμάτων ἡττώμενοι· καὶ τάχα που τὰ εἰς πότους καὶ τρυφὰς ἀνοσίως ἐρανιζόμενοι, καὶ ἐξ ἀδικιῶν συλλέγοντες. Αἰτιᾶται γὰρ αὐτοὺς διὰ φωνῆς προφήτου, λέγων· Καὶ τὰ ἱμάτια αὐτῶν δεσμεύοντες σχοινίοις, παραπετάσματα ἐποίουν ἐχόμενα τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ οἶνον ἐκ συκοφαντιῶν ἔπινον ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ αὐτῶν. Οὐαὶ τοίνυν, φησὶ, τοῖς ἀδροῖς καὶ δυνατοῖς, τοῖς ἀρτίουσι περιέργως τὸ σίκερα, τοῖς φιλοπότοις, καὶ ἀγαπῶσι μέθην, τοῖς τὸ δίκαιον αἴρουσι τοῦ δικαίου, τοῦτ' ἔστι, τοῖς κατακρίνουσι μὲν τὸν ἠδικημένον, ἀπονέμουσι δὲ ψῆφον δικαίαν τοῖς εἰωθόσι πλεονεκτεῖν. Καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ ἀναγανδὸν εἰπεῖν τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρὸν, καὶ σκότος εἰς φῶς, καὶ τὸ φῶς εἰς σκότος,

Vers. 22, 23. *Væ his qui inter vos robusti sunt ad bibendum vinum, et validi ad miscendam siceram : qui justificant impium propter munera, et justitiam justi tollunt ab eo.*

Primores et nobilissimi Judaicæ Synagogæ, et qui inter alios cognitione divinarum legum eminebant, judiciaque apud eos **95** exercebant, graviter hujus criminis arcessebantur, quasi ad largitiones accipiendas inexplebilem manum extendentes, et quibus animus erat injuriam facere fratribus, his facile suum suffragium vendentes, licet clare dicat lex : « Judicium justum judicate [97]. » Verum C esse quod dico confirmabit propheta Habacum, dicens : « Quousque clamabo, et non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, et non servabis? Quare ostendisti mihi labores et dolores ut viderem miseriam et impietatem? Contra me factum est judicium, et judex accipit. Ideo dissipata est lex, et non perductum est ad finem judicium, quia impius prævalet justo. Idcirco exibit judicium perversum [98]. » Divinus quoque Isaias ipse alloquitur Jerusalem seu Sion : « Principes tui non obediunt, socii sunt furum, diligunt munera, inhiant præmiis, pupillis non judicant, et judicio viduæ non attendunt [99]. » Hæc autem fecerunt, corrupti sordidis muneribus, ac fortassis etiam impie colligentes, et ad fomenta fœdarum voluptatum ex injuriis corrogantes. D Accusat quippe eos voce prophetæ, dicens : Vestes eorum vincientes funiculis, vela fecerunt contigua altari, et vinum ex sycophantiis biberunt in domo Dei sui. Væ itaque, inquit, his qui robusti sunt et validi, qui exquisite siceram condiunt, qui potioni indulgent, et ebrietate delectantur, qui justitiam tollunt a justo, id est, injuste oppressum condemnant, et causam hominum avaritiæ studentium justa sententia adjuvant. Et hoc plane est, ut arbitror, malum dicere bonum, et bonum malum, tenebras lucem, et lucem tenebras, amarum dulce, et dulce amarum. Deplorat autem in omnibus robustos,

[96] Prov. xix, 19. [97] Deut. i, 16. [98] Habac. i, 2-4. [99] Isa. i, 23.

Digitized by Google

præcellentes et præpotentes, quandoquidem potentes potenter et acriter torquebuntur, et cui multum additum est, ab eo multum exigetur, juxta vocem Servatoris. Non enim pari supplicio afficientur principes et subditi. Etenim hi prætexunt interdum se non scire voluntatem domini sui : at illi etsi sciant exactissime, non fecerunt tamen. Eamque ob causam merito duriora patientur ab eo qui pœnam irrogat.

τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν. Ἰστέον δὲ ὅτι δυνατοὶ δυνατῶς ἐτασθήσονται· καὶ ᾧ παρέθεντο πολὺ περισσότερον ἀπαιτοῦσι παρ' αὐτοῦ, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν. Οὐ γὰρ ἴσῳ τρόπῳ τὰ τῆς κολάσεως ἔσται τοῖς τε ἡγουμένοις καὶ τοῖς ὑπὸ χεῖρα κειμένοις. Οἱ μὲν γὰρ ἴσθ' ὅτε προβαλοῦνται τὸ μὴ εἰδέναι τυχὸν τὸ θέλημα τοῦ κυρίου αὐτῶν· οἱ δὲ καίτοι λίαν ἐγνωκότες ἀκριβῶς οὐ δεδράκασιν. Ταύτῃ τοι δικαίως δυσαχθεστέραν ὑπομενοῦσι τὴν τοῦ κολάζοντος κίνησιν.

Vers. 24. *Propterea quemadmodum exuretur stipula a carbone ignis, et comburetur a flamma resoluta, radix eorum quasi lanugo erit, et flos eorum ut cinis ascendet.*

Διὰ τοῦτο, ὃν τρόπον καυθήσεται ἡ καλάμη ὑπὸ ἄνθρακος πυρὸς, καὶ συγκαυθήσεται ὑπὸ φλογὸς ἀνειμένης, ἡ ῥίζα αὐτῶν ὡς χοῦς ἔσται, καὶ τὸ ἄνθος αὐτῶν, ὡς κονιορτὸς ἀναβήσεται.

96 Quoniam, inquit, contra se ipsi protraxerunt peccata velut funiculo longo, nec recti rerum æstimatores fuerunt, criminantes bonum, laudantes malum, sapientes etiam apud seipsos, et oculis suis prudentes, et quæ his fœdiora erant spectantes, impium propter munera justum pronuntiantes, jus justo eripientes : his omnibus de causis, erunt materia concremabilis, instar stipulæ, et ignis fomentum et flammæ accensæ eos depascentur : ut una cum radicibus ipsorum quoque fructus consumantur, id est, ut cum parentibus et ex his etiam procreati simul intereant, et tanquam pulvisculus aut cinis, rapidissimi venti impetu dissipentur. Accensam vero flammam dicit, quæ a nullo exstincta est. Incidit enim quandoque ignis et in segetem, et in vites, non tamen incenduntur, quia multi succurrunt, nec sinunt eum invalescere, ut agros nullo prohibente depopuletur. Cæterum si nullus laborat, nec ulterius cursum flammæ impedit, tunc accensa erit, et libera, et effrenate quodcunque obvium invadet. Quare Deo omnipotente bellicis calamitatibus eos objiciente, et sacrosancto suffragio multante, cum nullus omnium subveniret : hinc accensam facem, optimo jure iram nominat. Ut enim beatus Moses ait : « Deus noster ignis consumens est. Et si clauserit contra hominem, quis aperiet [1] ? » His igitur divinus David accinit dicens : « Tu formidabilis, o Domine, ecquis resistet tibi [2] ? » Omnibus igitur viribus effugienda est hæc ira, utpote terribilis et inevitabilis. Itaque docemur in precibus dicere : « Domine, ne in furore tuo redarguas me, nec ira tua castiges me [3]. » Non enim acerbum est castigari, sed ex ira quasi et furore id contra nos fieri, et molestum est, et intolerabile. Sic et propheta : « Castiga, » inquit, « nos, Domine, verum in judicio, non in furore : ne nos ad numerum paucissimum redigas. »

Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὶ καθ' ἑαυτῶν, φησὶν, ἐπεσπάσαντο τὰς ἁμαρτίας ὡς σχοινίῳ μακρῷ, καὶ γεγόνασιν οὐκ ὀρθοὶ τῶν πραγμάτων κριταὶ, καταψέγοντες μὲν τὸ ἀγαθὸν, ἐπαινοῦντες δὲ τὸ πονηρὸν, σοφοί τε ἦσαν ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον ἑαυτῶν ἐπιστήμονες, καὶ πρὸς τὰ ἔτι τούτων αἰσχίονα βλέποντες, δεδικαιώκασι μὲν ἕνεκα δώρων τὸν ἀσεβῆ, τὸ δὲ δίκαιον τοῦ δικαίου ἔλαβον· τούτων ἕνεκα πάντων ὡς εὐκατάπρηστος ὕλη, καὶ καλάμης δίκην, πυρὸς ἔσονται τροφὴ, καὶ φλόγες αὐτοὺς ἀνειμέναι κατανεμηθήσονται, ὡς ὁμοῦ ταῖς ῥίζαις τοὺς ἐξ αὐτῶν δαπανηθῆναι καρποὺς, τοῦτ' ἔστι, συνδιολέσθαι τοῖς τεκοῦσι τὰ ἐξ αὐτῶν, καὶ ὡς χοῦν ἢ κόνιν ῥαγδαιοτάτου πνεύματος διαριπισθῆναι προσβολαῖς. Ἀνειμένην δὲ φλόγα φησὶ τὴν ὑπ' οὐδενὸς σβεννυμένην. Ἐμπέπτωκε μὲν γὰρ ἡ λῃΐοις ἤγουν ἀμπέλοις ἔσθ' ὅτε πῦρ· ἀλλ' οὐ γέγονεν ἀνημμένη, ἐπαμυνόντων πολλῶν, καὶ προσελθεῖν οὐκ ἐώντων, οὔτε μὴν ἀδιακωλύτως κατανέμεσθαι τοὺς ἀγρούς. Πονοῦντος δὲ οὐδενὸς, ἤγουν ἀνακόπτοντος τὸν ἐπέκεινα δρόμον τῆς φλογὸς, τότε δὴ τότε καὶ ἀνημμένη τις ἔσται καὶ ἄφετος, καὶ ἀχάλινος οὖσα πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν παρακειμένων. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ταῖς τοῦ πολέμου συμφοραῖς ὑποφέροντος αὐτοὺς τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ, καὶ ὁσίᾳ ψήφῳ κολάζοντος, οὐδεὶς παντελῶς ἐπαμύνων ἦν· ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως ἀνημμένην φλόγα τὴν ὀργὴν ὀνομάζει. Ὡς γάρ φησιν ὁ μακάριος Μωσῆς· « Ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον ἐστὶν, καὶ ἐὰν κλείσῃ κατὰ ἀνθρώπου, τίς ἀνοίξει; » Καὶ τοῦτο εἰδὼς ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ψάλλει· « Σὺ φοβερὸς εἶ, καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι ἀπὸ τῆς ὀργῆς σου; » Χρὴ οὖν ἄρα παντὶ σθένει χρωμένους παραιτεῖσθαι τὴν ὀργήν· φοβερὸν γὰρ τὸ χρῆμα, καὶ δυσδιάφυκτον· καὶ γοῦν δεδιδάγμεθα λέγειν ἐν προσευχαῖς· « Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. » Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν τὸ παιδεύεσθαι χαλεπόν. Φορτικὸν δὲ καὶ δύσοιστον, τὸ ἐν ὀργῇ καὶ θυμῷ τοῦτο πράττεσθαι καθ' ἡμῶν· οὕτω καὶ ὁ προφήτης ἔλεγεν· « Παίδευσον ἡμᾶς, Κύριε, πλὴν ἐν κρίσει, καὶ μὴ ἐν θυμῷ, ἵνα μὴ ὀλίγους ἡμᾶς ποιήσῃς. »

Vers. 25. *Non enim voluerunt legem Domini Sabaoth, sed oraculum sancti Israelis irritarunt. Et commotus est furore Dominus Sabaoth in populum suum, et injecit manum in eos, et percussit eos, et exacerbati*

Οὐ γὰρ ἠθέλησαν τὸν νόμον Κυρίου Σαβαὼθ, ἀλλὰ τὸ λόγιον τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ παρώξυναν. Καὶ ἐθυμώθη ὀργῇ Κύριος Σαβαὼθ ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἐπέβαλε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' αὐτοὺς,

[1] Deut. IV, 24. [2] Psal. LXXV, 8. [3] Psal. VI, 2.

Digitized by Google

καὶ ἐπάταξεν αὐτούς, καὶ παρωξύνθη τὰ ὄρη, καὶ ἐγενήθη τὰ θνησιμαῖα αὐτῶν ὡς κοπρία ἐν μέσῳ ὁδοῦ.

sunt montes, et 97 facta sunt morticinia eorum velut fimus in medio viæ.

Ὁ σοφώτατος Ἱερεμίας ταῖς τῶν Ἰουδαίων ἀμαθείαις τε καὶ ὑπερηφίαις ἐπιπλήττει λέγων· « Πῶς ἐρεῖτε, ὅτι Σοφοὶ ἐσμεν ἡμεῖς, καὶ νόμος Κυρίου μεθ' ἡμῶν ἐστιν; Εἰς μάτην ἐγενήθη σχοῖνος, ψευδὴς γραμματεὺς, ἠσχύνθησαν σοφοὶ, ἐπτοήθησαν καὶ ἐάλωσαν. Σοφία τίς ἐστιν ἐν αὐτοῖς; Ὅτι τὸν λόγον Κυρίου ἀπεδοκίμασαν. » Προσήκαντο μὲν γὰρ οὐδαμῶς τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικόν· ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸν τὸν διὰ Μωσέως τετιμήκασι νόμον. Ὡς γὰρ αὐτὸς εἴρηκεν ὁ Χριστός· « Εἰ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. » Πεκλημμελήκασι τοίνυν κατ' ἄμφω, καὶ ἀπεδοκίμασαν οἱ δείλαιοι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, μήτε τὰς διὰ νόμου προαγορεύσεις ὡς ἀληθεῖς δεχόμενοι, μήτε μὴν τὸν σωτήριον εὐαγγελικὸν ἐπαινέσαντες λόγον. Ταύτῃτοι διὰ φωνῆς Ἱερεμίου περὶ αὐτῶν ἔφη Θεός· « Πρὸς τίνα λαλήσω, καὶ διαμαρτύρομαι, καὶ εἰσακούσεται; ἰδοὺ ἀπερίτμητα τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ οὐ δύνανται ἀκούειν. Ἰδοὺ τὸ ῥῆμα Κυρίου ἐγενήθη αὐτοῖς εἰς ὀνειδισμόν· οὐ μὴ βουληθῶσιν αὐτὸ ἀκούειν. » Κατωνείδιζον γὰρ τὸ ῥῆμα Χριστοῦ, τοῖς ἀκροωμένοις περὶ αὐτοῦ λέγοντες· « Δαιμόνιον ἔχει, καὶ μαίνεται, τί αὐτοῦ ἀκούετε; » Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οὐκ ἠθέλησαν τὸν νόμον Κυρίου Σαβαὼθ, παρώτρυναν δὲ καὶ τὸ λόγιον τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ, τοῦτ' ἔστι, Χριστοῦ· Ἐθυμώθη, φησὶν, ὀργῇ, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς, καὶ παρωξύνθη τὰ ὄρη. Καὶ ποῖά φησιν ἐν τούτοις ὄρη; ἢ δηλονότι τὰς Ῥωμαίων ἀρχὰς, διά τοι τὸ ἐν δόξῃ περιφανεῖ, καὶ τὸ ἐν ἀξιώμασιν ἐπηρμένον; Ἀπὸ δὲ τοῦ παροξυνθῆναι τὰ ὄρη, γέγονεν αὐτῶν ὡς κοπρία τὰ θνησιμαῖα, τοῦτ' ἔστιν, οἱ ἐκ τοῦ πολέμου νεκροὶ, διερριμμένοι πανταχῇ, καὶ τάχα που κείμενοι σωρηδὸν, καὶ πᾶσαν αὐτῶν πιμπλάντες τὴν χώραν. Καὶ ἑτέρως δὲ κατὰ τῶν παροτρυνόντων διὰ τῆς ἀπειθείας τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Θεόν. Παροτρύνονται γὰρ ὄρη τὰ νοητὰ, τοῦτ' ἔστιν, ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι, καὶ οἱ κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τούτου. Οὗ δὴ γεγονότος, πᾶσά πως ἀνάγκη τὸν ψυχῆς ὑπομεῖναι θάνατον τοὺς ὑπενηνεγμένους αὐτοῖς. Ἐπικουροῦντος μὲν γὰρ τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ, κἂν παροτρύνηται καθ' ἡμῶν τὰ ὄρη, λόγος αὐτῶν οὐδείς. Γέγραπται γὰρ, ὅτι Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς. Ἀφιστάντος δὲ τὴν χεῖρα, καὶ οὐκ ἔτι σώζειν ἀνεχομένου, τὸ τηνικάδε κεισόμεθα, καὶ κοπρίων δίκην ὑπὸ πόδας τῶν ἐχθρῶν ἐσόμεθα.

Sapientissimus Jeremias inscitiam Judæorum et superbiam taxat, dicens: « Quomodo dicetis, Sapientes sumus nos, et lex Domini apud nos est? Vanus factus est juncus, mendax scriba; pudefacti sunt sapientes, perterriti sunt, et capti sunt. Sapientia quænam illis inest[4]? Quoniam verbum Domini respuerunt. » Neque enim prædicationem Evangelii admiserunt, imo nec ipsam legem a Mose traditam coluerunt: ut etiam ipse Christus dixerat: « Si credidissetis Mosi, credidissetis mihi: nam de me ille scripsit[5]. » Contra utrumque ergo deliquerunt, et Dei verbum repudiarunt miseri, neque prædictiones legales ut veras recipientes, neque salutari evangelicoque sermoni suffragantes. Idcirco voce Jeremiæ de ipsis locutus est Deus: « Ad quem loquar, et contestabor, et exaudiet? Ecce incircumcisæ aures eorum, nec possunt audire. Ecce verbum Domini factum est illis in opprobrium. Nolunt illud audire[6]. » Probris enim commaculârunt verbum Domini, cum de ipso audientibus dicerent: « Dæmonium habet, et insanit; quid illum auditis[7]? » Cum ergo legem Domini Sabaoth non voluerint, irritarunt oraculum sancti Israel, id est, Christi. Commotus est, inquit, furore, et percussit eos, et exacerbati sunt montes. Quosnam dicit hic montes? annon videlicet Romanum imperium propter splendorem gloriæ, et dignitatis eminentiam? Eo quod exacerbati sunt montes, facta sunt morticinia eorum quasi fimus, id est, qui in bello mortui sunt, passim et sparsim projecti sunt, et acervatim jacuerunt, universamque regionem eorum repleverunt. Quinetiam aliter de his qui per inobedientiam omnium Servatorem Deum exacerbarunt, intelligi potest. Exacerbati sunt enim montes intelligibiles, id est, principatus, et potestates, et mundi domini, rectores tenebrarum harum[8]. Quod ubi fit, eos qui subditi illis sunt, mortem animæ subire omnino est necessum. Etenim Deo optimo maximo suppetias ferente, quantumvis contra nos excanduerint montes, nulla eorum ratio habenda est. Scriptum est enim: Castrametabitur angelus Domini circa timentes ipsum, et eruet eos. Sin manum ille subtraxerit, nec jam servare sustinuerit, tunc jacebimus, et velut stercus pedibus inimicorum substernemur.

Ἐπὶ πᾶσι τούτοις οὐκ ἀπεστράφη ὁ θυμὸς, ἀλλ' ἔτι ἡ χεὶρ ὑψηλή. Τοιγαροῦν ἀρεῖ σύσσημον ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς μακρὰν, καὶ συριεῖ αὐτοῖς ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς. Καὶ ἰδοὺ ταχὺ κούφως ἔρχονται· οὐ πεινάσουσιν, οὐδὲ κοπιάσουσιν, οὐδὲ νυστάξουσιν, οὐδὲ κοιμηθήσονται, οὐδὲ μὴ λύσωσι τὰς ζώνας αὐτῶν ἀπὸ τῆς ὀσφύος αὐτῶν, οὐδ' οὐ μὴ ῥαγῶσιν οἱ ἱμάντες τῶν

98 VERS. 25-30. *In omnibus his non aversa est ira, sed adhuc manus excelsa. Itaque levabit signum in gentibus longinquis, et assibilabit illis ab extremo terræ. Et ecce cito leviter venient: non esurient, neque laborabunt, neque dormitabunt, neque consopientur, neque solvent cingula sua a lumbo suo, neque rumpentur corrigiæ calceorum ipsorum: quorum tela acuta sunt, et arcus eorum extensi. Pedes*

[4] Jerem. VIII, 8, 9. [5] Joan. V, 46. [6] Jerem. VI, 10. [7] Joan. X, 20. [8] Ephes. VI, 12.

Digitized by Google

equorum eorum ut solida petra reputati sunt: rotæ curruum ipsorum quasi tempestas. Irruunt quasi leones, et astiterunt quasi catulus leonis. Et apprehendet et vociferabitur quasi fera, et injiciet se, nec erit qui eripiat. Et vociferabitur propter ipsos die illo, ut sonitus maris inundantis, et inspicient in terram, et ecce caligo tetra in eorum inopia.

ὑποδημάτων αὐτῶν, ὧν τὰ βέλη ὀξέα ἐστὶ, καὶ τὰ τύχα αὐτῶν ἐντεταμένα. Οἱ πόδες τῶν ἵππων αὐτῶν ὡς στερεὰ πέτρα ἐλογίσθησαν· οἱ τροχοὶ τῶν ἁρμάτων αὐτῶν ὡς καταιγίς. Ὁρμῶσιν ὡς λέοντες, καὶ παρεστήκασιν ὡς σκύμνος λέοντος. Καὶ ἐπιλήψεται, καὶ βοήσεται ὡς θηρίον, καὶ ἐκβαλεῖ, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ῥυόμενος. Καὶ βοήσεται δι' αὐτοὺς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ὡς ϕωνὴ θαλάσσης κυμαινούσης, καὶ ἐμβλέψονται εἰς γῆν, καὶ ἰδοὺ σκότος σκληρὸν ἐν τῇ ἀπορίᾳ αὐτῶν.

Quod ira in eos justa judicantis hic non sistet, sed ulterius progredietur, ex his quæ jam proposita sunt, perspicuum erit. Nam licet crudeliter vastati, fame et siti pressi, bellique calamitatibus impliciti fuerint miselli, tamen in hac aversione a Deo perstiterunt, nec ab ira liberi immunesque fuerunt. Hoc enim, opinor, significat ubi ait: Adhuc manus excelsa, quippe feriens eos qui peccaverunt. In altum enim semper elevatur manus percutientis. Dein quæ et quanta montium irritatio sit futura, et qui furoris eorum administri erunt, quanta cum fortitudine et audacia, et insueta in homines immanitate et sævitia adorientur, declarat cum dicit: « Itaque levabit signum in gentibus longinquis. » Non enim vicini erant, aut Judæorum regioni conterminі, qui eam vastarunt, et Hierosolyma cunctasque Judæorum urbes cremarunt; sed ex longinquis regionibus et ex omni terra congregati: complures quippe, imo innumerabiles conjunctis copiis et clypeis Vespasianum et Titum adjuverunt. Signumque, inquit, dabitur, perinde ut belli ac pugnæ tempore. Sic enim ducibus solemne est, multitudinem sub ipsis merentem in aciem educturis, signum quoddam dare, et vexilla, ut vocant, in altum tollere. Quorum et propheta Isaias meminit: **99** Capietur, inquiens, ut vexillum in monte, et ut signum gerens in colle. Vexillum namque collocantes in prærultis verticibus, vel recta procedunt, vel retrocedunt, vel etiam suspendunt quiddam ad quod acies respicit. Novit enim hoc pacto ducis voluntatem. Itaque levabit, inquit, signum, assibilabit illis. Sumit hoc rursus, velut a consuetudine apum. Solent enim apiarii sibilo eas excitare, et ita ex alvearibus ad flores et herbas educere, et ex agris quoque reducere, domique ut immorentur efficere. Sibilabit ergo, inquit. Hi vero accurrere volucres et leves, famem magnopere non curare, nec pertimescere labores, sed insomnes esse, et præcincti, ac bellico apparatu instructissimi, indomitis equis vehi, ac instar turbinis impetum facere, leonibus similes, ac more ferarum vorare: occursu adeo sævi et truces, ut citra pugnam possent vincere, nemine contra se opponente, vel ad subsidium ferendum satis valente. Erit item ploratus eo tempore, et clamor confusus, ut nemo sit qui præsit aliis, perinde quasi sonitus maris per regionem Judæorum dissiparetur. Erit etiam caligo tetra, idque partim propter nebulam quasi et noctem intelligitur, partim, ac quidem verius, propter terrores et consilii inopiam. Mala enim graviora menti tenebras offundunt. Inservit

Ὅτι μὴ μέχρι τούτων τὰ τῆς ἐπ' αὐτοῖς ὀργῆς μετρηθήσεται παρὰ τοῦ τὰ δίκαια κρίνοντος, προβήσεται δὲ καὶ ἐπέκεινα, σαφηνιεῖ τὸ προκείμενον. Καίτοι γὰρ ἀγρίως πεπορθημένοι, λιμῷ τε καὶ δίψει πεπιεσμένοι, καὶ ταῖς τοῦ πολέμου συμφοραῖς ἐναλόντες οἱ δείλαιοι, μεμενήκασιν ἐν ἀποστροφῇ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἔξω γεγόνασι τῆς ὀργῆς. Τοῦτο γὰρ, οἶμαι, σημαίνει λέγων τὸ, Ἔτι ἡ χεὶρ ὑψηλὴ, ὅτι πλήττουσα τοὺς ἡμαρτηκότας. Ὑψοῦ γὰρ ἀεί πως ἡ τοῦ παίοντος αἴρεται χείρ. Εἶτα τίς ἢ πόσος ὁ τῶν ὀρῶν ἔσται παροξυσμὸς, τίνες δὲ καὶ οἱ τοῖς ἐκείνων ὑπηρετησόμενοι θυμοῖς, καὶ μεθ' ὅσης ἥξουσιν ἀνδρείας τε καὶ εὐτολμίας, καὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἀήθους ὠμότητος, ἐμφανίζει λέγων· « Τοιγαροῦν ἀρεῖ σύσσημον ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς μακράν. » Οὐ γὰρ ὅμοροι καὶ γείτονες τῆς Ἰουδαίων χώρας οἱ ταύτην ἠρημωκότες καὶ κατεμπρήσαντες τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ ἁπάσας δὲ τὰς τῶν Ἰουδαίων πόλεις, ἀλλ' ἐκ χωρῶν τῶν μακρὰν, καὶ ἐξ ἁπάσης τῆς γῆς συναγηγερμένοι. Πλεῖστοι γὰρ λίαν· μᾶλλον δὲ τάχα που καὶ ἀριθμοῦ κρείττονες καὶ οἱ συνασπίζοντες Οὐεσπασιανῷ τε καὶ Τίτῳ. Σύσσημον δὲ δοθήσεται, ϕησὶν, ὡς ἐν καιρῷ πολέμου καὶ μάχης. Ἔθος γὰρ τοῖς στρατηγοῖς ἐξοπλίζειν μέλλουσιν εἰς παράταξιν τὴν ὑπὸ χεῖρα πληθὺν, σύσσημά διδόναι, τὰς καλουμένας σημαίας αἴροντας ὑψοῦ. Ὧν καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας διαμέμνηται λέγων· Καταληφθήσεται, ὡς ἱστὸς ἐπ' ὄρους, καὶ ὡς σημαίαν φέρων ἐπὶ βουνοῦ. Ἱστοὺς γὰρ ἱστάντες ἐν ὑψηλοῖς γηλόφοις, ἢ ὀρθοῦσιν, ἢ καταχλίνουσιν, ἢ καὶ ἀπαρτῶσί τινα πρὸς ἃ βλέπει τὸ μάχιμον. Εἶδεν δὲ οὕτω τοῦ στρατηγοῦ τί τὸ δοκοῦν. Αἴρει τοιγαροῦν τὸ σύσσημον, ϕησὶ, καὶ συριεῖ αὐτοῖς. Δέχεται δὲ καὶ τοῦτο πάλιν, ὡς ἀπό γε τῆς συνηθείας τῆς ἐπὶ τῶν μυιῶν. Ἐν ἔθει γάρ πώς ἐστι τοῖς μελισσοκόμοις συρίζειν αὐταῖς· οὕτω τε τῶν σίμβλων ἀποφέρειν εἰς ἄνθη καὶ πόας, καὶ μὴν καὶ ἀνακομίζειν ἐξ ἀγρῶν, οἷόν τε αὐτὰς ἐναυλίζεσθαι ποιεῖν. Συριεῖ τοίνυν, ϕησίν. Οἱ δὲ ἀφίξονται πτηνοί τε καὶ κοῦφοι, λιμοῦ μὲν ὀλίγα πεφροντικότες, οὐ δεδιότες δὲ πόνους, ἄϋπνοί τε καὶ εὐζωνότατοι, καὶ ἐξηρτυμένοι τὰ τακτικὰ, καὶ ἀτρύτοις ἵπποις ἐποχούμενοι, καὶ ὁρμῶντες ὡς καταιγὶς, καὶ ἐν ἴσῳ λέουσι, καὶ κατεσθίοντες ὡς θηρία. Δυσάντητοι δὲ οὕτως ἔσονται καὶ δεινοὶ, ὡς ἀμαχεὶ δύνασθαι νικᾶν ἀντεξάγοντος οὐδενὸς, ἢ γοῦν ἱκανῶς ἔχοντος εἰς ἐπικουρίαν. Ἔσται δὲ θρῆνος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ καὶ βοὴ συμμιγὴς, ὡς οὐδὲν ἕτερον ἡγεῖσθαί τινας, ἢ ὅτι θαλάσσης ἠχὴ τῆς Ἰουδαίων κατασκίδναται χώρας. Ἔσται δὲ καὶ σκληρὸν σκότος· καὶ οὔτι που πάντως τὸ ὡς ἐν ὁμίχλῃ νοούμενον καὶ νυκτὶ, τὸ ἐκ δεημάτων δὲ μᾶλ-

Digitized by Google

λον καὶ ἀπορίας. Σκοτοῖ γὰρ τὸν νοῦν τὰ παγχάλεπα τῶν κακῶν. Ὀνίνησι τοιγαροῦν διὰ παντὸς ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων Θεός. Ποιεῖται γὰρ οὐ μάτην τὰς τῶν ἐσομένων προαγορεύσεις· καὶ δίεισιν ἀκριβῶς τὰ μεγέθη τῶν κακῶν· ἵν' ἐπειδήπερ ἀνουθέτητοί τε πολλάκις ἐσμὲν, καὶ πεποιήμεθα παρ' οὐδὲν τὸν εἰς μετάγνωσιν καλοῦντα λόγον, κἂν γοῦν ὑποπτήξαντες τὸ ταῖς οὕτω δειναῖς ἐναλῶναι δίκαις, τὸν θεῖον ἐν ἑαυτοῖς εἰσδεξώμεθα φόβον, καὶ ἀποσπουδάσαντες τὰ πονηρὰ, μετακομίσωμεν τὴν καρδίαν εἰς γε τὸ χρῆναι λοιπὸν ἐλέσθαι τὸ ἀγαθόν.

A igitur Deus universitatis utilitati nostræ in omnibus. Nec enim sine causa facit futurorum prædictionem, et accurate narrat magnitudinem malorum, ut quoniam sæpe indociles sumus, et sermonem ad pœnitentiam vocantem negligimus, saltem metuentes ne tam grandi pœna involvamur, Dei timorem in nobis suscipiamus, et dediscentes mala, animum deinceps ad bonum amplectendum convertamus.

Καὶ ἐγένετο τοῦ ἐνιαυτοῦ, οὗ ἀπέθανεν Ὀζίας ὁ βασιλεὺς, εἶδον τὸν Κύριον Σαβαὼθ, καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου· καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ. Καὶ Σεραφεὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ. Ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνὶ, καὶ ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί. Καὶ ταῖς μὲν δυσὶν, κατεκάλυπτον τὰ πρόσωπα, καὶ ταῖς δυσὶ κατεκάλυπτον τοὺς πόδας, καὶ ταῖς δυσὶν ἐπέταντο. Καὶ ἐκέκραγον ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, καὶ ἔλεγον· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ.

CAP. VI. VERS. 1-3. *Et factum est anno quo mortuus est Ozias rex vidi Dominum Sabaoth sedentem in solio excelso et elevato; et plena domus gloria ejus. Et Seraphim steterunt circum eum: sex alæ uni, et sex alæ alteri; duabus quidem velabant faciem, duabus vero obvelabant pedes, et duabus volabant. Clamabantque alter ad alterum, et dixerunt: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth, plena est omnis terra gloria ejus.*

Οὐ καθ' ἕνα τυχὸν, οὔτε μὴν ἀδιαστάτως οἱ μακάριοι προφῆται τὰς τῶν ὁράσεων ἀποκαλύψεις ἐδέχοντο παρὰ Θεοῦ. Ἀνὰ μέρος δὲ μᾶλλον, κατὰ τὸ Δεσπότῃ δοκοῦν. Καὶ ἐν χρόνοις καθ' οὓς ἤθελε τοῦτο δρᾷν ὁ ἀποκαλύπτων βαθέα καὶ ἀπόκρυφα, καὶ γινώσκων τὰ κεκρυμμένα. Καὶ γὰρ ἔστι μετὰ τοῦτο φῶς, καθὰ γέγραπται. Ὀζίου τοιγαροῦν τοῦ καὶ Ἀζαρίου περιόντος ἔτι, καὶ τοὺς τῆς βασιλείας τῆς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις διέποντος θρόνους, τοὺς ἐπὶ τοῖς ἤδη φθάσασι πεποίηται λόγους ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας. Ἦν μὲν γὰρ Ὀζίας καὶ Ἀζαρίας τῶν ὅτι μάλιστα φιλοθεωτάτων, πεποιηκέναι γὰρ λέγεται τὸ εὐθὲς ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ Θεοῦ. Πλὴν οὐ μέχρι παντὸς διεσώσατο καλὴν καὶ ἀμώμητον τῆς εὐσεβείας τὴν δόξαν. Κατισχύσας γὰρ διὰ Θεοῦ τῶν ὁμόρων ἐθνῶν, πλεῖστά τε ὅσα καὶ ἀξιοθαύμαστα κατ' αὐτῶν ἐργασάμενος, τοῖς τῆς εὐπραγίας μεμέθυσται τρόποις· καὶ κατώλισθεν εἰς ὑπερηφίαν. Ἀφίκετο γὰρ εἰς τοῦτο γνώμης, ὥστε καὶ λειτουργίαν ἁρπάσαι τὴν ἱεράν, καὶ αὐτόκλητος ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ δεῖν ἱεράσθαι τῷ Θεῷ. Εἰσελθὼν γὰρ εἰς τὸν θεῖον ναὸν, οὐ διὰ τῆς τῶν Λευϊτῶν μεσιτείας, ἧγουν ἱερέων, προσκομίζειν ἤθελε τὰς θυσίας τῷ Θεῷ. Ἀλλ' ἐπ' αὐτὸ τὸ θεῖον ἀναπηδήσας θυσιαστήριον, θυμᾷν ἐζήτει παρὰ τὸ εἰωθὸς καὶ τὸν νόμον. Καὶ ἠλέγχετο μὲν παρὰ τῆς ἱερατευούσης φυλῆς ὡς ἀνόσια δρῶν, καὶ παραλύειν ἐπιχειρῶν τὸν νόμον. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς τῆς βασιλείας αὐχήμασιν ἐντρυφῶν προσενέμηκεν ἑαυτῷ καὶ τὸ ἱεράσθαι πρέπειν· καὶ παρ' οὐδὲν ποιούμενος τὰς τῶν ἱερέων συμβουλὰς, ἠλέγχετο παραχρῆμα παρὰ Θεοῦ. Λελέπρωται γὰρ, αὐτοῖς μετώποις ἐπηνθηκότος τοῦ πάθους. Οἶμαι δὲ δεῖν πρὸς ἀκριβῆ τῶν εἰρημένων εἴδησιν καὶ αὐτὰ τὰ θεῖα παραθέσθαι λόγια, τὰ ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα. Ἔχει δὲ οὕτως· « Ἐν ἔτει εἰκοστῷ καὶ ἑβδόμῳ τῷ Ἱεροβοὰμ βασιλεῖ Ἰσραὴλ, ἐβασίλευσεν Ἀζαρίας υἱὸς Ἀμασίου βασιλέως Ἰούδα. Ἓξ

100 Nec simul, nec sine intervallo beati prophetæ visorum revelationes acceperunt a Deo, sed paulatim et sigillatim, prout Domino visum est, et tum cum voluit facere is, qui retegit profunda et secreta, et qui occulta cognoscit. Lux enim apud illum est, sicut scriptum est. Ozia igitur, qui et Azarias dictus est, adhuc superstite, et regni Hierosolymitani solium occupante, superiores sermones habuit beatus propheta Isaias. Nam Ozias, qui Azarias, valde pius erat et religiosus, quippe qui legitur fecisse rectum in oculis Dei: at integram et illibatam religionis gloriam per omnia non retinuit. Expugnatis enim Dei auxilio et beneficio finitimis gentibus, et pluribus admirandisque rebus contra eas gestis, felici hoc successu inebriatus est, et ad superbiæ scopulum impegit. Eo enim amentiæ devenit, ut sacrum ministerium sibi ipse arripuerit, et sponte, non vocatus, ad sacrificandi munus accesserit. Ingressus enim Dei templum, non Levitarum vel sacerdotum opera vicaria uti in offerendis Deo hostiis voluit, sed ad divinum altare assiliens, præter morem et legem aggressus est incensum adolere: ac reprehensus quidem est a tribu sacerdotali, quasi impie agens, et legem violans. At is regali dignitate insolescens, sibi hanc sacerdotii functionem arrogavit, spretoque sacerdotum consilio, confestim a Deo redarguitur, lepra videlicet percussus, morbo in ipsa adeo fronte germinante. Quo autem hæc quæ dicta sunt plenius intelligantur, divina quoque ipsa oracula quæ de hac re scripta sunt, apponenda esse arbitror. Sic autem se habent: « Anno vicesimo septimo Jeroboami regis Israel, regnavit Azarias filius Amaziæ, regis Juda. Filius sexdecim annorum erat, cum regnaret. Regnavitque quinquaginta duos annos in Jerusalem. Nomen autem matris Chalia (1) fuit de Jerusalem. Fecitque quod rectum erat in oculis Do-

(1) Vulg. *Chelia.*

Digitized by Google

mini juxta omnia quæ fecerat Amasias pater ejus : attamen excelsa non sustulit. Adhuc populus sacrificavit, et sufflitum fecit in excelsis. Tetigit autem Dominus regem, et lepra correptus erat usque ad diem mortis suæ [9]. » Hæc quidem in Regnis. In Paralipomenis **101** autem, ut dixi : « Et ut obtinuit, » inquit, « elatum est cor ejus ad corrumpendum. Et injuste egit contra Dominum Deum suum, intravitque templum Domini ut adoleret in altari suffimentorum. Introivit autem post ipsum Zacharias sacerdos, et una cum eo sacerdotes Domini octoginta duo præpotentes, et stabant contra Oziam regem, et inquiunt : Non licet tibi, Ozia, adolere Domino, sed penes nos est, qui sacerdotio fungimur, qui filii Aaronis sumus, qui sanctificamur ad adolendum. Exi e sanctuario, quia recessisti a Domino, et non erit tibi hoc gloriæ a Deo. Iratus est autem Ozias, et in manu ejus thuribulum erat, ut adoleret in templo. Cumque iratus esset ipse sacerdotibus, lepra orta est in fronte ejus coram sacerdotibus in domo Domini, supra altare suffimentorum. Convertitque se ad eum summus sacerdos et sacerdotes, et ecce leprosus est in fronte, atque eum inde propere ejiciunt. Nam et ipse festinavit exire, quia arguit eum Dominus [10]. » Cum autem lex Mosaica sanciret, leprosum ut immundum omnino e castris emittendum esse, leprosus vero inquinaret, ac sua immunditie pollutum redderet eum quicum ipse versaretur ; habitaret tamen Ozias Hierosolymis, hinc totam propemodum Jerusalem inquinans : tacuit Dominus, non quidem prophetas sanctos contumelia afficiens, sed potius admonitione eorum indignos declarans eos, qui etiam præter legislatoris voluntatem immundo cohabitarent. Sic enim inquit alicubi et ad beatum Ezechielem : « Et linguam tuam ligabo, et obmutesces, nec eris illis corrector et censor : quia domus exasperans est [11]. » Obmutuit igitur, ostendens nimirum indignationem. Commota sunt enim Hierosolyma, et concussa est universa Judæorum regio. Quod intelligemus ex his quæ propheta Amos scripsit. Habet enim sic : « Verba Amos quæ facta sunt in Accarim ex Thecue, quæ vidit super Jerusalem, temporibus Oziæ regis Juda, et temporibus Jeroboami filii Joas regis Israel, duobus annis ante terræ motum [12]. » Postquam autem obiisset Ozias desiit tempus silentii, divinasque visiones sanctis prophetis Deus universitatis reddidit. Ideoque propheta Isaias : « Et factum est, inquit, anno quo mortuus est Ozias rex, **102** vidi Dominum Sabaoth sedentem in solio excelso et elevato. » Prophetam autem vidisse Filium in gloria Dei et Patris, nemo dubitare poterit, cum Joannes scribat de eo aperte : « Hæc autem dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus, deque eo locutus est [13]. » Specta vero mihi divinæ dignitatis præstantiam, et in omnem creaturam dominatum. Ille enim est in excelso et elevato throno, pulcherrimis regni insignibus egregie

A καὶ δέκα ἐτῶν ἦν ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτὸν, καὶ πεντήκοντα καὶ δύο ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὄνομα τῆς μητρὸς αὐτοῦ Χαλία ἐξ Ἱερουσαλήμ. Καὶ ἐποίησε τὸ εὐσεβὲς ἐν ὀφθαλμοῖς Κυρίου, κατὰ πάντα ὅσα ἐποίησεν Ἀμαζίας ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Πλὴν τῶν ὑψηλῶν οὐκ ἐξῆρεν· ἔτι ὁ λαὸς ἐθυσίαζεν, καὶ ἐθυμίαν ἐν τοῖς ὑψηλοῖς. Καὶ ἥψατο Κύριος τοῦ βασιλέως. Καὶ ἦν λελεπρωμένος ἕως ἡμέρας θανάτου αὐτοῦ. » Καὶ ταυτὶ μὲν ἐν ταῖς Βασιλείαις. Ἐν δὲ Παραλειπομέναις, ὡς ἔφην· « Καὶ ὡς κατίσχυσε, φησὶν, ὑψώθη ἡ καρδία αὐτοῦ καταφθεῖραι. Καὶ ἠδίκησεν ἐν Κυρίῳ Θεῷ αὐτοῦ· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν ναὸν Κυρίου θυμιάσαι ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τῶν θυμιαμάτων· καὶ εἰσῆλθεν ὀπίσω αὐτοῦ Ἀζαρίας ὁ ἱερεὺς, καὶ μετ' αὐτοῦ ἱερεῖς τοῦ Κυρίου ὀγδοήκοντα καὶ δύο υἱοὶ B δυνατοί· καὶ ἔστησαν ἐπὶ Ὀζίαν τὸν βασιλέα, καὶ εἶπαν αὐτῷ· Οὐ σοι, Ὀζία, θυμιάσαι τῷ Κυρίῳ, ἀλλ' ἡμῖν τοῖς ἱερατεύουσι τοῖς υἱοῖς Ἀαρὼν τοῖς ἡγιασμένοις, θυμιάσαι. Ἔξελθε ἀπὸ τοῦ ἁγιάσματος, ὅτι ἀπέστης ἀπὸ Κυρίου. Καὶ οὐκ ἔσται σοι τοῦτο εἰς δόξαν παρὰ Κυρίου Θεοῦ. Καὶ ἐθυμώθη Ὀζίας· καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὸ θυμιατήριον τοῦ θυμιάσαι ἐν τῷ ναῷ· ἐν τῷ θυμωθῆναι αὐτὸν πρὸς τοὺς ἱερεῖς, καὶ ἡ λέπρα ἀνέτειλεν ἐν τῷ μετώπῳ αὐτοῦ, ἐναντίον τῶν ἱερέων ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου, ἐπάνω τοῦ θυσιαστηρίου τῶν θυμιαμάτων. Καὶ ἐπέστρεψεν ἐπ' αὐτὸν ὁ ἱερεὺς ὁ πρῶτος καὶ οἱ ἱερεῖς, καὶ ἰδοὺ αὐτὸς λεπρὸς ἐν τῷ μετώπῳ. Καὶ κατέσπευσαν αὐτὸν ἐκεῖθεν, καὶ γὰρ αὐτὸς ἔσπευσεν ἐξελθεῖν, ὅτι ἤλεγξεν αὐτὸν Κύριος. » Ἐπειδὴ δὲ τοῦ διὰ Μωσέως προστάττοντος νόμου C χρῆναι δὴ πάντως ἐκπέμπεσθαι τῆς παρεμβολῆς ὡς ἀκάθαρτον τὸν λεπρὸν, καταμιαίνοντος δὲ καὶ κοινὸν ἀποφαίνοντος τῆς ἀκαθαρσίας τοῦ λεπροῦ τὸν συνόντα αὐτῷ, κατῴκηκεν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις Ὀζίας, μονονουχὶ σύμπασαν διὰ τούτου μιαίνων τὴν Ἱερουσαλήμ. Σεσίγηκεν ὁ Δεσπότης οὐκ ἀτιμάζων προφήτας ἁγίους, ἀναξίους δὲ μᾶλλον ἀποφαίνων τῆς παρ' αὐτοῦ νουθεσίας τοὺς ἀκαθάρτους συνοικοῦντας παρά γε τὸ τῷ νομοθέτῃ δοκοῦν. Οὕτω γάρ πού φησι καὶ πρὸς τὸν μακάριον Ἰεζεχιήλ· « Καὶ τὴν γλῶσσάν σου συνδήσω, καὶ ἀποκωφωθήσῃ· καὶ οὐκ ἔσῃ αὐτοῖς εἰς ἄνδρα εὐθύνοντα, ὅτι οἶκος παραπικραίνων ἐστίν. » Ἀποσεσίγηκε τοίνυν, καίτοι δεικνύων τὴν ἀγανάκτησιν. Σέσεισται γὰρ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ κατεδονήθη πᾶσα τῶν Ἰουδαίων χώρα. Εἰσόμεθα δὲ καὶ τοῦτο δι' D ὧν ἐγεγράφει ὁ προφήτης Ἀμώς. Ἔχει γὰρ οὕτως· « Λόγοι Ἀμὼς οἳ ἐγένοντο ἐν Ἀκκαρεὶμ ἐν Θεκουὲ, οὓς ἶδεν ὑπὲρ Ἱερουσαλὴμ ἐν ἡμέραις Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα, καὶ ἐν ἡμέραις Ἱεροβοὰμ τοῦ Ἰωᾶς βασιλέως Ἰσραὴλ πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ. » Ἐπειδὴ δὲ τετελεύτηκεν Ὀζίας συγκατέληξεν αὐτῷ τῆς σιωπῆς ὁ καιρός. Καὶ πάλιν ἐδίδου τὰς θεοπτίας τοῖς ἁγίοις προφήταις ὁ τῶν ὅλων Θεός. Ταύτῃ τοί φησιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας· « Καὶ ἐγένετο τοῦ ἐνιαυτοῦ οὗ ἀπέθανεν Ὀζίας ὁ βασιλεὺς, ἶδον τὸν Κύριον Σαβαὼθ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου. » Ὅτι μὲν οὖν τὸν Υἱὸν ὁ προφήτης τεθέαται ἐν τῇ δόξῃ

[9] IV Reg. xv, 1-5. [10] II Paral. xxvi, 16-20. [11] Ezech. iii, 26. [12] Amos i, 1. [13] Joan. xii, 41.

Digitized by Google

τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις, Ἰωάννου γράφοντος ἐναργῶς περὶ αὐτοῦ· « Ταῦτα δὲ εἶπεν Ἡσαΐας, ὅτε ἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ. » Ἄθρει δέ μοι τῆς θεοπρεποῦς ὑπεροχῆς τὸ ἀξίωμα, καὶ τὸ κατὰ πάσης κτίσεως κράτος. Ὁ μὲν γάρ ἐστιν ἐφ' ὑψηλοῦ τε καὶ ἐπηρμένου θρόνου τοῖς τῆς βασιλείας ἐκπρεπεστάτοις αὐχήμασιν εὖ μάλα κατεστεμμένος. Αἱ δὲ ἀνωτάτω δυνάμεις, μεθ' ἃς οὐδὲν ἐπέκεινα τῶν γενητῶν εἶναι λέγεται, κύκλῳ περιισταῖσι τάξιν ἔχουσαι τὴν οἰκετικὴν, καὶ ταῖς εὐφημίαις καταγεραίρουσαι. Πλήρη τε εἶναί φησι τὴν γῆν ἅπασαν τῆς δόξης αὐτοῦ. Χρῆναι δὲ ὑπολαμβάνω μὴ ἐν τοπικοῖς ὑψώμασι τὸν θεῖον οἴεσθαι τεθεῖσθαι θρόνον. Εὔηθες γὰρ καὶ ἀσύνετον κομιδῇ τὸ χρῆμά ἐστιν. Ὑψοῦ δὲ ὁ θεῖος τέθειται θρόνος, καθὸ καὶ νοεῖται πάσης ἐπέκεινα φύσεως νοητῆς τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἡ δόξα. Ἡ δὲ κάθισις ἡ ἐπ' αὐτοῦ τὴν οἱονεὶ βεβαιότητά τε καὶ ἐν ταυτότητι τῶν ἀγαθῶν ἵδρυσίν τε καὶ διαμονὴν ἔοικεν ὑποδηλοῦν. Ψάλλει γὰρ οὕτω καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· « Ὁ Θεὸς κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ. » Καὶ μὴν καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας πρὸς αὐτόν πού φησιν· « Ὅτι σὺ καθήμενος τὸν αἰῶνα, καὶ ἡμεῖς ἀπολλύμενοι τὸν αἰῶνα. » Ἀεὶ γὰρ καὶ ἐν παντὶ χρόνῳ φθαρτή τέ ἐστιν ἡ πεποιημένη φύσις, καὶ τῶν γενητῶν ἐν τούτοις τὸ μέτρον· κάθηται δὲ, ὡς ἔφην, ἡ πάντων τεχνῖτις καὶ δημιουργὸς σοφία, τοῦτ' ἔστιν, ἀκλόνητον ἔχει τὴν ἐν ταυτότητι διαμονήν. Πλήρη δὲ εἶναί φησι τὸν οἶκον τῆς δόξης αὐτοῦ. Οὔπω γὰρ δεδυσσεβηκότος τοῦ Ἰσραὴλ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, ἐπλήρου τὸν οἶκον τὸν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἡ τοῦ Θεοῦ δόξα. Ἐπειδὴ δὲ ἠρνήσαντο τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ πεπτώκασιν εἰς ἀνοσιότητα τρόπων. Οὗ ἕνεκεν τὴν φωνὴν ἤκουσαν λέγοντος· « Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν. » Ἑκάστῳ δὲ τῶν Σεραφὶμ ἓξ ἐμπεφυκέναι φησὶ τὰς πτέρυγας, ὡς ταῖς μὲν δυσὶ κατακαλύπτειν τὸ πρόσωπον, ταῖς δὲ δυσὶ τοὺς πόδας, πέτασθαι δὲ ταῖς λοιπαῖς. Διερμηνεύεται δὲ Σεραφὶμ, ἐμπρησταὶ ἤτοι θερμαίνοντες. Ψυχρὸν γὰρ οὐδὲν παρά γε ταῖς ἄνω δυνάμεσιν, αἴπερ ἂν εἶεν μάλιστα καὶ ἐγγὺς Θεοῦ. Ταύτῃ τοι καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ κολλώμενοι διὰ πίστεως καὶ πολιτείας τῆς ἀγαθῆς καὶ ἐννομωτάτης ζέοντες ἀποτελούμεθα τῷ πνεύματι, καὶ θερμοὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς Θεόν. Σύμβολον δὲ τὸ ταῖς πτέρυξι κατακαλύπτειν τὰ Σεραφὶμ τότε πρόσωπον καὶ τοὺς πόδας, πέτασθαι δὲ ταῖς δυσὶν, τοῦ μὴ δύνασθαί τινας ἢ ἀρχὴν ἢ τέλος ὁρᾷν ἐννοιῶν ἢ λόγων τῶν περὶ Θεοῦ. Σημαίνει μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν ἡ κεφαλὴ, καὶ τὸ πρόσωπον, τὸ δέ γε τέλος οἱ πόδες. Ἄναρχον γὰρ τὸ Θεῖον καὶ τελευτᾷν οὐκ εἰδός. Προσβάλλομεν δὲ τοῖς διὰ μέσου μόλις τοῖς κατά γε τοὺς χρόνους φημὶ, καθ' οὓς τὰ οὐκ ὄντα ποτὲ παρῆχθη πρὸς ὕπαρξιν. Πέτονται γε μὴν ὡς οὐδὲν ἔχοντες τὸ κατερρῖμμένον. Ὑψοῦ δὲ μᾶλλον ἀεὶ τὸ φρόνημα πρὸς Θεόν. Οὐ γάρ τοι καθ' ἡμᾶς φρονοῦσι τὰ κάτω, ἀλλ' ἐν ἀπορρήτοις τισὶν ὑψώμασιν ἐννοιῶν αἱ ἀνωτάτω δυνάμεις τὸν οἰκεῖον ἔχουσι νοῦν. Εὔφημον δὲ καὶ τὸ στόμα αὐ-

A coronatus. Supremæ item potestates, quibus nullæ res genitæ superiores leguntur, undequaque circumstant, domesticorum locum tenentes, eumque ornantes laudibus. « Plena est, inquit, terra universa gloria ejus. » Dei autem thronum non in sublimitate loci terminata positum, meo judicio, existimare debemus : id enim profecto stultum est et frivolum : at in sublimi Dei thronus positus est, quatenus divini regni gloria omnem naturam sub intelligentiam cadentem, superare intelligitur. Deinde sessio quæ de eo dicitur, veluti firmitatem et stabilitatem in eodem bonorum tenore constantiamque videtur subnotare. Psallit enim sic et beatus David : « Deus sedet in throno sancto suo [15]. » Et propheta Jeremias ad eum dicit : « Tu sedes in sempiternum, et B nos perimus in sempiternum [16]. » Semper enim et omnino corruptioni obnoxia est rerum natura, et eorum quæ ortum habent mensura quædam est ac terminus. Sedet autem, uti dixi, omnium rerum architectatrix et opifex sapientia, id est, immota est, et eodem modo permanet. Plenam dicit esse domum gloria ejus. Nam quandiu Israei non admisit impietatem contra Dominum nostrum Jesum Christum, gloria Dei Hierosolymitanam domum implevit. Sed postquam negarunt regnum ejus, in morum impietatem proruerunt. Idcirco audiverunt vocem dicentis : « Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta [17]. » Unicuique autem Seraphim sex alas adnatas esse dicit, ut duabus faciem, duabus pedes tegerent, reliquis volarent. Seraphim, igniti seu ferventes exponitur. In superis enim potestatibus nihil frigidum, ut quæ proxime Deum sunt. Nos etiam hoc modo per fidem et bonam legique maxime consentaneam vitæ institutionem illi agglutinati, spiritu ferventes perficimur, et charitate in **103** Deum ardentes. Porro Seraphim alis velare faciem et pedes, et duobus volare, symbolum est, neminem posse vel principium, vel finem sententiarum aut sermonum de Deo introspicere. Caput enim et facies designant principium, finem pedes. Caret etenim principio Divinitas, et finis est nescia. Nos autem vix intuemur ea quæ in medio interjacent, ea, inquam, quæ tempore fiunt, quo ea quæ non sunt, in effectum aliquando producuntur. Volant denique, ut D qui nihil proculcatum habent seu abjectum : quin potius alte semper illorum mens in Deum fertur. Non enim, ut nos, hæc infima sapiunt hæ potestates supremæ, sed mentem habent arcanis quibusdam sententiarum sublimitatibus affixam et conjunctam. Os quoque eorum plenum est faustis ominationibus ac laudibus. Gloriam enim decantant, idque alternis vicibus, non quia defatigantur, ut ego quidem arbitror, sed honore sibi mutuo cedunt, et vicissim laudationes reddunt. Omnia enim supera ordinate fiunt ac decenter. Cum vero « Sanctus » ter dicunt, claudunt hymnum in hoc, « Dominus Sabaoth, » in una deitatis natura sanctam constituentes Triadem,

[15] Psal. XLVI, 9. [16] Baruch III, 3. [17] Matth. XXIII, 38.

Digitized by Google

Subsistere enim Patrem plane dicimus, sic etiam Filium, et Spiritum sanctum. Neque vero quos dicimus, in naturalem aliquam diversitatem ulla ratio dissecat, sed in triplici hypostasi una deitas intelligitur. Hoc quidem nobis testatum faciunt per hos sanctos Seraphim, qui universam terram majestate ejus plenam dictitant, futura præcinentes, et administratæ per Christum dispensationis mysterium prænuntiantes. Priusquam enim Verbum caro factum esset, ille dæmon, ille exitialis, ille draco, ille defector, orbem terrarum occupabat, et creatura præ Creatore et Conditore adorabatur : at ubi factus est homo unigenitum Dei Verbum, omnis terra majestate ejus repleta est. Illi enim flectet se omne genu, et illi omnes linguæ ac tribus confitebuntur, ac illi servient, juxta id quod scriptum est. Proclamavit et hoc ante beatus David in spiritu; dixit enim : « Omnes gentes quas fecisti, venient, et adorabunt coram te [17]. » Hoc perfectum est, vocata gentium multitudine, et cunctis eum qui de nobis et pro nobis factus, est adorantibus, quique per seipsum manet supra omnia.

καὶ αὐτῷ δουλεύσουσι, κατὰ τὸ γεγραμμένον. πνεύματι· ἔφη γάρ· « Πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐποίησας, Τοῦτό τοι τετέλεσται κεκλημένης τῆς ἐξ ἐθνῶν πληθύος· ἡμᾶς γενομένῳ, μεμνηκότι δὲ δι' ἑαυτὸν ὑπὲρ πάντα.

104 VERS. 4. *Elevatum est superliminare a voce qua clamabant, et domus repleta est fumo.*

Contemplatus est enim propheta Dominum Sabaoth sedentem in solio celso et elevato, circumstantibus undique sanctis Seraphim, et laudibus continuis eum percelebrantibus. Affirmavit etiam domum fuisse plenam gloria ejus. Nunc vero commotum esse dicit superliminare, et domum fumo oppletam, idque quasi a voce, qua sancti Seraphim clamarunt. Nunquid ergo vocem dicemus causam fuisse eorum quæ in domo acciderunt? Atqui id sentire, quid ni sit valde ineptum? Quonam igitur pacto horum verborum intelligentiam assequemur? Optime et sapienter. Ante Servatoris nostri inhumanationem et adventum, dum adhuc Israel secundum legem inoffense et inculpate vitam instituebat, percelebre illud templum, quod Hierosolymis exstruxit Solomon, gloria divina replebatur. Nam in eo sacrificabant ex legis præscripto. Cæterum ubi de cœlis venientem in humana forma, et ex lege et prophetis prædicatum non receperunt, imo vitæ principem vita privarunt, dereliquit domum suam, hæreditatem suam dimisit. Divertit enim ad gentes, et omnis terra gloria ejus impleta est, regio Judæorum in vastitatem redacta est, templumque ipsum incensum. Quando igitur juxta prophetiam et prædictionem, voce sanctorum Seraphim impleta est universa terra majestate ejus, tunc superliminare templi commotum est, fumoque impletum est. Itaque hoc, « A voce qua clamabant, » temporis significationem habet : nec prorsus doxologiæ opus est vel

[17] Psal. LXXXV, 8.

ταῖς. Δοξολογοῦσι γὰρ καὶ τοῦτο ἐξ ἀμοιβῆς, οὐ διά γε τὸ κάμνειν, καθάπερ ἐγῷμαι, παραχωροῦσι δὲ μᾶλλον τὰς τιμὰς ἀλλήλως, καὶ ἀντιδωρούμεναι τὰς δοξολογίας. Πάντα γὰρ ἐν κόσμῳ τὰ ἄνω. Τρὶς δὲ τὸ, « Ἅγιος » λέγουσαι, κατακλείουσι τὴν δοξολογίαν, εἰς τὸ, « Κύριος Σαβαὼθ, » ἐν μιᾷ θεότητος φύσει τὴν ἁγίαν τιθέντες Τριάδα. Ὑφεστάναι μὲν γὰρ ὁμολογουμένως φαμὲν τὸν Πατέρα· οὕτω δὲ καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ λόγος οὐδεὶς διατέμνει πρὸς ἑτερότητα φυσικὴν τῶν ὠνομασμένων ἕκαστον, ἀλλ' ἐν ὑποστάσεσι τρισὶ νοεῖται μία θεότης. Καὶ δι' αὐτῶν ἡμῖν τοῦτο μεμαρτύρηται τῶν ἁγίων Σεραφείμ, οἳ καὶ πλήρη πᾶσαν τὴν γῆν εἶναι λέγουσι τῆς δόξης αὐτοῦ, προαναφωνοῦντες τὰ ἐσόμενα, καὶ τῆς διὰ Χριστοῦ γεγενημένης οἰκονομίας προαναγγέλλοντες τὸ μυστήριον. Πρὶν μὲν γὰρ σάρκα γενέσθαι τὸν Λόγον, κατεκράτει τῆς ὑπ' οὐρανὸν ὁ δαίμων ὁ ἀληθήριος, ὁ δράκων, ὁ ἀποστάτης. Προσεκυνήθη δὲ καὶ ἡ κτίσις παρὰ τὸν κτίσαντα καὶ Ποιητήν· ἐπειδὴ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, πεπλήρωται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα γῆ. Κάμψει γὰρ αὐτῷ πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα φυλὴ, καὶ γλῶσσαι ἐξομολογήσονται. Προανακεκράγει δὲ καὶ τοῦτο ὁ μακάριος Δαβὶδ ἐν ἤξουσι, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου, Κύριε. » προσκυνούντων ἁπάντων τῷ δι' ἡμᾶς καθ'

Καὶ ἐπήρθη τὸ ὑπέρθυρον ἀπὸ τῆς φωνῆς ἧς ἐκέκραγον, καὶ ὁ οἶκος ἐπλήσθη καπνοῦ.

Τεθέαται μὲν γὰρ ὁ προφήτης τὸν Κύριον Σαβαὼθ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, περιεστηκότων ἐν κύκλῳ τῶν ἁγίων Σεραφείμ, καὶ ἀκαταλήκτοις δοξολογίαις εὐφημούντων αὐτόν. Διεβεβαιοῦτο δὲ, ὅτι πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ. Νῦν δὲ ἐπῆρθαί φησι τὸ ὑπέρθυρον, ἐμπεπλῆσθαι δὲ καὶ τὸν οἶκον καπνοῦ, καὶ ἀπό γε τῆς φωνῆς ἧς ἐκέκραγον τὰ ἅγια Σεραφείμ. Ἆρ' οὖν ἐροῦμεν τὴν φωνὴν αἰτίαν γενέσθαι τῶν συμβεβηκότων τῷ οἴκῳ; Καίτοι πῶς οὐ σφόδρα ἐστὶν ἀκαλλὲς τὸ φρονεῖν ἐλέσθαι ταυτί; Τίνα δὴ οὖν τρόπον ταῖς τῶν προκειμένων προσβαλοῦμεν ἐννοίαις; Ἀριστά τε καὶ σοφῶς. Πρὸ μὲν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως καὶ ἐπιδημίας, ἔτι τὴν ἐν νόμῳ πολιτείαν ἀκωλύτως τε καὶ ἀνεπιπλήκτως διέποντος τοῦ Ἰσραὴλ, πλήρης ἦν ὁ διαβόητος ἐκεῖνος νεὼς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ὧν Σολομὼν ἀνεδείματο τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Ἐπετέλουν γὰρ ἐν αὐτῷ τὰς κατὰ νόμον θυσίας. Ἐπειδὴ δὲ τὸν ἐξ οὐρανοῦ ἀφιγμένον ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ, καὶ διὰ νόμου καὶ προφητῶν κεκηρυγμένον οὐ προσήκαντο, μᾶλλον δὲ καὶ ἀπεκτόνασι τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, ἐγκατέλιπε τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἀφῆκε τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. Ἀπονένευκε γὰρ εἰς τὰ ἔθνη, καὶ πεπλήρωται μὲν πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. Παραδέδοται δὲ τῶν Ἰουδαίων ἡ χώρα πρὸς ἐρήμωσιν, ἐμπέπρησται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ νεώς. Ὅτε τοίνυν κατά γε τὴν προφητείαν ἤγουν προαγόρευσιν ἤτοι φωνὴν τῶν ἁγίων Σεραφείμ ἐπλήσθη πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ, τότε ἐπήσθη τὸ ὑπέρθυρον τοῦ

Digitized by Google

νεῶ, καὶ ἐνεπλήσθη καπνοῦ. Οὐκοῦν τὸ, « ἀπὸ τῆς φωνῆς ἧς ἐκέκραγον, » χρόνου μᾶλλόν ἐστι σημαντικὸν, οὐχὶ δὴ πάντως τῆς δοξολογίας ἔργον καὶ ἀποτέλεσμα. Σημαίνει δὲ, οἶμαι, τὸ, « Ἐπήρθη τὸ ὑπέρθυρον, » τὸ καταλελεῖφθαι τὸν ναόν. Ὅτι δὲ καὶ ἐμπέπρησται. τὸ ἐμπεπλῆσθαι λέγειν αὐτὸν καπνοῦ. Εἰ δὲ δή τις βούλοιτο καὶ καθ' ἕτερον τρόπον τὰ τοιάδε νοεῖν, καὶ τὰ κατὰ παντὸς τοῦ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους πεπράχθαι λέγειν αὐτὰ νοητῶς, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τοῦ πρέποντος λογισμοῦ. Ὅτε γὰρ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δόξης ἐπλήσθη πᾶσα ἡ γῆ κεκλημένων διὰ τῆς πίστεως τῶν ἐθνῶν, τότε τῆς Ἰουδαίων διανοίας πᾶσα μὲν ἀσφάλεια λέλυται πνευματική. Καπνοῦ δὲ δίκην οἱ τάλανες, τὴν ἐκ τῆς ἀμαθίας ἀχλὺν λαβόντες εἰς νοῦν τυφλοὶ γεγόνασι νοητῶς. Ταύτητοι καὶ ὁ Σωτὴρ αὐτοῖς ἐπεφώνει λέγων· « Ἕως τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε ἐν τῷ φωτὶ, ἵνα μὴ ἡ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ. » Τί δέ ἐστιν ἀσφαλὴς καὶ εὐάλωτος τῶν Ἰουδαίων ὁ νοῦς πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν παθῶν ἐπικουρίας τῆς ἄνωθεν ἐρημος ὢν, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις τῶν εὖ φρονεῖν εἰωθότων;

effectus. Commotum autem esse superliminare, significat, ut opinor, dissolvi templum : incensum item esse, ex eo quod impleri fumo dicat, perspicuum est. Sin voluerit quis alio modo hæc intelligere, et de omni gente Judaica ea intelligibiliter perfecta esse dixerit, a recta ratione non exorbitaverit. Siquidem cum Servatoris nostri gloria omnis terra repleta esset, vocatis per fidem gentibus, tum Judæorum animi de omni spirituali securitate ac tranquillitate dimoti ac dejecti sunt, ac in morem fumi, nebula ignorationis in animum intromissa, miseri homines cæci **105** fuerunt intelligentia. Hinc et Servator clamavit illis : « Quandiu lucem habetis, ambulate in luce, ne tenebræ vos occupent [18]. » Judæorum autem mentes lubricas et labiles esse, ac omni generi perturbationum obnoxias, ope superna destitutas, ecquis tandem est qui ambigat?

Καὶ εἶπα, Ὦ τάλας ἐγὼ, ὅτι κατανένυγμαι, ὅτι ἄνθρωπος ὢν, καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχων, ἐν μέσῳ λαοῦ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντος ἐγὼ οἰκῶ· καὶ τὸν βασιλέα Κύριον Σαβαὼθ εἶδον τοῖς ὀφθαλμοῖς.

VERS. 5. *Et dixi, O me miserum, quia compunctus sum : quia cum homo sim, et immunda labia habens, in medio populi immunda labia habentis ego habito : et regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis.*

Ὁ διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως προστέταχε νόμος, μὴ συναναμίγνυσθαι τοῖς ἁγίοις τὸν βέβηλον, καὶ πολλή τις ἦγαν ἡ ἐπιτήρησις παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐν τούτοις. Καὶ γοῦν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἁλιεύουσιν ἔτι προσεφώνει λέγων ὁ Κύριος· « Χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν εἰς ἄγραν. » Οὗ δὴ γεγονότος, ἰχθύων μὲν πλῆθος συνελήπτο πολὺ, τεθαυμακὼς δὲ τοῦ λόγου τὴν δύναμιν ὁ θεσπέσιος Πέτρος, « Προσέπεσε, φησὶ, τοῖς γόνασι τοῦ Ἰησοῦ, λέγων· Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι, Κύριε. » Ἀλλ' οὐκ ἂν ὁ Πέτρος ἠθέλησεν ἀπελθεῖν ἀπ' αὐτοῦ τὸν Χριστόν. Ἐπειδὴ δὲ ᾔδει τὸν τοῦ νόμου σκοπὸν, ὡμολόγει μὲν ὅτι ἁμαρτωλός ἐστιν, ἐδεδίει δὲ τῷ ἁγίῳ συνεῖναι, κατά γε τὸ κρατῆσαν ἀεὶ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἔθος. Ἀφιγμένου δέ ποτε τοῦ Χριστοῦ καὶ εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν, εἶτα τεθεραπευκότος τοὺς ἐν τοῖς μνημείοις δαιμωνῶντας ἀγρίως, τεθαυμάκασι μὲν τὴν θεοσημείαν. Ἔφη δὲ ὁ Ματθαῖος, ὅτι « Πᾶσα ἡ πόλις ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἰδόντες αὐτὸν, παρεκάλεσαν μεταβῆναι ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν. » Καίτοι πῶς οὐκ ἔδει μᾶλλον μεταποιεῖσθαι τοῦ τεθεραπευκότος, καὶ παρακαλεῖν προσμεῖναί τε αὐτοῖς, καὶ πολλῶν ἑτέρων θαυμάτων γενέσθαι δημιουργόν; Ἀλλ' ἦν εὐλαβείας ἀπόδειξις κατ' ἐκεῖνο καιροῦ καὶ τιμῆς τοῖς ἁγίοις ὀφειλομένης τρόπος τὸ παραιτεῖσθαί τινας ἐγγίζειν αὐτοῖς. Ματθαίου κεκλημένου καὶ ἀκολουθήσαντος τῷ Χριστῷ, εἶτα κεκληκότος αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ· « Καὶ ἰδοὺ, » φησὶ, « πολλοὶ ἁμαρτωλοὶ καὶ τελῶναι ἐλθόντες συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. Καὶ ἰδόντες οἱ Φαρισαῖοι ἔλεγον τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Διὰ τί μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ τελωνῶν ἐσθίει

Lex per Mosen sapientissimum sanxit, profanus cum sanctis ne habeto commercium, inque eo apud Judæos summa erat observatio. Sanctos quoque apostolos jam piscantes allocutus est Dominus : « Dimittite, inquiens, retia vestra ad capturam : » quo facto, magna quidem piscium multitudo capta est, ac divinus Petrus verbi vim admiratus : « Accidit, ait, ad genua Jesu dicens : Recede a me, nam homo peccator sum, Domine [19]. » Nolebat tamen Petrus Christum a se abire, sed cognito legis scopo, se peccatorem confessus est, ac cum sancto esse horruit, secundum eam, quæ semper apud Judæos invaluerat, consuetudinem. Cum etiam Christus in regionem Gergesinorum aliquando venisset, deinde in monumentis immaniter a dæmone vexatos curasset, divinum quidem signum admirati sunt; attamen dixit Matthæus : « Tota civitas exivit obviam Jesu, et cum vidissent illum, rogabant ut a finibus ipsorum abscederet [20]. » Annon vero decebat magis ut eum qui curaverat detinerent, et rogarent uti apud se maneret, et alia quoque plura miracula patraret? Verum illis temporibus significatio erat reverentiæ cujusdam, et honoris sanctis debiti modus quidam, cavere, ne qui eos accederent. Matthæus etiam cum vocatus sequeretur Christum, ac postea eum in domum suam invitasset : « Ecce, » inquit, « multi peccatores et publicani accesserunt, et accubuerunt cum Jesu et discipulis ejus. Quod ubi vidissent Pharisæi, dixerunt discipulis ejus : Quare cum publicanis et peccatoribus edit præceptor vester [21]? » Intelligis ergo eos Christum accusare, quod lege posthabita voluerit cum malis

[18] Joan. XII, 35. [19] Luc. V, 4-8. [20] Matth. VIII, 34. [21] Matth. IX, 10, 11.

Digitized by Google

cibum capere. Incusat porro Deus eos, **106** qui Judaicæ Synagogæ primatum occuparunt, per prophetam, dicens: « Inter sanctum et profanum non discreverunt. » Reverentiæ igitur, ut dixi, modus erat, et legalium præceptorum traditio, ut eos versari cum sanctis nollent, in quibus vitii suspicio hæreret, et qui non haberent a peccatis liberam conscientiam. Tale quiddam etiam beato prophetæ accidisse videtur, ideoque ait: « Miserum me, quia compunctus sum. » Nec quia compunctus erat, propterea miser fuit: nam hoc pacto intelligere, quid ni perineptum? sed quia compunctus sum, inquit, a conscientia, nimirum ideo dicebam: « O me miserum, quia homo sum, et immunda labia habeo, in medio populi immunda labia habentis ego habito, et regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis. » Nam cum sancti Seraphim mundo et sanctissimo ore laudes cecinissent, timuit ille, a Deo quippe edoctus, non ignorans indecoram esse in ore peccatoris laudationem, quemadmodum scriptum est. Erant enim immunda plane Israelitarum labia, utpote qui in Dominum nostrum Jesum Christum convicia jecerunt. Sin vero aiat propheta se quoque ejusmodi habere labia, licet Israeliticæ impietatis plane expers fuerit, dicimus eum ut sanctum de se modeste loqui, estque probabile, quatenus erat ex sanguine Israel, seipsum omni crimine non eximere, pervagatum autem populi vitium notare, ut servet ita illos qui peccaverant. Vel humanæ naturæ morbum confitetur: cujusmodi est illud a beato Davide contra omnem hominem dictum: « Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax [22]. » Est enim infecta morbo mendacii ac vanitatis mens humana, licet malo hoc liberentur quidam, sobrietate id lucrifacientes. Timuit ergo propheta quod cum mundus non esset, quemadmodum certe sunt sancti Seraphim, Dominum Sabaoth contemplatus fuerit et tacuerit, atque adeo a laudibus celebrandis abstinuerit, quod ore non ita mundo sit præditus. Quod autem puris labiis celebrare laudes oporteat, ex eo quod quidam sanctorum discipulorum dicit de lingua, planum fieri potest: « Illa laudamus Dominum et Patrem, et illa maledicimus homines ad similitudinem Dei conditos. Non oportet, fratres mei, hæc sic fieri. Nunquid fons ex eodem **107** foramine ebullit dulcem et amaram aquam? Nunquid potest, fratres mei, ficus oleas proferre? aut vitis ficus? Sicneque idem fons salsam et dulcem aquam edere [23]. »

A ὁ διδάσκαλος ὑμῶν; » Συνῆς οὖν ὅπως ὡς ἠμεληκότα τοῦ νόμου κατῃτιῶντο τὸν Χριστὸν, διά τοι τὸ θέλειν συνδιαιτᾶσθαι πονηροῖς. Ἐπαιτιᾶται δέ που καὶ Θεὸς τοὺς τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς προσεγκεῖσθαι λαχόντας διὰ προφήτου λέγων· « Ἀνὰ μέσον ἁγίου καὶ βεβήλου οὐ διέστελλον. » Εὐλαβείας οὖν ἄρα τρόπος, ὡς ἔφην, καὶ νομικῶν ἐνταλμάτων παράδοσις τὸ μὴ συνεῖναι θέλειν τοῖς ἁγίοις τοὺς ἐν ὑπολήψει φαυλότητος, καὶ οὐκ ἐλεύθερον ἁμαρτιῶν ἔχοντας τὸ συνειδός. Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ μακάριος προφήτης ὁρᾶται παθὼν, ταύτῃτοί φησιν· « Ὦ τάλας ἐγὼ, ὅτι κατανένυγμαι. » Καὶ οὐ διὰ τοῦτο τάλας, ὅτι κατανένυκται· πῶς οὐκ εὔηθες τοῦτο οὕτω νοεῖν; ἀλλ' ὅτι κατανένυκται, φησὶν, ὑπὸ τοῦ συνειδότος, δῆλον δὲ ὅτι διὰ τοῦτο ἔφην· « Ὦ τάλας ἐγὼ, ὅτι ἄνθρωπος B ὢν, καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχων, ἐν μέσῳ λαοῦ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντος ἐγὼ οἰκῶ· καὶ τὸν βασιλέα Κύριον Σαβαὼθ ἴδον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου. » Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἅγια Σεραφεὶμ καθαροῖς καὶ πανάγνοις στόμασιν ἐποιοῦντο τὰς δοξολογίας, δέδιεν αὐτὸς τὸ χρῆμα, θεοδίδακτος ὢν, καὶ οὐκ ἀγνοήσας ὅτι οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ, καθὰ γέγραπται. Ἦν μὲν γὰρ ὁμολογουμένως ἀκάθαρτα χείλη τοῦ Ἰσραήλ· δεδυσφημήκασι γὰρ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Εἰ δὲ δὴ λέγοι καὶ ὁ προφήτης, ὅτι καὶ αὐτὸς ἔχοι τὰ χείλη τοιαῦτα, καίτοι τῆς τοῦ Ἰσραὴλ δυσσεβείας ἀμοιρήσας παντελῶς, φαμὲν ὅτι μετριάζει μὲν ὡς ἅγιος, εἰκὸς δὲ ὅτι καὶ ὡς ὑπάρχων ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, οὐκ ἔξω τίθησι τῆς αἰτίας ἑαυτόν. Ἀλλ' ὑποφέρει τῷ κοινῷ C τοῦ λαοῦ πλημμελήματι, σώζων διὰ τούτου τοὺς ἡμαρτηκότας· ἤγουν τῆς ἀνθρώπου φύσεως ὁμολογεῖ τὴν νόσον. Ὁποῖόν ἐστι τὸ παρὰ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ κατὰ τοῦ παντὸς ἀνθρώπου λεγόμενον· « Ἐγὼ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. » Νοσεῖ γὰρ τὸ ψεῦδος ἡ ἀνθρώπου διάνοια, κἂν εἰ ἀπαλλάττοιντό τινες τοῦ κακοῦ, νήψει τὸ χρῆμα κερδαίνοντες. Δέδιε τοίνυν ὁ προφήτης ὅτι μὴ ὑπάρχων οὕτω καθαρὸς, καθάπερ ἀμέλει τὰ ἅγια Σεραφεὶμ, τεθέαται μὲν τὸν Κύριον Σαβαὼθ, σεσίγηκε δὲ, καίτοι μᾶλλον ὀφείλων δοξολογεῖν, διὰ τὸ μὴ οὕτως ἔχειν καθαρὸν τὸ στόμα. Ὅτι δὲ χρὴ καθαροῖς στόμασιν ὑμνολογεῖν, σαφὲς ἂν γένοιτο περὶ τῆς γλώσσης λέγοντος ἑνὸς τῶν ἁγίων μαθητῶν· « Ἐν αὐτῇ D εὐλογοῦμεν τὸν Κύριον καὶ Πατέρα. Καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότας. Οὐ χρὴ, ἀδελφοί μου, ταῦτα οὕτω γίνεσθαι. Μήτι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν; Μὴ δύναται, ἀδελφοί μου, συκῆ ἐλαίας ποιῆσαι; ἢ ἄμπελος σῦκα; Οὕτως οὐδὲ ἁλυκὸν γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ. »

VERS. 6, 7. *Et missus est ad me unus ex Seraphim, et in manu habebat carbonem, quem forcipe accepit ab altari, et tetigit os meum, et dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, et adimet iniquitates tuas, et peccata tua emundabit.*

Καὶ ἀπεστάλη πρὸς μὲ ἓν τῶν Σεραφεὶμ, καὶ ἐν τῇ χειρὶ εἶχεν ἄνθρακα, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου. Καὶ ἥψατο τοῦ στόματός μου, καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ ἥψατο τοῦτο τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαριεῖ.

Divinus Paulus scribit de sanctis angelis, omnes

Ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος περὶ τῶν ἁγίων

[22] Psal. cxv, 11. [23] Jac. III, 9.

Digitized by Google

ἀγγέλων, ὅτι πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. Καὶ τὸ χρῆμά ἐστιν οὐκ ἀσυμφανές. Πάντα μὲν γὰρ ἐν κόσμῳ τὰ παρὰ ταῖς ἄνω δυνάμεσι καὶ τιμῆς ἤτοι λειτουργίας μέτρα παρ' αὐταῖς, καὶ ὅροι τέθεινται τῆς ἑκάστου δόξης, παρά γε τοῦ πάντα κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν διανέμοντος Θεοῦ. Πλὴν εἷς ἐφ' ἅπασιν ὁ ζυγὸς, καὶ ὑπηρετοῦσι νεύμασι τοῖς Δεσποτικοῖς, οὐκ ἀπαξιοῦντα τὴν δουλείαν, ἀλλ' ἐν μοίρᾳ τιμῆς καὶ δόξης καταλογιζόμενά που τὸ ἐν τούτοις γνήσιον. Προαναμορφοῦται τοίνυν ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ προφήτου τὸ Χριστοῦ μυστήριον, διὰ τῶν ἄνω δυνάμεων εὖ μάλα διακονούμενον. Ἀποστέλλεται γοῦν ἐν τῶν Σεραφεὶμ ἄνθρακα ἔχον, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου. Καὶ τοῦτο ἄρα ἦν Χριστοῦ σύμβολον, ὃς δι' ἡμᾶς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν προσεκόμισεν ἑαυτὸν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, εἰς θυσίαν πνευματικὴν καθαρὰν καὶ ἀβέβηλον καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. Ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου λαμβάνεται. Παρεικάζεταί γε μὴν ἄνθρακι· καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν εἰπεῖν ἀναγκαῖον. Ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ πυρὶ τὴν θείαν παρεικάζειν φύσιν. Ὤφθη γὰρ οὕτω τῷ μακαρίῳ Ἰσραὴλ ἐν τῷ ὄρει Χωρὴμ ἤτοι Σινᾶ τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐκκλησίας. Οὕτω καὶ αὐτῷ τῷ μακαρίῳ Μωσῇ ποιμαίνοντι κατὰ τὴν ἔρημον, ἐν εἴδει πυρὸς ἐν τῷ βάτῳ κατὰ καιροὺς, ὤφθη τε καὶ προσελάλει. Ὥσπερ οὖν ὁ ἄνθραξ ξύλον ἐστὶ τῇ φύσει, πλὴν ὅλος δι' ὅλου μεμέστωται τοῦ πυρὸς, καὶ τὴν αὐτοῦ δύναμίν τε καὶ ἐνέργειαν ἔχει· κατὰ τοῦτον, οἶμαι, τρόπον νοοῖτ' ἂν εἰκότως καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστός· « Γέγονε γὰρ σὰρξ ὁ Λόγος, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. » Ἀλλ' εἰ καὶ ἦν καθ' ἡμᾶς ὁρώμενος ἄνθρωπος οἰκονομικῶς, ἀλλ' οὖν ἅπαν τὸ τῆς θεότητος πλήρωμα κατῴκησεν ἐν αὐτῷ, κατά γέ φημι τὸν τῆς ἑνώσεως τρόπον. Ταύτητοι καὶ διὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς θεοπρεπεστάτας ἔχων ὁρᾶται τὰς ἐνεργείας. Ἥψατο γοῦν τῆς σοροῦ, καὶ ἀνέστησε τὸν τεθνεῶτα τῆς χήρας υἱόν. Καὶ μὴν καὶ πτύσας ἐνετίθει τυφλοῖς τὸ βλέπειν, πηλῷ κατα-χρίων τοὺς ὀφθαλμούς. Ἄνθρακι δὴ οὖν εὖ μάλα παρεικαστέον τὸν Ἐμμανουὴλ, ὃς εἰ καὶ γένοιτό πως ἐν τοῖς ἡμετέροις χείλεσιν, πάντη τε καὶ πάντως ἀφαιρεῖ τὰς ἁμαρτίας, καὶ περικαθαριεῖ τὰς ἀνομίας. Εἶτα πῶς ἐν τοῖς ἡμετέροις χείλεσιν ἔσται; Ὅταν τὴν πίστιν ὁμολογῶμεν τὴν εἰς αὐτόν. Οὕτω καὶ ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος· « Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν, ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τοῦτ' ἔστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν. Ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου ὅτι Κύριος Ἰησοῦς, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ· καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. » Ἔστω τοίνυν ἐν τοῖς χείλεσιν ἡμῶν ὁ θεῖος ἄνθραξ, ὁ τὸν ἐκ τῆς ἁμαρτίας καταφλέγων συρφετὸν, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἀνομίας ἐντήκων ῥύπον, καὶ ζέοντας ἡμᾶς ἀποτελῶν τῷ πνεύματι. Εἰ δὲ δή λέγοιτο τῇ λαβίδι λαμβάνεσθαι,

esse administros spiritus, ad ministerium delegatos propter eos qui hæreditatem salutis accepturi sunt [24]. Quod non est obscurum. Omnia namque ab illis supremis potestatibus ornate splendideque administrantur, et honoris, et administrationis termini finesque gloriæ cuique sunt constituti a Deo, qui omnia pro arbitratu suo dispensat. Atqui idem quasi jugum est omnibus sanctis spiritibus, et Domini nutui serviunt, non indignam censentes servitutem, sed honori laudique ducentes id prompto ac liberali animo facere. Præfiguratur igitur ob oculos prophetæ mysterium Christi, per superas potestates optime administratum. Mittitur itaque e Seraphim unus, carbonem habeus, quem de ara sumpsit forcipe. Hæc demum erat Christi significatio et repræsentatio, qui propter nos ac nostra causa seipsum in sacrificium spirituale, purum ac impollutum, obtulit, in odorem suavis fragrantiæ. Itaque non abs re de altari accipitur. Quam autem ob causam assimiletur prunæ, dicendum est necessario. Familiare est Scripturæ divinitus inspiratæ divinam naturam igni comparare. Sic enim apparuit Israeli in monte Choreb seu Sina, in die congregationis. Sic etiam ipsi beato Mosi pascenti in deserto, specie ignis olim in rubo conspectus est, et colloquebatur. Quemadmodum igitur carbo lignum quidem natura est, verum totus omni ex parte igni plenus est, ejusque vim et efficacitatem habet: ad eumdem, puto, modum et ipse Dominus noster Jesus Christus merito potest intelligi: « Caro enim Verbum factum est, et habitavit in nobis [25]. » Verum quamvis esset homo nobis similis ratione dispensationis, tamen omnis plenitudo divinitatis in eo habitavit, modo inquam unionis. Hinc et in carne sua **108** plane divinissimam operandi virtutem habere cernitur. Tacto siquidem loculo, mortuum viduæ filium suscitavit; et cum inspuisset, luto inunctis oculis, cæcis visum restituit. Rectissime ergo hic Emmanuel carboni comparandus est, qui si in nostris quodammodo labiis fuerit, omnino peccata auferet, et iniquitates expurgabit. Quomodo autem in labiis nostris erit? quando fidem, quæ in ipsum est, confessi fuerimus. Ita et divinus Paulus: « Prope te verbum est, in ore tuo, et in corde tuo; hæc est prædicatio fidei quam prædicamus. Quia si confessus fueris ore tuo Dominum Jesum, et credideris corde tuo Deum excitasse ipsum e mortuis, servaberis: corde enim creditur ad justificationem, ore autem confessio fit ad salutem [26 27]. » Sit itaque in labiis nostris divinus carbo, qui peccati quisquilias exurit, et iniquitatis sordes liquat, et nos spiritu ferventes reddit. Quod autem dicitur forcipe accipi, eleganter intelliges; quod fidem in ipso ac cognitionem legalibus et propheticis institutionibus sive prædictionibus, tanquam quapiam forcipe capimus. Unde passim ad veritatem probandam, sanctorum

[24] Hebr. I, 14. [25] Joan. I, 14. [26] Rom. XI, 8. [27] ibid. 10.

Digitized by Google

apostolorum obsignatur ac confirmatur oratio. Citatis enim ex lege et prophetis testimoniis, auditoribus fidem faciunt : et ipsi quoque carbonem quodammodo eorum labris admovent, cum fidem in Christum plane simpliciterque exponunt.

porro hic liber stylo hominis. Quid ita? Quando enim animi oculis sacrosanctæ et consubstantialis Trinitatis mysterium pervestigamus, dein aliis aliquando arcanum ortum unigenæ Filii Dei tradere instituimus : tunc sane, tunc opus nobis est non humano stylo, et nobis familiari. Quæ enim oratio satis erit, ut quod supra mentem et orationem est, expedire possit? His adeo subtilibus omnemque mentem ac cogitationem superantibus enarrationibus ille solum calamus suffecerit, de quo Deus et Pater voce Davidica loquitur : « Lingua mea calamus scribæ, celeriter scribentis [45]. » Nemo enim novit Filium nisi Pater, sed nec Patrem quisquam agnoscit qui sit, nisi Filius, et cui volet Filius revelare. At quando de humanitate ejus verba facimus, tunc humano stylo opus est, quod et fecit sapiens Joannes, dicens : « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis [46]. » Nec vero difficile est, etiam mortem ejus secundum carnem, et ex mortuis resurrectionem nostris verbis annuntiare : et quasi primitias humanæ naturæ ad incorruptionem renovatæ ad Patrem ascendisse, et in cœlis consedisse, ac constituto tempore venturum, judicemque sessurum. Proinde hominis penna de humanitate Unigeniti, homines spiritu afflati conscribunt. Porro autem præcipit, inquiens: « Testes mihi adhibe fidos homines, Uriam et Zachariam filium Barachiæ. » Sciendum quo tempore de hisce rebus sermo a Deo ad beatum Isaiam habitus est, Uriam prophetam fuisse, Zachariam sacerdotem et legis doctorem. Adhibentur ergo ad hanc de Christo testificationem mystagogia, quæ lege constat sanctisque prophetis, et cognitio, sive prædictio. Finis quippe legis ac prophetarum Christus. Tale quiddam monstratum fuisse sanctis apostolis tempore transfigurationis Christi in monte asserimus. Scriptum est enim quod « Post dies sex assumpsit Jesus Petrum, et Jacobum, **133** et Joannem fratrem ejus, et ducit illos in montem valde excelsum seorsum : et transfiguratus est coram ipsis. Et resplenduit vultus ejus sicut sol, et vestes ejus factæ sunt candidæ sicut lux. Et ecce apparuerunt illis Moses et Elias, colloquentes cum ipso [46*]. » Observa itaque quomodo Moses et Elias, id est, sacerdotium ac lex (utraque enim Moses), quin et Elias assumptus ante faciem sanctorum prophetarum, ipsi inter se colloquebantur de exitu, quem esset in Jerusalem impleturus. Qualis tandem exitus? Dispensationis nimirum finis, crux, mors, ex mortuis resurrectio, in cœlos assumptio. Nam hæc omnia præfiguravit per umbram lex, prædixit etiam illustris et magnus sanctorum prophetarum chorus.

A δευτέρας διαθήκης, ἥτις ἐπὶ κρείττοσιν ἐπαγγελίαις παραλαμβάνεται, καθά φησιν ὁ ἱερώτατος Παῦλος. Γράφεται δὲ ὁ τόμος γραφίδι ἀνθρώπου. Διὰ ποίαν αἰτίαν; Ὅτε μὲν τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασι τὸ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος πολυπραγμονῶμεν μυστήριον, εἶτα λέγειν ἑτέροις ἐπιχειρῶμεν ἔσθ' ὅτε τὴν ἀπόῤῥητον γέννησιν τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· τότε δή, τότε χρεία γραφίδος ἡμῖν οὐκ ἀνθρωπίνης καὶ καθ' ἡμᾶς. Ποῖος γὰρ ἂν ἀρκέσει [ε] λόγος εἴς γε τὸ δύνασθαι διατρανοῦν τὸ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον; Ἀπόχρη δὲ μόνος τοῖς οὕτως ἰσχυροῖς καὶ ὑπὲρ πάντα νοῦν διηγήμασιν ἐκεῖνος ὁ κάλαμος, περὶ οὗ φησιν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβίδ· « Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου. » Οἶδεν γὰρ οὐδεὶς τὸν Υἱόν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ·
B ἀλλ' οὐδὲ τὸν Πατέρα οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τίς ἐστιν, εἰ μὴ ὁ Υἱός, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψαι. Ὅταν δὲ τοὺς περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ ποιούμεθα λόγους, τότε δή, τότε χρεία γραφίδος ἀνθρωπίνης· ὃ δὴ καὶ πέπραχεν ὁ σοφὸς Ἰωάννης λέγων· « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. » Χαλεπὸν δὲ ὅλως οὐδέν, καὶ τὸν κατὰ σάρκα θάνατον αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ταῖς καθ' ἡμᾶς ἀναγγέλλειν φωναῖς, καὶ ὅτι πρωτόλειον ὥσπερ τι καὶ ἀπαρχὴ τῆς ἀνθρώπου φύσεως ἀνανεουμένης εἰς ἀφθαρσίαν, ἀνέβη πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ κεκάθικεν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἥξει τε κατὰ καιρούς, καὶ καθιεῖται κριτής. Οὐκοῦν ἀνθρώπου γραφίδι τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Μονογενοῦς γράφουσιν οἱ
C πνευματογράφοι. Προσεπιτάττει δὲ λέγων· « Μάρτυράς μοι ποίησον πιστοὺς ἀνθρώπους, τὸν Οὐρίαν, καὶ τὸν Ζαχαρίαν υἱὸν Βαραχίου. » Ἰστέον δὲ ὅτι κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν ὁ περὶ τούτων λόγος παρὰ Θεοῦ γέγονε πρὸς τὸν μακάριον Ἡσαΐαν, Οὐρίας μὲν ἦν τις προφήτης, Ζαχαρίας γεμὴν ἱερεὺς καὶ νομοδιδάσκαλος. Παραλαμβάνονται τοίνυν εἰς μαρτυρίαν τὴν ἐπὶ Χριστῷ, ἥ τε διὰ νόμου καὶ προφητῶν ἁγίων μυσταγωγία καὶ σύνεσις, ἤγουν προαγόρευσις. Τέλος γὰρ νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστός. Τοιοῦτόν τι δεδεῖχθαί φαμεν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἐν καιρῷ τῆς ἐν τῷ ὄρει μεταμορφώσεως τοῦ Χριστοῦ. Γέγραπται γάρ, ὅτι « Μεθ' ἡμέρας ἓξ παρέλαβεν ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον, καὶ τὸν Ἰάκωβον, καὶ τὸν Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς
D εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν· καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν. Καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ λευκὰ ὡς τὸ φῶς. Καὶ ἰδοὺ ὤφθησαν αὐτοῖς Μωσῆς καὶ Ἡλίας συλλαλοῦντες μετ' αὐτοῦ. » Ἄθρει δὴ οὖν ὅπως Μωσῆς καὶ Ἡλίας, τουτ' ἔστιν, ἱερωσύνη καὶ νόμος (ἀμφότερα γὰρ ὁ Μωσῆς), καὶ μὴν καὶ Ἡλίας εἰς πρόσωπον τῶν ἁγίων προφητῶν παραληφθείς, προσελάλουν ἀλλήλοις, περὶ τῆς ἐξόδου, φησίν, ἧς ἔμελλε πληροῦν ἐν Ἱερουσαλήμ. Ποία δὲ ἔξοδος; Τῆς οἰκονομίας δηλονότι τὸ πέρας, ὁ σταυρός, ὁ θάνατος, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσις, ἡ εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψις. Ταῦτα γὰρ πάντα προανετύπου μὲν διὰ σκιᾶς ὁ νόμος, προηγόρευσε δὲ καὶ ὁ λαμπρὸς καὶ μέγας τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ χορός.

[45] Psal. XLIV, 2. [46] Joan. I, 1. [46*] Matth. XVII, 1, 3.

Digitized by Google

Καὶ προσῆλθε πρὸς τὴν προφῆτιν, καὶ ἐν γαστρὶ A *ἔλαβε, καὶ ἔτεκεν ὑιόν.*

Ὅτι μὴ ἐξ αἵματος καὶ σαρκὸς, μήτε μὴν ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἡ κατὰ σάρκα Χριστοῦ πέπρακται γέννησις, καινοπρεπὴς δέ τις ἦν καὶ ἀήθης, καὶ τῶν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐπέκεινα νόμων, ἀπεκάλυψε τῷ προφήτῃ Θεός. Αὐτὸς γὰρ, φησὶν, ὁ λέγων· « Λάβε σεαυτῷ τόμον καινοῦ μεγάλου, » προσῆλθε πρὸς τὴν προφῆτιν. Ἄθρει δὴ οὖν, ὅπως ἀνθρώπου γραφίδι τὸ Χριστοῦ μυστήριον καὶ λόγοις γράφεται τοῖς καθ' ἡμᾶς. Τὸ γάρ τοι, προσῆλθεν, ἔθος τῇ θείᾳ λέγειν Γραφῇ, ἀντὶ τοῦ, συνῆλθεν, ἤγουν, κεκοινώνηκε γαμικῶς. Ὁρᾷ τοιγαροῦν ὁ προφήτης καὶ συνόδου σχῆμα γεγονὸς πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον, ἣν εἶναί φησι καὶ προφῆτιν, πρᾶγμα διδάσκων ἀληθές· εἶτα καὶ σύλληψιν γεγενῆσθαί φησιν, τεχθῆναι δὲ καὶ υἱόν. Ὀξεῖα δὲ σφόδρα τῆς ὁράσεως ἡ ἀπόδοσις, πάντα τῷ προφήτῃ παρατιθεῖσα πρὸς γνῶσιν. Ὅτι γὰρ ἐξ ἁγίου Πνεύματος τὸ πανάγιον ἐκεῖνο διεπήγνυτο σῶμα τὸ ἐνωθὲν τῷ Λόγῳ, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; Οὐκοῦν ἡ τοῦ Πνεύματος ἐνέργεια, δι' ἧς τὸ ἐν τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ διεπλάττετο σῶμα, τῷ τῆς συνόδου σχήματι πλαγίως κατεσημαίνετο. Ἀπαρχὴ γὰρ γέγονε καὶ κατὰ τοῦτο Χριστὸς τῶν ἡγιασμένων ἐν πνεύματι, οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. Γεννητὸς οὖν Πνεύματος κατά γε τὴν σάρκα καὶ πρὸ τῶν ἄλλων αὐτὸς, ἵνα καὶ ἡμεῖς δι' αὐτὸν ἐν τούτοις. Ἐπισημήνασθαι δὲ ἀναγκαῖον, ὅτι τὸν Οὐρίαν καὶ τὸν Ζαχαρίαν μάρτυρας αὐτῷ γενέσθαι προστέταχεν, τοῦ ὀξέως προνομὴν ποιῆσαι σκύλων. Προσετίθει δὲ, ὅτι « Πάρεστι γάρ. » Μεμαρτύρηκε γὰρ ὁ νόμος, καὶ μὴν ἡ τῶν ἁγίων προφητῶν προανάῤῥησις, ὅτι γεννηθεὶς ὁ Χριστὸς σκυλεύσει τὸν Σατανᾶν, καὶ διαρπάσει τὰ σκεύη αὐτοῦ, καθά φησιν αὐτὸς, τοῦτ' ἔστιν, ἰδίους ποιήσεται τοὺς ἐκείνου προσκυνητάς ποτε. Τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ἔφασκεν ὁ Χριστὸς, ὡς ἐν τρόπῳ παραδείγματος λέγων· « Ἢ πῶς δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τότε διαρπάσει τὰ σκεύη αὐτοῦ; » Λέγων δὲ, ὅτι « Πάρεστι γὰρ, » οὐκ εἰς μακρὰν ἔσεσθαι τὴν ἀνάδειξιν τοῦ Ἐμμανουὴλ κατεπηγγέλλετο. Τοῦτό τοι καὶ « Ἔτι μικρὸν, ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ. »

Καὶ εἶπε Κύριός μοι· Κάλεσον τὸ ὄνομα αὐ- D *τοῦ, Ταχέως σκύλευσον, Ὀξέως προνόμευσον. Διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ τὰ σκύλα Σαμαρείας, κατέναντι βασιλέως Ἀσσυρίων.*

Εἰπὼν ἀνωτέρω τὸ, « Ἰδοὺ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ

VERS. 3. *Et accessit ad prophetissam : et in utero concepit, et peperit filium.*

Quod non ex sanguine et carne, neque ex voluntate viri, Christi nativitas secundum carnem peracta fuerit, sed et insolita, et ultra leges humanæ naturæ exstiterit, Deus prophetæ revelavit. Etenim ipse, inquit, qui dicit : « Cape tibi librum novum magnum, » accessit ad prophetissam. Considera vero quo pacto hominis penicillo Christi mysterium nostrisque verbis scribatur. Illud autem, Accessit, pro Coiit, vel conjugali ritu communicavit, ex more suo dicit divina Scriptura. Videt ergo propheta etiam congressus formam cum sancta Virgine, quam prophetissam quoque dicit, rem veram docens : dein et conceptionem factam ait, filiumque editum. B Namque a sancto Spiritu sanctissimum illud corpus, Verbo unitum, fuisse formatum (1), cui dubium esse poterit? Quocirca Spiritus virtus ac vis, per quam illud corpus in sancta Virgine formatum est, hoc congressus habitu ac figura oblique significatur. Primitiæ siquidem factus est hinc Christus eorum qui sanctificati sunt in spiritu, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo geniti sunt. Natus ergo est ex sancto Spiritu juxta carnem et ipse ante alios, ut et nos quoque per illum nasceremur. Hic etiam notandum, quod **134** Uriam et Zachariam testes adhiberi jusserit, ut cito diripiat spolia. Apposuit etiam : «Adest enim.» Attestatur etenim lex, et porro sanctoC rum prophetarum prædictio, Christum natum Satanam spoliaturum, et vasa ejus direpturum, ut ipsemet, inquit, hoc est, qui hujus aliquando adoratores essent, suos facturum. Hoc enim et ipse Christus dixit, exempli causa, inquiens : « Quomodo potest quispiam ingredi in domum fortis, et vasa illius diripere, nisi primum vinciat fortem, et tum diripiat vasa illius [67]? » Cum autem ait : « Adest enim, » non longe abfore manifestationem Emmanuelis annuntiavit. Quin et beatus Habacum dixisse reperitur : « Adhuc parumper, qui accedit veniet, et non tardabit [68]. »

VERS. 4. *Et dixit mihi Dominus : Voca nomen ejus, Velociter spoliato, Cito prædator. Eapropter antequam sciat puer vocare patrem vel matrem, auferet potentiam Damasci, et spolia Samariæ, coram rege Assyriorum.*

Cum superius dixisset : « Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus,

[67] Matth. XII, 29. [68] Habac. II, 3.

(1) Sic corrigendum monet Aug. Mai (*Bibl. Nov.*, III, 445). Legebatur antea : « Illud enim sanctissimum corpus ex Spiritu sancto e supernis verbo formatum esse, » etc. Aubertus nimirum ἑνωθὲν pro ἐνωθέν sibi nescio qua mentis aberratione confinxerat et sensum reddiderat falsum atque Eutychianum.

Digitized by Google

Emmanuel; » nunc jubet vocari nomen ejus, Velociter spoliato, Cito prædator. An vero, illud primum nomen inane est et irritum, nimirum Emmanuel? et hoc maxime decebit Velociter spoliato, Cito prædator? Nequaquam istuc dicimus, sed illud dicimus potius. Mos est Scripturæ divinitus aspiratæ, diversis nominibus universitatis Deum appellare : et a rebus pro temporum ratione gestis aliquando nomenclaturas ante invenire. Hoc etiam in ipso Christo observatum est. Deus enim verus est. Et quoniam Deus natura exsistens, factus est nobiscum, sermo qui apparuit nostra specie, denotari Emmanuelis nomine sapientissime possit. Dein factus homo cum despoliasset Satanam, et olim abreptos, eique per peccatum servientes, ab illius tyrannide eripuisset, exseruit et declaravit illud : Velociter spoliato, Cito prædator. Quod etiam, ut Deus, redemptionem humanam inexplicabili virtute perfecturus sit, præmonstravit, dicens : « Priusquam noverit puer patrem vel matrem, auferet potentiam Damasci, et spolia Samariæ coram rege Assyriorum. » Altissimus est horum verborum sensus, **135** et enarratio spiritalis. Obducta est enim obscuritatibus fere semper divina oratio, nec ex historia rebusque sub sensum cadentibus invenerimus, Christum statim natum, vel exspoliasse Damascum, vel regionem regis Assyriorum, liberatis his qui e Samaria in ejus regionem deportabantur. Cum autem spiritaliter rem acceperimus, tum hoc verissimum esse videbimus. Erat igitur Damascus, sive Syria universa, et Assyriorum regio, scilicet Persarum et Medorum, idolis plena, idcirco terra sculptilium vocitata est, in qua scilicet erant altaria et fana ubivis locorum, et qui frequentare fana soliti sunt, falsorum, inquam, vatum genera, et incantationum periti. Robur autem et firmamentum eorum omne erant dæmonia, quæ singuli colebant, et princeps ac præfectus eorum Satanas. Quod igitur Damasci potentiam, regisque Assyriorum, id est, Satanam, et improbas ac profanas dæmoniorum turmas modo non deprædaturus sit Christus, atque ejus servitio liberaturus eos qui seducti erant, etiam antequam ad eam ætatem pertigerit, quam æquum est, scire posse patrem ac matrem vocare, declaravit cum ait : « Priusquam sciat puer vocare patrem vel matrem, potentiam Damasci auferet. » Auferet, pro, depopulabitur. Auferet item et spolia Samariæ, id est, captivos eripiet, pro illis depugnans. Coram rege Assyriorum, scilicet intelligibili, videlicet Satana. Is enim erat Damasci et Syriæ potentia. Idolorum autem cultores omnem in seipsis salutis spem habere, et Christum, quam primum natus est, et spoliasse Satanam facile est videre. Scribit enim Matthæus : « Cum vero Jesus natus esset in Bethleem Judææ diebus Herodis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolyma dicentes : Ubi est qui natus est rex Judæorum? Vidimus enim ipsius stellam in Oriente, et venimus ut adoremus eum [49]. » Adorarunt ergo, et adduxerunt

[49] Matth. II, 1.

A Ἐμμανουήλ· » προστέταχε νῦν καλεῖσθαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ταχέως σκύλευσον, Ὀξέως προνόμευσον. Ἆρ' οὖν εἰκαῖον ὄνομα αὐτῷ τὸ πρῶτον, τοῦτ' ἔστιν, Ἐμμανουήλ; πρέποι δ' ἂν ὅτι μάλιστά γε τὸ, Ταχέως σκύλευσον, Ὀξέως προνόμευσον; Οὐ τοῦτό φαμεν, ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον. Ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ διαφόροις ὀνόμασι τὸν τῶν ὄντων Θεὸν ἀποκαλεῖν, καὶ ὡς ἀπό γε τῶν κατὰ καιροὺς ὁρωμένων ἔσθ' ὅτε προσεπινοεῖν τὰς κλήσεις. Τοῦτο τετήρηται καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. Θεὸς γάρ ἐστιν ἀληθινὸς, καὶ ὅτι μὲν Θεός ὢν φύσει, γέγονε μεθ' ἡμῶν ὁ Λόγος, ὅτ' ἐπέφηνε καθ' ἡμᾶς, κατασημαίνει μὲν ἂν καὶ μάλα σαφῶς τὸ, Ἐμμανουήλ. Ἐπειδὴ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, ἐσκύλευσε τὸν Σατανᾶν, καὶ μὴν καὶ ἐξείλετο τῆς ἐκείνου σκαιότητος τοὺς πάλαι αἰηρταB αμένους, καὶ δουλεύοντας αὐτῷ διὰ τῆς ἁμαρτίας, ἐκδείξειεν ἂν τὸ, Ταχέως σκύλευσον, Ὀξέως προνόμευσον. Ὅτι δὲ ὡς Θεὸς ἀφράστῳ δυνάμει καταρθοῦν ἔμελλε τῶν ἐπὶ γῆς τὴν λύτρωσιν προαναφαίνει λέγων· « Διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ σκῦλα Σαμαρείας, κατέναντι βασιλέως Ἀσσυρίων. » Βαθὺς δὲ σφόδρα τῶν προκειμένων ὁ νοῦς, καὶ πνευματικὸν τὸ διήγημα. Κέκρυπται γὰρ ἀσαφείαις ἀεί πως ὁ θεῖος λόγος· οὐχ εὑρήσομεν γὰρ ὡς ἐν ἱστορίᾳ τε καὶ ἐν αἰσθητοῖς πράγμασιν, ὅτι γεννηθεὶς εὐθὺς ὁ Χριστὸς, ἢ τὴν Δαμασκὸν ἐσκύλευσεν, ἢ τὴν χώραν τοῦ βασιλέως τῶν Ἀσσυρίων, λυτρούμενος τοὺς ἐκ τῆς Σαμαρείας εἰς τὴν ἐκείνου χώραν ἀπεC νηνεγμένους. Ὅταν δὲ νοητῶς ἐκλάβωμεν, τότε δὴ πάντως τὸ ἀληθὲς ὀψόμεθα. Οὐκοῦν ἥ τε Δαμασκὸς, ἦγουν Συρία πᾶσα, καὶ μὴν ἡ τῶν Ἀσσυρίων χώρα, τοῦτ' ἔστιν, ἡ Περσῶν τε καὶ Μήδων μεμέστωτο μὲν εἰδώλων· καὶ διὰ τοῦτο κέκληται γῆ τῶν γλυπτῶν· ἦσαν γὰρ βωμοὶ καὶ τεμένη πανταχοῦ, καὶ οἱ τοῖς τεμένεσιν ἐμφιλοχωρεῖν εἰωθότες, φημὶ δὴ τὰ τῶν ψευδομάντεων γένη, καὶ οἷς ἡ τέχνη πρὸς γοήτειαν. Πᾶσα δὲ τούτων ἡ δύναμις ἦν, τὰ παρ' ἑκάστοις θρησκευόμενα δαιμόνια, καὶ ὁ τούτων ἡγούμενος Σατανᾶς. Ὅτε τοίνυν ἔμελλε τήν τε Δαμασκοῦ δύναμιν, καὶ μὴν καὶ τὴν τοῦ βασιλέως τῶν Ἀσσυρίων, τοῦτ' ἔστι τὸν Σατανᾶν καὶ τὰ πονηρὰ καὶ βέβηλα τῶν δαιμονίων στίφη, μονονουχὶ καταληῖσασθαι Χριστὸς, ἀπαλλάξαι τε τῆς ὑπ' αὐτῷ δουλείας D τοὺς ἠπατημένους, καὶ πρὶν ἡλικίας σωματικῆς εἰς τοῦτο ἐλθεῖν, ἥπερ ἂν πρέποι τὸ εἰδέναι δύνασθαι καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, διεσάφησεν εἰπών· « Διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται τὴν δύναμιν Δαμασκοῦ. » Τὸ δὲ, Λήψεται, ἀντὶ τοῦ, Χειρώσεται. Λήψεται δὲ ὁμοίως καὶ τὰ σκῦλα Σαμαρείας. Τοῦτ' ἔστιν, ἀπαλλάξει τοὺς αἰχμαλώτους πολεμήσας ὑπὲρ αὐτῶν. Ἀπέναντι τοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων. Τοῦ νοητοῦ δηλονότι, φημὶ δὴ τοῦ Σατανᾶ. Αὐτὸς γὰρ ἦν καὶ ἡ Δαμασκὸς, καὶ ἡ Συρίας δύναμις. Ὅτι καὶ οἱ τῶν εἰδώλων προσκυνηταὶ πᾶσαν ἔχουσιν ἐπ' αὐτοῖς τὴν τῆς σωτηρίας ἐλπίδα· Ὅτι δὲ ἐσκύλευσεν ὁ Χριστὸς τὸν Σατανᾶν, γεγεννημένος εὐθὺς, ἀταλαίπωρον ἰδεῖν. Γράφει γὰρ

Digitized by Google

ὁ Ματθαῖος· « Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας ἐν ἡμέραις Ἡρῴδου τοῦ βασιλέως, ἰδοὺ μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντό τε εἰς Ἱεροσόλυμα, λέγοντες· Ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; ἴδομεν γὰρ τὸν ἀστέρα αὐτοῦ ἐν τῇ Ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ. » Προσκεκυνήκασι γοῦν καὶ προσήγαγον χρυσίον, καὶ λίβανον καὶ σμύρναν. Ὁρᾷς ὅπως ἐσκύλευσε τὸν Σατανᾶν, καὶ προενόμευσεν ὀξέως; Ὅτι δὲ καὶ ὁ τῆς ἐπιδημίας σκοπὸς εἰς λύτρωσιν βλέπει τῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ τῇ νοητῇ γεγονότων, κατασημα[ί]νειεν ἂν καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, διὰ φωνῆς Ἡσαΐου λέγων· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. » Ψάλλει δέ που καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ περὶ αὐτοῦ· « Ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν. » Καὶ τοῦτο αὐτὸς ἐδίδαξεν εἰπών· « Ὅταν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. »

A aurum et thus, et myrrham. Videsne quo pacto Satanam spoliet et deprædetur velociter? Deinde adventus sui scopum et finem fuisse redemptionem eorum qui in captivitate intelligibili sunt, designat et ipse Christus, voce **136** Isaiæ dicens: « Spiritus Domini super me eo quod unxit me, ad evangelizandum pauperibus misit me, ad prædicandum captivis remissionem, et cæcis visum [50]. » Psallit item et beatus David de ipso: « Ascendens in altitudinem, captivam duxit captivitatem [51]. » Idque docuit ipsemet, cum dicit: « Cum sublevatus in altum fuero de terra, omnes traham ad me ipsum [52]. »

Καὶ προσέθετο Κύριος λαλῆσαί μοι ἔτι· Διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν λαὸν τοῦτον τὸ ὕδωρ τοῦ Σιλωὰμ τὸ πορευόμενον ἡσυχῇ, ἀλλὰ βούλεσθαι ἔχειν Ῥαασσὼν, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ Ῥομελίου βασιλέα ἐφ' ὑμῶν, διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἀνάγει Κύριος ἐφ' ὑμᾶς τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ τὸ ἰσχυρὸν καὶ πολὺ, τὸν βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων, καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ. Καὶ ἀναβήσεται ἐπὶ πᾶσαν φάραγγα ὑμῶν καὶ περιπατήσει ἐπὶ πᾶν τεῖχος ὑμῶν, καὶ ἀφελεῖ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας ἄνθρωπον, ὃς δυνήσεται κεφαλὴν ἆραι, ἢ δυνατὸν συντελέσασθαί τι. Καὶ ἔσται ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ, ὥστε πληρῶσαι τὰ πλάτη τῆς χώρας σου.

B VERS. 5-8. *Et perrexit Dominus loqui mihi: Quoniam non vult populus iste aquam Siloam, fluentem placide, sed vult habere Raasson et filium Romeliæ regem super vos, propterea ecce reducit Dominus super vos aquam fluvii vehementem et abundantem, regem Assyriorum et gloriam ejus. Et ascendet in omnem vallem vestram, et supergredietur omnem murum vestrum, et auferet a Judæa hominem qui poterit caput levare, aut præstare aliquid. Et erunt castra ejus, ut impleant latitudinem regionis tuæ.*

Ὅτι παρά γε τὸ εἰωθὸς ἀνθρώποις, ξένη τε καὶ ἀξιάγαστος ἔσται τοῦ Ἐμμανουὴλ ἡ γέννησις, ἡ διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου, καὶ ὅτι πλείστων τε ὅσων καὶ περιφανεστάτων ἀληθῶς θεοσημειῶν ἀποτελεσθήσεσθαι κατὰ καιροὺς εὖ μάλα διειρηκὼς, ἀποκαλύπτει τῷ προφήτῃ λοιπὸν, καὶ τὴν ἐσομένην κατ' αὐτοῦ τῶν Ἰουδαίων ἀπόνοιαν κατά γε τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως καιρόν. Ἀφίκετο γεμὴν εἰς τόνδε τὸν κόσμον ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, οὐκ ἐμφανῆ τε καὶ ὁρωμένην τὴν τῆς θεοπρεποῦς ὑπεροχῆς δόξαν ἔχων· οὔτε μὴν κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον· οὐδὲ ταῖς ἀγγελικαῖς δυνάμεσι δορυφορούμενος ἐναργῶς· ἀλλ' οὐδ' ἐν δόξῃ τυχὸν ἐπιγείου βασιλέως· μετρίως δὲ σφόδρα καὶ ὑφειμένως, καὶ πολὺ λίαν ἀψοφητί. Καὶ τοῦτο ἡμῖν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ διὰ φωνῆς ἁγίων καταμεμήνυκε λέγων· « Ἰδοὺ συνήσει ὁ Παῖς μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει· οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει, οὐδὲ ἀκουσθήσεται ἐν ταῖς πλατείαις ἡ φωνὴ αὐτοῦ. Κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει. » Καὶ τρόπος μὲν οὑτοσὶ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ Μονογενοῦς. Ἰουδαῖοι γεμὴν οἱ τάλανες τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον, ἢ οὐ συνέντες ὅλως ἦγουν ἀνοσίως διωθούμενοι, κατεπεφύοντο δεινῶς, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι λέγοντες· « Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν. » Διατετελέκασι δὲ καὶ μέχρι παντὸς σκληροὶ καὶ ἐξήνιοι,

C Emmanuelis nativitatem, præter communem consuetudinem novam hominibus peregrinam et admirabilem, ex sancta Virgine, plurimorumque ac insignissimorum vere divinorum signorum effectricem, suo tempore pulchre admodum exposuit: deinceps prophetæ aperit, futuram contra illum inhumanationis tempore Judæorum insaniam. Venit in mundum unigenitum Dei Verbum, in similitudine carnis peccati, non illustrem et spectabilem divinæ præstantiæ gloriam habens, nec more suo solito, lucem habitans inaccessam, neque angelico exercitu splendide stipatum; imo nec in gloria mortalis regis, sed modeste admodum, et submisse, et sine ullo strepitu. Idque nobis Deus et Pater, voce sanctorum designat dicens: « Ecce intelliget Filius meus dilectus, in quo conquievi, judicium gentibus

B inferet, non contendet, neque clamabit, nec audietur in plateis vox ejus, calamum contritum non confringet, et linum incensum non restinguet [53]. » Et hic quidem modus fuit dispensationis Unigeniti in carne. Judæi autem miseri, hoc de illo mysterium non intelligentes omnino, aut certe impie opprimentes, graviter contra exstimulabantur, eique mortem moliebantur, dicentes: **137** « Ob bonum opus non lapidamus te, sed ob blasphemiam, quod tu homo cum sis, facis teipsum Deum [54]. » Perseverarunt etiam per omnia præfracti et effrenes, et hoc præterea ad impietatem accedit. Adduxerunt enim Pilato, dicentes: « Tolle,

[50] Isa. LXI, 1. [51] Psal. LXVII, 19. [52] Joan. XII, 32. [53] Isa. XLII, 1-3. [54] Joan. X, 33.

Digitized by Google

tolle, crucifige eum. » Ille autem cum ad hæc prope ridens diceret : Regem vestrum crucifigam ? Exclamarunt dicentes : « Non habemus regem nisi Cæsarem [56]. » Vide itaque quo pacto ejus regno parere recusarint, et Cæsarem ac homines reges crearint. Itaque hoc ænigmatice Deus perspicuum ac testatum prophetæ facit. Cum vero, ut arbitror, explicationem sermonis hujus rebus tum gestis accommodatam afferre consentaneum sit : dicimus aquæ Siloam eum regnum divinum conferre, quod ubi contempsissent Judæi, alteri subdebantur, et tradebantur hostibus. Hinc ait : « Quoniam non vult populus iste aquam Siloam fluentem placide, sed habere mavult Raasson, et filium Romeliæ regem inter vos, propterea ecce reducit Dominus in vos aquam fluvii vehementem et abundantem, regem Assyriorum. » Aquam Siloam adeo placide fluere dicunt, ut quiete sine omni sonitu præterlabatur. Vertitur autem Siloam missus. Itaque, ut jam dixi, sumitur ut sit imago et repræsentatio nostri Servatoris adventus, qui absque omni murmure exstitit, ut modo dixi. Missus autem vere Christus ; quamobrem Apostolum et Pontificem confessionis nostræ sapiens Paulus nominat [56] ; accipit item pro imagine et typo regni Dei Siloam. Proinde quandoquidem populus iste obduratus et effrenatus, aquam Siloam leniter fluentem respuit, excutit enim Dei jugum, magisque cupit hominum regno subesse, et ut homines habendi cupiditate inflammati : Raasson, inquam, et Phasee sibi dominentur : hanc ob causam, in eos aquam fluvii, id est, Euphratis immittam. At cum oratio involutior sit, adjunxit porro statim, et inquit : regem Assyrium et gloriam ejus, id est, omnes subditos ejus, et omnem gentem cervicem eis substernentem. Aquæ vero comparat multitudinem, idque ex more divinitus aspiratæ Scripturæ. **138** Siquidem de Ninive et multitudine ejus innumerabili, dicit voce prophetarum : « Et Ninive velut piscina aquarum, aquæ ejus [57]. » Immoratur autem in translatione, et tanquam de unda et fluvio dicit : « Et ascendet in omnem vallem vestram, et perambulabit omnem murum vestrum, et auferet a Judæa hominem qui caput levare poterit, aut efficere aliquid. Et erunt castra ejus, ut latitudines regionis tuæ repleant. » Perducta sunt ad exitum omnia hæc, prophetante Jeremia, Nabuchodonosoro regioni Judæorum bellum inferente, et Jerusalem percelebrem delente, templo incenso, Judæorumque clarissimis viris interfectis, simulque cum vasis sacris, universa multitudine, quæ quidem residua e bello evaserat, in ejus fines adducta. Perspicuum igitur est, qui aquam Siloam leniter fluentem, id est, Christum sive regnum Dei habere volunt, his omnino Assyriorum regem, hoc est, Satanam insultaturum, et captivos suos jugo suppositurum, et multiplicibus peccatorum laqueis constrictos, servos effecturum.

καὶ τὸ ἔτι τούτων ἐπέκεινα πρὸς τὸ δυσσεβές. Προσῆγον μὲν γὰρ τῷ Πιλάτῳ λέγοντες· « Αἶρε, αἶρε, σταύρωσον αὐτόν. » Ἐκείνου δὲ πρὸς ταῦτα μονονουχὶ καταμειδιῶντός τε καὶ λέγοντος· Τὸν βασιλέα ὑμῶν σταυρώσω ; κατεκεκράγεσαν λέγοντες· « Οὐκ ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ Καίσαρα. » Ἄθρει δὴ ὅπως ἠρνήσαντο μὲν τὸ ὑπ' αὐτοῦ βασιλεύεσθαι, Καίσαρα δὲ καὶ ἀνθρώπους ἐπεγράφοντο βασιλέας. Αἰνιγματωδῶς τοιγαροῦν τῷ προφήτῃ Θεὸς αὐτὸ δὴ τοῦτο καθίστησιν ἐναργές. Ἐπειδὴ δὲ προσήκειν ὑπολαμβάνω, καὶ τὸ τοῖς τηνικάδε πράγμασι πρέπουσαν τοῦ λόγου ποιήσασθαι τὴν ἀπόδοσιν· φαμὲν ὅτι τῷ ὕδατι τοῦ Σιλωὰμ τὴν ὑπὸ Θεῷ παρεικάζει βασιλείαν, ἣν ἀτιμάσαντες Ἰουδαῖοι, γεγόνασιν ὑφ' ἑτέρῳ, καὶ δέδονται τοῖς ἐχθροῖς. Ταύτῃτοί φησι· « Διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν λαὸν τοῦτον τὸ ὕδωρ τοῦ Σιλωὰμ τὸ πορευόμενον ἡσυχῇ, ἀλλὰ βούλεσθαι ἔχειν τὸν Ῥαασσὼν, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ Ῥομελίου βασιλέα ἐφ' ὑμῶν, διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἀνάγει Κύριος ἐφ' ὑμᾶς τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ τὸ ἰσχυρὸν καὶ τὸ πολὺ, τὸν βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων. » Τὸ τοῦ Σιλωὰμ ὕδωρ ῥεῖν οὕτω φασὶν ἡσυχῇ, ὡς δίχα κτύπου προχεῖσθαι παντός. Ἑρμηνεύεται δὲ Σιλωὰμ, ἀπεσταλμένος. Δέχεται τοίνυν εἰς εἰκόνα καὶ τύπον αὐτὸν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίας, τῆς ἀψοφητὶ γεγενημένης, καθάπερ ἔφην ἀρτίως. Ἀπεσταλμένος δὲ κατ' ἀλήθειαν ὁ Χριστός. Ἀπόστολον γοῦν καὶ Ἀρχιερέα αὐτὸν τῆς ὁμολογίας ἡμῶν καὶ ὁ σοφὸς ὀνομάζει Παῦλος. Δέχεται δὲ ὁμοίως καὶ ἁπαξαπλῶς τῆς ὑπὸ Θεῷ βασιλείας εἰς τύπον τὸν Σιλωάμ. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ὁ λαὸς οὗτος ὁ ἀκαμπὴς καὶ ἐξήνιος, οὐ βούλεται ἔχειν τὸ ὕδωρ τοῦ Σιλωὰμ τὸ πορευόμενον ἡσυχῇ· ἀποσείεται γὰρ τὸν ὑπὸ Θεῷ ζυγόν· ἐπιθυμεῖ δὲ μᾶλλον ὑπὸ τὴν ἀνθρώπων εἶναι βασιλείαν, καὶ κατισχῦσαι μᾶλλον αὐτοῦ τοὺς πλεονεκτεῖν ἐθέλοντας, τὸν Ῥαασσὼν, φημὶ, καὶ τὸν Φακεέ· ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἐπ' αὐτοῖς ἀνήσω τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ, τοῦτ' ἔστι, τοῦ Εὐφράτου. Ἐπειδὴ δὲ ἦν ἀσαφέστερός πως ὁ λόγος, προσεπάγει παραχρῆμα, καί φησι, Βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων, καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ· τοῦτ' ἔστι, τοὺς ὑπ' αὐτῷ πάντας, καὶ ἅπαν ἔθνος τὸ ὑπεστρωκὸς αὐτῷ τὸν αὐχένα. Ὕδατι δὲ παρεικάζει τὰ πλήθη. Καὶ τοῦτο ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ. Καὶ γοῦν περὶ τῆς Νινευῆ, καὶ τῆς ἐν αὐτῇ ἀναριθμήτου πληθύος, φησὶ διὰ φωνῆς προφητῶν· « Καὶ Νινευῆ, ὡς κολυμβήθρα ὑδάτων τὰ ὕδατα αὐτῆς. » Ἐπιμένει δὲ τῇ τροπῇ καί φησιν· « Ὡς ἐφ' ὕδατός τε καὶ ποταμοῦ, καὶ ἀναβήσεται ἐπὶ πᾶσαν φάραγγα ὑμῶν, καὶ περιπατήσει ἐπὶ πᾶν τεῖχος ὑμῶν, καὶ ἀφελεῖ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας ἄνθρωπον, ὃς δυνήσεται κεφαλὴν ἆραι, ἢ δυνατὸν συντελέσασθαί τι. Καὶ ἔσται ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ, ὥστε πλησῶσαι τὰ πλάτη τῆς χώρας σου. » Ἦχθη δὲ εἰς πέρας ἅπαντα ταυτὶ, προφητεύοντος Ἱερεμίου, ὅτε τῆς Ἰουδαίων χώρας κατεστράτευσεν ὁ Ναβουχοδονόσορ· καὶ καθεῖλε μὲν τὴν περιβόητον Ἱερουσαλήμ· κατεμπρήσας δὲ καὶ τὸν ναὸν, καὶ τοὺς τῶν Ἰουδαίων ἐπισήμους ἀπεκτονὼς, ὁμοῦ τοῖς σκεύεσι τοῖς ἱεροῖς τὴν ἄλλην ἅπασαν καὶ ὑπολελειμ-

[56] Joan. XIX, 15. [56] Hebr. III, 1. [57] Nahum II, 8.

Digitized by Google

μένην ἐκ τοῦ πολέμου πληθὺν ἀπεκόμισεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ. Πρόδηλον οὖν ὅτι τοῖς οὐκ ἐθέλουσιν ἔχειν τὸ ὕδωρ τοῦ Σιλωὰμ τὸ πορευόμενον ἡσυχῇ, τοῦτ' ἔστι Χριστὸν, ἤτοι τὴν ὑπὸ Θεῷ βασιλείαν, ἐπιπηδήσει πάντως ὁ τῶν νοητῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς, τοῦτ' ἔστιν, ὁ Σατανᾶς, καὶ αἰχμαλώτους ἑλὼν, τοῖς ἰδίοις ὑποθήσει ζυγοῖς, καὶ ποιήσει δούλους, ταῖς ἐκ πολυτρόπων ἁμαρτιῶν κατασφίγγων σειραῖς.

Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, γνῶτε ἔθνη, καὶ ἡττᾶσθε· ἐπακούσατε ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς· ἰσχυκότες ἡττᾶσθε. Ἐὰν γὰρ πάλιν ἰσχύσητε, πάλιν ἡττηθήσεσθε. Καὶ ἢν ἂν βουλεύσησθε βουλὴν, διασκεδάσει Κύριος· καὶ λόγον ὃν ἂν λαλήσητε, οὐ μὴ ἐμμείνῃ· ὅτι μεθ' ἡμῶν Κύριος ὁ Θεός.

Ἀνασκιρτᾷ τῷ προφήτῃ πρὸς θυμηδίαν ὁ νοῦς, ἐπεγνωκότι σαφῶς τὸ Χριστοῦ μυστήριον. Εἶτα τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν καὶ μέντοι καὶ ἀποστόλων τό τε πρόσωπον ὁμοῦ καὶ τὸν λόγον ἀναλαβὼν, Ἕλλησί τε καὶ Ἰουδαίοις μονονουχὶ καὶ διαμαρτύρεται, ὅπλον τοῖς πεποιημένοις αὐτὸν, οὐδὲν ἔσται τὸ ἀντιστατοῦν. Τοῖς μὲν οὖν ἔθνεσι δύο ταῦτα κατορθῶσαι διακελεύεται, διαγνῶναί τε τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ μὴν ὅτι καὶ ἡττᾶσθαι χρὴ τοῖς διδάσκουσιν αὐτό. Γνῶτε γὰρ, φησὶ, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ δέξασθε λόγον, καὶ ἡττήθητε, τοῦτ' ἔστι, παραχωρεῖτε, καὶ μὴ ἀνθίστασθε τοῖς ἁγίοις μυσταγωγοῖς· ὑπακούσατε δὲ μᾶλλον αὐτοῖς ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς, τοῦτ' ἔστιν, οἱ κατὰ πᾶσάν τε πόλιν καὶ χώραν, καὶ μέχρι αὐτῶν τερμάτων τῆς ὑπ' οὐρανόν. Οἱ δὲ ἡττώμενοί τε καὶ παραχωρεῖν ἐθέλοντες τὸ νικᾷν τοῖς τῆς ἀληθείας διδασκάλοις, εἰσδέξονται μὲν εὐκόλως τὸν παρ' αὐτῷ λόγον, πεπιστευκότες δὲ εἰς Χριστὸν βαδιοῦνται κατ' εὐθὺ παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ τὴν αὐτῷ φιλαιτάτην κατορθώσαντες ἀρετὴν, λαμπράν τε καὶ ἀξιοζήλωτον καταχληρονομήσουσι δόξαν. Καὶ ταυτὶ μὲν τοῖς Ἑλλήνων στίφεσιν, ὡς ἐκ προσώπου τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν ὁ προφήτης φησίν· Ὑμεῖς δὲ, ὦ Ἰουδαῖοι, ἰσχυκότες ἡττᾶσθε. Ὅσον μὲν γὰρ εἰς γε τὸν ἐνόντα τοῖς Ἰουδαίοις σκοπὸν, κατίσχυσαν τοῦ Χριστοῦ, σταυρῷ παραδόντες οἱ δείλαιοι. Πλὴν ἐβουλεύσαντο βουλὴν, ἣν οὐ μὴ δύνωνται στῆσαι, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Οὐ γὰρ ἦν δύνασθαι θανάτῳ περιβαλεῖν τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς. Οὐκοῦν εἰ καὶ νενομίκατε, φησὶν, ἰσχῦσαι Κυριοκτονήσαντες, ἀλλ' οὖν ἡττήθητε λοιπὸν, καὶ ὅτε τὸ εὐπειθὲς παραδεξάμενοι τὴν πίστιν, ἤγουν ἐκεῖνο γινώσκετε, κἂν ὅτι πάλιν ἰσχύσητε μὴ ἀνεχόμενοι τῆς διδασκαλίας, ἀλλ' ἐπιτιμῶντες ἀγρίως τοῖς τὸ Εὐαγγέλιον καταγγέλλουσι, πάλιν ἡττηθήσεσθε κολάζοντι λοιπὸν τῷ Κριτῇ, καὶ τὰς τῆς οὕτω μακρᾶς ἀπονοίας αἰτοῦντι δίκας. Ὃ δὴ καὶ πέπρακται. Μετὰ γάρ τοι τὸ ἀναβιῶναι Χριστὸν, καὶ ἀνελθεῖν εἰς οὐρανὸν, καὶ αὐτοῖς ἐπεβούλευον τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· καὶ δὴ καὶ εἰσφέροντες ἐν τοῖς συνεδρίοις ἔτυπτον ἐγκαλοῦντες καὶ λέγοντες· Παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν μὴ λαλεῖν τινι ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ, καὶ ἰδοὺ πεπληρώκατε τὴν Ἱερουσαλὴμ τῆς διδαχῆς ὑμῶν. Οὐκοῦν ἔδοξαν μὲν καὶ κατὰ τοῦτο ἰσχύειν, πλὴν ἀνόνητα πάντα αὐτοῖς, καὶ βουλὴ, καὶ σκέψις, καὶ λόγος· ἐνίκων γὰρ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ λέγοντες, διότι Μεθ' ἡμῶν Κύριος ὁ Θεός. Οἱ δὲ πικρὰς ἐξῄτηνται δίκας, ταῖς Ῥωμαίων στρατιαῖς καὶ οὐχ ἑκόντες ἡττώμενοι.

A VERS. 9-10. *Nobiscum Deus, scitote gentes, et vincimini: exaudite usque ad extremum terræ; qui prævaluistis, vincimini. Si enim rursus prævaluerilis, etiam iterum vincemini. Et quodcunque consilium iniveritis, dissipabit Dominus, et sermo quem loquemini minime stabit, quia nobiscum Dominus Deus.*

Exsilit præ gaudio animus prophetæ, utpote qui plane Christi mysterium agnovit. Deinde sanctorum evangelistarum et apostolorum tum persona, tum oratione assumpta, Græcis et Judæis tantum non contestatur, quod si illum arma fecerint, nihil futurum sit quod resistat. Gentibus igitur præcipit, ut duo hæc recte ac diligenter faciant, ut cognoscant Christi mysterium, et ut ab his qui illud B docent vinci se patiantur. Scitote enim, inquit, et ejus sermonem capite, et vincimini, id est, cedite et sanctis mystagogis nolite resistere, sed illis potius obsecundate, et exaudite, usque ad extremum terræ, id est, qui in quavis civitate et regione estis, et usque ad ipsos fines orbis terrarum. **139** Quippe victi qui sunt, quique victoriam magistris veritatis concedere volunt, facile eorum orationi accedent, et credentes in Christum, recta in omni probitatis genere progredientur, gratissimamque ei virtutem excolentes, splendidam, et admiratione æmulationeque dignissimam gloriam consequentur. Et hæc quidem Græcorum cohorti tanquam ex persona sanctorum apostolorum ac evangelistarum propheta dicit: Vos autem, o Ju- C dæi, qui prævaluistis, vincimini. Nam quod ad Judæorum quidem institutum attinet, prævaluerunt Christo cum miseri cruci eum traderent: verum iniverunt consilium, quod non potuerant stabilire, juxta id quod scriptum est. Nec enim fieri potuit, ut morte oppressum tenerent vitæ principem. Itaque etsi putavistis potiores tulisse cum Dominum trucidavistis, tamen deinceps vincimini, præstate obedientiam, fidem amplectimini, ac illud scitote, quod etsi posthac prævaluerilis, tamen si mystagogiam ferre non velitis, sed his qui Evangelium annuntiant, crudeliter insultetis, de integro vin- D cemini a Judice qui tandem punit, et tantæ tamque diuturnæ insaniæ pœnas expetit. Quod et factum est. Postquam enim revixerat Christus, et redierat in cœlum, et ipsis quoque sanctis apostolis collocarunt insidias, et tractos in concilia verberarunt, crimina intentantes, ac dicentes: Annon mandato mandavimus vobis ne cuiquam loquamini in nomine isto? et ecce replevistis Jerusalem doctrina vestra. Itaque in hoc visi sunt prævalere: cæterum et consilium et prudentia et verba, omnia illis parum profuerunt. Vicerunt enim divini discipuli dicentes: Nobiscum Dominus Deus est. At isti acerbas pœnas dederunt, Romanis copiis etiam nolentes subacti.

Digitized by Google

VERS. 11, 12. *Sic dicit Dominus : Forti manui immorigeri sunt, itineri viæ populi hujus, dicentes : Nequando dicant, Durum. Quidquid enim dicit populus hic, durum est.*

Dixi beatum prophetam sanctorum apostolorum et evangelistarum personam sibi imposuisse, et movisse gentes ac Judæos ut Christo subjiciantur, utque audiant ipsum etiam hi qui in remotissimis terræ finibus habitant. Deinde Deus tantum non demirans Israelis perversitatem et insignem inscitiam, ait: **140** Forti manui immorigeri sunt. «Est enim præpotens et infracta, et omnipotens dextera Dei et Patris Filius, per quem omnia, et in quo omnia, qui abolevit omnia, contrivit Satanam, spoliavit inferos, et corruptioni subjectos incorruptione donavit, atque omnia sicuti ab initio fuerant renovavit. Sic qui in Christo servati sunt, voce psallentis dicunt : «Dextera Domini evexit me, dextera Domini præstitit virtutem.[58]» Dictum etiam est in canticis : « Dextera Domini nobilitata est fortitudine, dextera tua, Domine, fregit inimicos[59].» Itaque eo impietatis et insaniæ venerunt, ut forti manui facile conservanti immorigeri esse voluerint, idque pro nihilo duxerint. Immorigeri sunt etiam, inquit, viæ populi hujus, cujus personam assumens, modo dixerat : Nobiscum Deus. Quæ tandem via est populi hujus? Eorum qui Emmanuelem habent, fides evangelica, vitæ institutio et conversatio, legali et umbratili rejecta. Et immorigeri sunt viæ populi hujus, dicentes, Ne quando dicatis, Durum. Omne enim quod dixerit populus hic, durum est. Siquidem durus videbatur Judæis esse sanctorum apostolorum sermo : quia circumcisa velut et ablegata peropportune umbra, non secundum Mosis legem vivere eos passi sunt, sed evangelice et spiritualiter.

VERS. 14. *At timorem eorum ne timueritis, nec turbemini, Dominum ipsum gloriæ sancte colite, et erit ipse timor tuus. Et si ipsi confisus fueris, erit tibi sanctificationi, et non ut lapidi offensionis occurretis ei, nec ut petræ ruinæ.*

Cum perstrinxerit ante Hierosolymitanos ut immorigeros viæ populi, Christiani nimirum, et mysticis sanctorum apostolorum institutionibus : orationem consolationis plenam ad eos convertit, et invictum animum illis addit, non debere inquiens timere eos, qui illis immorigeri sunt, nec omnino propter eorum ferociam tumultuari : sed Deo potius confusos, hostibus juvenili alacritate insultare : pro certo habentes eum arma ipsis fore et arcem fortitudinis : seque facile superaturos eos qui restiterint. Hinc ait : Timorem eorum ne timueritis, neque turbemini. Sin velit quispiam hæc subtilius scrutari, **141** et alio modo hoc licebit interpretari: sic autem res se habet. Judæi enim non parum

[58] Psal. CXVII, 16. [59] Exod. XV, 6.

A *Οὕτω λέγει Κύριος· Τῇ ἰσχυρᾷ χειρὶ ἀπειθοῦσι, τῇ πορείᾳ τῆς ὁδοῦ τοῦ λαοῦ τούτου λέγοντες· Μήποτε εἴπωσι, Σκληρόν. Πᾶν γὰρ ὃ ἐὰν εἴπῃ ὁ λαὸς οὗτος, σκληρόν ἐστιν.*

Ἔφην ὅτι τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν τὸ πρόσωπον ἑαυτῷ περιτιθεὶς ὁ μακάριος προφήτης, ἔθνεσίν τε καὶ Ἰουδαίοις ἠτᾶσθαι Χριστῷ συνεβούλευσεν, ὑπακοῦσαί τε αὐτῷ καὶ τοὺς μέχρις ἐσχάτων τῆς γῆς. Εἶτα Θεὸς πρὸς αὐτὸν μονονουχὶ καὶ καταθαυμάζων τὴν τοῦ Ἰσραὴλ σκαιότητα καὶ τὸ λίαν ἀμαθὲς, Τῇ ἰσχυρᾷ χειρὶ, φησὶν, ἀπειθοῦσιν. « Παναλκὴς γὰρ, » καὶ ἄθραυστος, καὶ πάντα ἰσχύουσα δεξιὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα· ὁ καταργήσας θάνατον, καὶ συντρίψας τὸν Σατανᾶν, καὶ σκυλεύσας τὸν ᾅδην, καὶ ἀφθαρσίαν B δωρούμενος τοῖς ὑπὸ φθορὰν, καὶ ἀνακαινίζων τὰ πάντα πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς. Οὕτω καὶ διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς οἱ ἐν Χριστῷ σεσωσμένοι φασίν· « Δεξιὰ Κυρίου ὕψωσέ με, δεξιὰ Κυρίου ἐποίησε δύναμιν. » Εἴρηται δὲ καὶ ἐν Ὠδαῖς· « Ἡ δεξιά σου, Κύριε, δεδόξασται ἐν ἰσχύϊ· ἡ δεξιά σου χεὶρ, Κύριε, ἔθραυσεν ἐχθρούς. » Οὐκοῦν ἀνοσιότητός τε ὁμοῦ, καὶ μὴν καὶ φρενοβλαβείας εἰς τοῦτο διεληλάκασιν, ὡς τῇ ἰσχυρᾷ χειρὶ τῇ σωζούσῃ ῥᾳδίως ἀπειθεῖν ἐλέσθαι, καὶ παρ' οὐδὲν ἡγεῖσθαι τὸ πρᾶγμα. Ἀπειθοῦσι δὲ ὁμοίως τῇ πορείᾳ τοῦ λαοῦ τούτου, φησίν· οὗ τὸ πρόσωπον ἀναλαβὼν ἔφασκεν εὐθύς· Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. Ὁποία δέ τίς ἐστιν ἡ πορεία τοῦ λαοῦ; Τῶν ἐχόντων τὸν Ἐμμανουὴλ ἡ πίστις ἡ εἰς αὐτὸν, ἡ εὐαγγελικὴ πολιτεία, παρεωραμένης τῆς ἐν νόμῳ καὶ C ὡς ἐν σκιαῖς. Ἀπειθοῦσι δὲ τῇ πορείᾳ τοῦ λαοῦ τούτου λέγοντες· Μή ποτε εἴπητε, Σκληρόν. Πᾶν γὰρ ὃ ἐὰν εἴπῃ ὁ λαὸς οὗτος, σκληρόν ἐστι. Σκληρὸν γὰρ εἶναί πως τοῖς Ἰουδαίοις ἐδόκει τῶν ἁγίων ἀποστόλων ὁ λόγος, ὅτι περιστέλλοντες ὡς ἐν καιρῷ τῷ δέοντι τὴν σκιὰν, ζῆν οὐκ εἶων κατὰ τὸν Μωσέως νόμον, εὐαγγελικῶς δὲ μᾶλλον καὶ πνευματικῶς.

Τὸν δὲ φόβον αὐτῶν οὐ μὴ φοβηθῆτε, οὐδ' οὐ μὴ ταραχθῆτε, Κύριον αὐτὸν ἁγιάσατε, καὶ αὐτὸς ἔσται σοι φόβος. Καὶ ἐὰν ἐπ' αὐτῷ πεποιθὼς ᾖς, ἔσται σοι εἰς ἁγίασμα, καὶ οὐχ ὡς λίθου προσκόμματι συναντήσετε αὐτῷ, οὐδ' ὡς πέτρας πτώματι.

Προαιτιασάμενος τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ὡς ἀπειθεῖν ἑλομένους τῇ πορείᾳ τοῦ λαοῦ, τοῦ ἐν Χριστῷ δῆλον ὅτι, D καὶ ταῖς τῶν ἁγίων ἀποστόλων μυσταγωγίαις, μεθίστησι πρὸς αὐτοὺς τὸν τῆς παρακλήσεως λόγον, καὶ ἄθραυστον αὐτοῖς ἐνεργάζεται νοῦν, μὴ δὴ χρῆναι λέγων δεδιέναι τοὺς ἀπειθοῦντας αὐτοῖς, μήτε μὴν ὅλως τὸν ἐκ τῆς ἐκείνων σκαιότητος εἰσδέχεσθαι θόρυβον· τεθαῤῥηκότας δὲ μᾶλλον ἐπὶ Θεῷ, κατανεανιεύεσθαι τῶν ἐχθρῶν· εὖ εἰδότας ὅτι καὶ ὅπλον αὐτοῖς ἔσται, καὶ πύργος ἰσχύος, καὶ κατακρατήσουσιν εὐκόλως τῶν ἀνθεστηκότων. Ταὐτηγοί φησιν· Τὸν δὲ φόβον αὐτῶν οὐ μὴ φοβηθῆτε, οὐδὲ ταραχθῆτε. Εἰ δὲ δή τις βούλοιτο ταῖς τῶν προκειμένων ἐννοίαις ἰσχνὸν ἐνιέναι τὸν νοῦν, καὶ καθ' ἕτερον αὐτὸ νοήσει

Digitized by Google

τρόπον. Ἔστι δὲ οὕτως. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ ἐδεδίεσαν A μὴ μικρῶς μὴ ἄρα πως Θεῷ προσκρούσειαν, διωθούμενοι μὲν τῆς ἐν νόμῳ πολιτείας τὴν ὁδόν· προσιέμενοι δὲ τοῦ Σωτῆρος τὸν λόγον ἀφιστάντος τῶν τύπων, καὶ παρ' οὐδὲν ἡγεῖσθαι προστάττοντος τὴν σκιάν. Καὶ γοῦν ἔφασκον περὶ αὐτοῦ· « Εἰ οὖν οὗτος ὁ ἄνθρωπος παρὰ Θεοῦ, οὐκ ἂν ἔλυε τὸ Σάββατον. » Ὅτι τοίνυν εἰ καὶ ἦσαν ἐξ Ἰουδαίων οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, παραιτεῖσθαι χρῆν αὐτοὺς τὸν τῶν ἀπειθούντων φόβον, δεδιότων, ὡς ἔφην, προσκροῦσαι τῷ νόμῳ, διά γε τοῦ ζῆν ἐλέσθαι μᾶλλον εὐαγγελικῶς, παρεγγυᾷ λέγων· Τὸν δὲ φόβον αὐτῶν οὐ μὴ φοβηθῆτε, οὐδ' οὐ μὴ ταραχθῆτε· ἁγιαζέσθω δὲ μᾶλλον, φησὶ, παρ' ὑμῶν ὁ τῆς δόξης Κύριος, τοῦτ' ἔστιν, ὁ Χριστὸς, καὶ τιμάσθω τῇ πίστει, καὶ φοβερὸς ἔστω παρ' ὑμῖν. Ἔσται γὰρ οὕτως ὑμῖν ἁγίασμα, καὶ οὐχ B ὡς λίθου προσκόμματι συναντήσετε αὐτῷ, οὐδὲ ὡς πέτρας πτώματι. Δύο τίθησιν ἐν αὐτῷ μεγάλα καὶ ἐξαίρετα. Πρῶτον μὲν γὰρ, ἁγιάσει, φησὶν, ὑμᾶς τοὺς πιστεύοντας, καὶ μετόχους ἀποφανεῖ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· κερδανεῖτε δὲ πρὸς τούτῳ, τὸ μήτε ὡς λίθῳ, μήτε μὴν ὡς πέτρᾳ σκανδάλου περιπεσεῖν. Ὃ δὴ καὶ πεπόνθασιν οἱ τάλανες Ἰουδαῖοι διὰ πολλὴν ἄγαν ἀμαθίαν λέγοντες· « Ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι Μωσῆ λελάληκεν ὁ Θεός· τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν. » Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οὔτε ἠγίασαν αὐτὸν, οὔτε μὴν ἤθελον ἐπ' αὐτῷ πεποιθέναι, μεμενήκασι μὲν ἁγιασμοῦ παντελῶς ἀμέτοχοι, προσπταίσαντες δὲ ὡς λίθῳ πεπτώκασι, καὶ ἐν παντὶ γεγόνασι κακῷ.

Ὁ δὲ οἶκος Ἰακὼβ ἐν παγίδι, καὶ ἐν κοιλάσματι C ἐγκαθήμενοι ἐν Ἱερουσαλὴμ· διὰ τοῦτο ἀδυνατήσουσιν ἐν αὐτοῖς πολλοὶ, καὶ πεσοῦνται καὶ συντριβήσονται, καὶ ἐγγιοῦσιν, καὶ ἁλώσονται ἄνθρωποι ἐν ἀσφαλείᾳ ὄντες. Τότε φανεροὶ ἔσονται οἱ σφραγιζόμενοι τὸν νόμον τοῦ μὴ μαθεῖν.

Ὁ σοφὸς ἔφη Παροιμιαστής· « Υἱὲ, μὴ ζηλούτω ἡ καρδία σου ἁμαρτωλοὺς, ἀλλ' ἐν φόβῳ Κυρίου ἴσθι ὅλην τὴν ἡμέραν. » Πρέποι γὰρ ἂν τούς γε ἀληθῶς ἀρτίφρονας, μὴ τῆς τῶν φαύλων σκαιότητος, ἀλλὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐπιεικείας γενέσθαι μιμητάς. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ τοῖς ἁγίοις συνεβούλευε μαθηταῖς, ἁγίασμα μὲν ποιεῖσθαι Χριστὸν, πεποιθέναι δὲ μᾶλλον ἐπ' αὐτῷ, καὶ τὰς τῶν διωκόντων ἀπονοίας ἡγεῖσθαι μηδὲν, προσεπήγαγεν ἀναγκαίως, ὅσα τε καὶ οἷα τοῖς ἀπειθεῖν ἠρημένοις συμβήσεται βλάβη. Ὁ γὰρ D οἶκος, φησὶ, τοῦ Ἰακὼβ, τοῦτ' ἔστιν, Ἰουδαῖοι, πλείστην τε ὀδυνηρὰ καὶ ἀκατάληκτον τὴν κατὰ Χριστοῦ νοσοῦντες ἀπόνοιαν, ἔσονται προσεοικότες τοῖς ἐν παγίδι γεγονόσιν, καὶ τεθηρευμένοις εἰς ὄλεθρον. Ἢ καὶ τοῖς ἐν κοιλάσμασι, τοῦτ' ἔστι, τοῖς εἰς βάθρον ὠλισθηκόσιν. Ταύτης τε ἕνεκα τῆς αἰτίας ἀδυνατήσουσιν ἐν αὐτοῖς πολλοὶ, καὶ πεσοῦνται, καὶ συντριβήσονται, καὶ ἐγγιοῦσιν, τοῦτ' ἔστιν, ἐγγὺς ἔσονται καὶ οὐ μακρὰν τοῦ κατασίνεσθαι πεφυκότος. Ἔσονται γὰρ ἀνίσχυες καὶ συντετριμμένοι, καὶ τοῖς πολεμοῦσιν ἁλώσιμοι. Καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ διὰ φωνῆς προφήτου περὶ αὐτῶν εἰρημένον ὑπὸ Θεοῦ. Ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦτον ἀσθένειαν· καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν αὐ-

metuebant, ne quo modo Deum offenderent, si legalis instituti viam repudiarent, et Servatoris sermonem, qui a figuris avocat et umbram nihili facere præcipit, reciperent. Etenim de illo dicebant : « Si hic homo a Deo esset, neutiquam violaret Sabbatum [60]. » Quoniam ergo ex Judæis cum essent divini discipuli, aversuri erant metum eorum qui non credebant, timentium in legem, ut dixi, impingere si evangelicam vitam legali præferrent, præcipit dicens : Timorem eorum ne timueritis, neque turbemini, sed potius sancte colatur a vobis gloriæ Dominus, id est Christus, et colatur fide, et apud vos sit terribilis. Erit enim ille vobis sanctificationi, nec ut lapidi offensionis occurretis ei, nec ut petræ ruinæ. Duo constituit in illo magna ac eximia. Primum etenim : Sanctificabit, inquit, vos qui creditis, et participes reddet vos divinæ suæ naturæ per sanctum Spiritum : atque hoc quoque lucri afferet, ut nec velut in lapidem, nec ut in petram offensionis incidatis. Quod miseris Judæis accidit propter singularem inscitiam, cum aiunt : « Nos scimus Mosi locutum esse Deum, hunc vero nescimus unde sit [61]. » Proin cum eum nec sancte colerent, nec ei credere vellent, sanctificationis omnino expertes exstiterunt, et prolapsi tanquam ad lapidem impegerunt, omnibusque in malis versati sunt.

C Vers. 15, 16. *Domus Jacob in laqueo, et in volutabro sedentes in Jerusalem : propterea infirmi erunt inter eos multi, et cadent, et conterentur, et appropinquabunt, et capientur homines in securitate existentes. Tunc manifesti erunt qui obsignantur legem ut non discant.*

Sapiens Parœmiastes dixit : « Fili, ne æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Domini esto toto die [62]. » Decet enim vere cordatos non improbitatis pessimorum, sed probitatis bonorum imitatores esse. Postquam itaque sanctis discipulis suasit ut colere Christum satagant sancte, imo ut in ipsum credant, et furorem **142** persequentium nihili æstiment, intulit porro necessario, quanta et qualia damna immorigeris accident. Domus enim, inquit, Jacob, id est, Judæi, maxima et perpetua contra Christum contumacia quasi morbo laborantes, similes erunt his qui laqueo tenentur, et capientur ad interitum, vel his qui sunt in volutabro, id est, qui præcipitantur in foveam. Hanc ob rem infirmi erunt inter eos multi, et cadent et conterentur, et appropinquabunt, id est, haud procul erunt a noxa. Erunt enim debiles et attriti, et a bellatoribus capti. Idque nimirum voce prophetæ de illis dictum est a Deo: Ecce ego do super populum hunc debilitatem, et debilitabuntur in illo patres et filii simul, et vicinus et proximus ejus peribunt, licet qui in Christo vocati sunt ad sanctificationem, non sic habeant. Robur enim et laus eorum Dominus, juxta id quod

[60] Joan. IX, 16. [61] Joan. IX, 29. [62] Prov. XXIII, 17.

Digitized by Google

scriptum est. Confirmabit autem divinus Paulus dicens : « Omnia possum in Christo qui corroborat me [63]. » Capientur ergo, inquit, qui non credunt, homines in securitate exsistentes. Quantum enim spectat ad supernum auxilium quod Israelitis semper adfuit, vix capi poterant aut expugnari ab inimicis, sive aspectabiles illi essent, sive inaspectabiles. Dixit enim alicubi Deus de Jerusalem : « Et ego ero illi, dicit Dominus, murus ignis circumquaque, et in gloriam ero in medio ejus [64]. » Cæterum ubi impegerunt, et in Christum temulentius deblaterarunt, omni munitione et defensione tam intelligibili, quam sensibili destituti desertique in mundo degunt. Ad alios enim, id est, ad gentes migravit Servatoris gratia. « Erunt quidem tunc, » inquit, « manifesti qui obsignantur legem ne discant. » Et hi quinam tandem sunt ? Qui in Christo videlicet et vocati et sanctificati per Spiritum, a quibus illud apte dici possit : « Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine [65]. » Imago quippe et similitudo et tanquam facies Dei et Patris est Filius. Lumen autem ab illo in nos missum, est Spiritus sanctus per quem obsignamur ad primam imaginem reformati per sanctificationem. Facti enim sumus ad imaginem et similitudinem Dei qui condidit. Evadent igitur in manifestationem, inquit, id est, insignes et Deo notissimi, et in **143** mundo conspicui, qui sancto Spiritu obsignati sunt, ut non discant legem. Nunquid igitur abstinebimus a lectione legis ? Atqui sic intelligere, quidni inscitum sit et absurdum, cum Deus dicat perspicue : « Propterea loquor vobis : Omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini diviti, qui depromit ex thesauro suo nova et vetera [66]. » Itaque scire quidem legem non recusamus : at cavendum tamen ne ita sciamus, ut et vivere cupiamus legaliter et Judaice. Non enim boves sacrificabimus, neque hostiis cruentis universorum Deum venerabimur, at spiritalem cultum illi potius offeremus in odorem suaveolentiæ. Sicuti enim, ait Servator, « Deus spiritus est, et qui adorant illum, in spiritu et veritate oportet adorare [67]. » Quod autem sancto Spiritu obsignatis ad novitatem vitæ, magnum sit dispendium, vel jam vivere et versari Judaice, scilicet secundum legis umbram, probabit beatus Paulus loquens his qui post fidem ad cultum umbratilem velut retro abeunt : « Exorsi spiritu, nunc carne consummamini [68] ? » Et rursus : « Dico autem vobis quod si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Abalienati igitur estis a Christo, quicunque in lege justificamini, gratia excidistis. Nos enim per fidem spem justitiæ exspectamus [69]. »

τοῖς πατέρες καὶ υἱοὶ ἅμα. Γείτων καὶ πλησίον αὐτοῦ ἀπολοῦνται· καίτοι τῶν ἐν Χριστῷ κεκλημένων εἰς ἁγιασμὸν οὐχ ὧδε ἐχόντων. Ἰσχὺς γὰρ αὐτῶν καὶ ὕμνησις ὁ Κύριος, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Καὶ πιστώσεται λέγων ὁ θεσπέσιος Παῦλος· « Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. » Ἀλώσονται τοίνυν οἱ ἀπιστοῦντες, φησὶν, ἄνθρωποι ἐν ἀσφαλείᾳ ὄντες. Ὅσον μὲν γὰρ ἦκεν εἰς τὴν ἄνωθεν ἐπικουρίαν τὴν ὑπάρξασαν ἀεὶ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ἀνάλωτοί τινες ἦσαν, καὶ δυσκαταμάχητοι τοῖς ἐχθροῖς, ὁρατοῖς τε καὶ ἀοράτοις. Ἔφη γάρ που Θεὸς περὶ τῆς Ἱερουσαλήμ· « Καὶ ἐγὼ ἔσομαι αὐτῇ, λέγει Κύριος, τεῖχος πυρὸς κυκλόθεν, καὶ εἰς δόξαν ἔσομαι ἐν μέσῳ αὐτῆς. » Ἐπειδὴ δὲ προσκεκρούκασιν ἐμπαροινοῦντες Χριστῷ, πάσης ἀσφαλείας ἔρημοι, νοητῆς τε καὶ αἰσθητῆς διατελοῦσιν ἐν κόσμῳ. Μεταπεφοίτηκε γὰρ εἰς ἑτέρους, τοῦτ' ἔστι, τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἡ τοῦ σώζοντος χάρις. « Ἔσονται δὲ τότε, φησὶν, φανεροὶ, οἱ σφραγιζόμενοι τὸν νόμον τοῦ μὴ μαθεῖν. » Καὶ τίνες ἂν εἶεν οὗτοι πάλιν; Οἱ ἐν Χριστῷ δηλονότι δεδικαιωμένοι τε καὶ ἡγιασμένοι διὰ τοῦ Πνεύματος· οἷς ἂν ἁρμόσειεν εἰπεῖν· « Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε. » Εἰκὼν μὲν γὰρ καὶ ὁμοίωσις καὶ οἱονεὶ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ Υἱός. Φῶς δὲ τὸ ἐξ αὐτοῦ πεμπόμενον εἰς ἡμᾶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δι' οὗ κατεσφραγίσμεθα πρὸς εἰκόνα τὴν πρώτην ἀναμορφούμενοι δι' ἁγιασμοῦ. Πεποιήμεθα γὰρ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τοῦ κτίσαντος Θεοῦ. Ἔσονται τοίνυν φανεροὶ, φησὶ, τοῦτ' ἔστιν, ἐπίσημοι καὶ Θεῷ γνωριμώτατοι, καὶ διαπρεπεῖς ἐν κόσμῳ· οἱ τῷ ἁγίῳ κατασφραγιζόμενοι Πνεύματι, τοῦ μὴ μαθεῖν τὸν νόμον. Ἆρ' οὖν ἀφεξόμεθα τῶν νομικῶν ἀναγνωσμάτων; Καίτοι πῶς οὐκ ἀμαθὲς τὸ ὧδε νοεῖν, Χριστοῦ λέγοντος ἐναργῶς· « Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ὁμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ πλουσίῳ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά. » Οὐκοῦν οὐ παραιτούμεθα μὲν τὸ εἰδέναι τὸν νόμον· τό γε μὴν οὕτως εἰδέναι, φευκτὸν, ὥστε καὶ ζῆν ἐλέσθαι νομικῶς, ἧγουν Ἰουδαϊκῶς. Οὐ γάρ τοι βοῦς ἱερεύσομεν, οὔτε μὴν ταῖς δι' αἱμάτων θυσίαις τιμήσομεν τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Πνευματικὴν δὲ μᾶλλον προσκομιοῦμεν αὐτῷ λατρείαν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. Ὡς γάρ φησιν ὁ Σωτήρ· « Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. » Ὅτε δὲ τοῖς τῷ ἁγίῳ Πνεύματι κατεσφραγισμένοις εἰς καινότητα ζωῆς, ζημία πολλὴ τὸ θέλειν ἔτι πολιτεύεσθαί τε καὶ ζῆν Ἰουδαϊκῶς, ἤτοι κατὰ τὴν τοῦ νόμου σκιὰν, πιστώσεται λέγων ὁ μακάριος Παῦλος τοῖς μετὰ τὴν πίστιν ἀνόπιν ὥσπερ ἰοῦσιν, εἰς σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε. » Καὶ πάλιν· « Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι Ἀπηλλοτριώθητε; ἀπὸ Χριστοῦ, οἵτινες ἐν νόμῳ λατρείαν τὴν ἐν σκιαῖς· « Ἐναρξάμενοι πνεύματι, νῦν ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει. βιοῦτε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε. Ἡμεῖς γὰρ διὰ πίστεως ἐλπίδα δικαιοσύνης ἀπεκδεχόμεθα. »

VERS. 17. *Et dicet : Exspectabo Deum qui avertit faciem suam a domo Jacob, et confidens ero super eum.*

Καὶ ἐρεῖ· Μενῶ τὸν Θεὸν ἀποστρέψαντα τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ οἴκου Ἰακὼβ, καὶ πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ.

[63] Philipp. IV, 13. [64] Zachar. II, 5. [65] Psal. IV, 7. [66] Matth. XIII, 52. [67] Joan. IV, 24. [68] Galat. III, 3 [69] Galat. V, 2, 4, 5.

Digitized by Google

Προεγνωκὼς ὁ προφήτης διὰ τῆς ἄνωθεν δι[illegible]χίας τὰ ἐσόμενα σαφῆ ποιεῖται τὴν προαγόρευσιν. Εἴρηται γὰρ μὲν ἐν ὑστέροις καιροῖς πρὸς τὸν μακάριον Δαβὶδ παρὰ τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ· « Ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος σου θήσομαι ἐπὶ τὸν θρόνον σου. » Ἐπειδὴ δὲ ἦν ὁ πάντα εἰδὼς τοῖς ἁγίοις προφήταις τὴν τῶν ἐσομένων πρόγνωσιν ἐντιθείς, προανιδεόδηται καὶ τοῦτο παρ' αὐτῶν, ἵνα παντα[illegible]χθεν μαρτυρῆται τὸ μυστήριον, καὶ πιστεύηται γεγονός. Ῥάβδον τοίνυν ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ ἐξελεύσεσθαί φησιν, ἀναβήσεσθαι δὲ καὶ ἄνθος, καὶ οὐ μετά γε τὸ ταραχθῆναι τοὺς ἐνδόξους μετὰ ἰσχύος, ταπεινωθῆναι δὲ καὶ τοὺς ὑψηλοὺς, καὶ σὺν αὐτοῖς πεσεῖσθαι τὸν Λίβανον, τότε τὴν ῥάβδον ἐκ τῆς Ἰεσσαὶ ῥίζης ἀναφυῆναί φησιν. Ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς πρώτοις κεφαλαιωδέστερον ἡ τοῦ παντὸς πράγματος ἐδηλοῦτο δύναμις. Τίνα γὰρ ἔμελλε συμβήσεσθαι τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ πεπαρῳνηκόσιν ἀνοσίως εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, ἐν βραχεῖ λόγῳ μεμαθήκαμεν· ἀναφοιτᾷ δὲ νῦν ἡ διήγησις ἐπ' αὐτὴν ὥσπερ τὴν ἀνωτάτω τοῦ πράγματος ἀρχὴν, φημὶ δὴ τὴν ἀνανθρώπησιν τοῦ Μονογενοῦς, καὶ τὴν οἰκονομικῶς ἐσομένην ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα γέννησιν. Ῥάβδον δὴ οὖν ὠνόμαζε τὸν ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ κατὰ σάρκα Χριστόν· καὶ μὴν πρὸς τούτῳ καὶ ἄνθος, καὶ διὰ μὲν τῆς ῥάβδου, κατά γε τὸ εἰκὸς, τὸ βασιλικὸν ἔχων ἀξίωμα πλαγίως ὑποσημαίνεται. Σύνθημα γὰρ βασιλείας ἡ ῥάβδος. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ πρὸς

Præscius rerum futurarum propheta, face e supernis accensa, claram prædictionem facit. Posterioribus enim temporibus dictum est ad beatum Davidem a præpotente Deo : « De fructu lumbi tui ponam super sedem tuam [34]. » Cum vero omnia sciret, futurorum perspicientiam sanctis prophetis inseruit : et hoc ab illis quoque ante proclamatum est, ut undecunque testatum fieret mysterium, et cum factum esset crederetur. Itaque virgam de radice Jessæ egressuram ait, floremque ascensurum. Non autem gloriosis in fortitudine conturbatis, elatis dejectis, Libanoque cum illis collapso, tum virgam dicit de stirpe Jessæ germinaturam : sed in superioribus totius negotii summa in genere demonstrabatur. Quæ namque eventura essent Israelitis, impie in Dominum nostrum Jesum Christum debacchatis, brevi sermone didicimus ; nunc autem narratio ad summum veluti rei principium regreditur, ad humanitatem inquam Unigenæ, et ad nativitatem secundum carnem, ex muliere ratione dispensationis futuram. Proinde virgam nominavit Christum de radice Jessæ juxta carnem, et præterea etiam florem : et per virgam, eum regiam dignitatem habere, oblique subindicari videtur. Nam tessera et signum regni virga. Hinc divinus David ipsi Filio dicit : « Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi, virga rectitudinis virga regni tui [35]. » Quin et aliter virga dici potest, quoniam habet omnia, et in recto statu

[34] Psal. CXXXI, 11. [35] Psal. XLIV, 7.

Digitized by Google

continet ac conservat, et quod infirmum est, facit consistere : sive humanam naturam, quæ tantum non conquassata est, et ærumnis et afflictionibus obruta, et quodammodo inebriata. Cantat igitur beatus David, communi omnium persona sibi imposita : « Virga tua, et baculus tuus, ipsa me consolata sunt [36]. » Confirmat enim justos Deus, quemadmodum scriptum est : et vocatus est voce prophetarum, baculus gloriosus, virga **192** magnificentiæ [37]. Virga etiam aliter, quia bonus pastor est, animam suam ponens pro ovibus [38]. Dictum est igitur ei a quopiam sanctorum prophetarum : « Pasce populum tuum in virga, tribum tuam, oves hæreditatis tuæ [39]. » Sin autem cuiquam videtur, quia judex est, et reddit singulis pro ratione operum suorum, idcirco eum et meritissimo nominari virgam, rite intelliget. Nam dictum est ei, Israele in illum debacchante, et impotenter ad inobedientiam prolapso : « Pasces eos in virga ferrea, et ut vasa figuli comminues eos [40]. » Sic nobis illum sapientissimi Moysis lex designat. Assumitur enim in typum Christi etiam virga Aaronis quæ floruit, et in Sancta sanctorum illata est. Efflorucrunt enim juglandes : quid autem causæ sit, et quæ umbrarum sententia, dicendum est. Quidam enim physiologiam rationesque naturales attingunt, et affirmant virgam ex juglandibus, si capiti alicujus apponatur, vigilantiam naturaliter efficere. Itaque cum Christus, sicuti dicit B. Paulus [41], gratia Dei pro omnibus mortem gustaturus esset, et paulisper veluti nictans tanquam ex somno excitatus esset iterum, et morte conculcata divinitus revixisset, hinc virgæ juglandium comparatur. Hac divina et intelligibili virga Moyses operatus est miracula, dum Israelem servitute Ægyptiaca eximit, ideoque eam virgam Dei nominavit. Erat quippe ei virga virtutis, sicut scriptum est [42]. Cum igitur propheta ænigmatice et tectius mysterium Christi subinnuens, e stirpe Jessæ virgam nobis exoriri dicit, tunc quidem, tunc animi oculis illum unigenitum Dei Sermonem, illum per quem omnia, et in quo sunt omnia, et incarnatum, et hominem factum, et ad voluntariam exinanitionem se demittentem, et propter nos nativitatem dispensationis suæ causa subeuntem, juxta carnem, inquam, et ex muliere contemplans, dicit cum propheta : « Domine, audivi D vocem tuam, et pertimui, cognovi opera tua, et obstupui. » Virga itaque propter causas quas modo commemoravimus, vocatus est. Flos vero rursum, quoniam hominis natura in illo ad incorruptionem et ad novitatem conversationis evangelicæ refloruit. Aliter etiam flos propter suavem fragrantiam sub intelligentiam cadentem appellatur. « Ego enim, inquit, flos campi, **193** lilium convallium [43]. » Erat sane et nobis veluti odor quidam cognitionis Dei et Patris. Nimirum divinus Paulus in epistola dicit : « Deo autem gratia, qui semper triumphat

A αὐτόν πού φησι τὸν Υἱόν· « Ὁ θρόνος σου ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα, ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. » Ῥάβδος δὲ καὶ ἑτέρως, ὡς ἂν ἔχων τὰ πάντα, καὶ εἰς τὸ εὖ εἶναι συνέχων, συνεστᾶναί τε ποιῶν τὸ ἠσθενηκὸς, ἥτοι τὴν ἀνθρώπου φύσιν, μονονουχὶ κατασειομένην, καὶ μεθύουσαν ὑπὸ παθῶν. Ψάλλει γοῦν ὁ μακάριος Δαβὶδ, τὸ κοινὸν ἁπάντων πρόσωπον ἑαυτῷ περιθεὶς, « Ἡ ῥάβδος σου, καὶ ἡ βακτηρία σου, αὗταί με παρεκάλεσαν. » Ὑποστηρίζει γὰρ τοὺς δικαίους ὁ Κύριος κατὰ τὸ γεγραμμένον· ὠνόμασται δὲ διὰ φωνῆς προφητῶν βακτηρία εὐκλεὴς, ῥάβδος μεγαλοσύνης· ῥάβδος δὲ καὶ ἑτέρως, ἐπείπερ ἐστὶ ποιμὴν ἀγαθὸς, τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ τιθεὶς ὑπὲρ τῶν προβάτων. Εἴρηται γοῦν πρὸς αὐτὸν δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Ποίμαινε λαόν σου ἐν ῥάβδῳ, B φυλὴν σου, πρόβατα κληρονομίας σου. » Εἰ δέ τῳ δοκεῖ, καὶ ἐπείπερ ἐστὶ κριτὴς, καὶ ἀποδιδοὺς ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ταύτῃ τοι, καὶ μάλα εἰκότως ὀνομάζεσθαι ῥάβδον, νοήσει καλῶς. Εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτὸν, ἐμπαροινήσαντός τε αὐτῷ τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἀκρατῶς ἀπονενευκότος εἰς ἀπείθειαν· « Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, καὶ ὡς σκεύη κεραμέως συντρίψεις αὐτούς. » Οὕτως ἡμῖν αὐτὸν καὶ ὁ τοῦ παντὸς Μωσέως κατασημαίνει νόμος· παραλαμβάνεται γὰρ εἰς τύπον Χριστοῦ καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα, καὶ εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἰσκεκομισμένη. Ἐξήνθησε γὰρ κάρυα, καὶ τί δὴ τὸ χρῆμα τῶν ἐν σκιαῖς ἐννοιῶν, εἰπεῖν ἀναγκαῖον. Ἅπτονται μὲν γὰρ φυσιολογίας τινὲς, καὶ δὴ C καί φησι τὴν καρυΐνην ῥάβδον, εἰ πρὸς τῇ κεφαλῇ κέοιτό τινων, ἀνυπνίας εἶναι φυσικῶς ἐμποιητικήν. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἔμελλεν ὁ Χριστὸς, χάριτι μὲν Θεοῦ, καθά φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, ὑπὲρ παντὸς γεύσασθαι θανάτου, βραχὺ δὲ ὥσπερ ἀπονυστάξας, καθάπερ ἐξ ὕπνου διεγερθῆναι πάλιν, ἀναβιῶναί τε θεοπρεπῶς, πεπατημένου θανάτου. Ταύτῃ τοι ῥάβδῳ καρυΐνῃ παρεικάζεται. Διὰ ταύτης τε τῆς θείας τε καὶ νοητῆς ῥάβδου τεθαυματούργηκεν ὁ Μωσῆς, τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δουλείας ἀπαλλάττων τὸν Ἰσραήλ. Ῥάβδον γοῦν αὐτὴν ὠνόμαζε Θεοῦ. Γέγονε γὰρ αὐτῷ ῥάβδος δυνάμεως, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ὅταν τοίνυν ὁ προφήτης αἰνιγματωδῶς τὸ Χριστοῦ μυστήριον ὑποφαίνων, ἐκ τῆς Ἰεσσαὶ ῥίζης τὴν ῥάβδον ἡμῖν ἀναφανῆναι λέγῃ, τότε δὴ, τότε τοῖς τῆς διανοίας D ὄμμασιν αὐτὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγου, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, σεσαρκωμένον τε καὶ ἐνανθρωπήσαντα θεωρῶν, καὶ εἰς ἑκούσιον ἑαυτὸν καθέντα κένωσιν, καὶ τὴν δι' ἡμᾶς οἰκονομικὴν ἀνατλάντα γέννησιν, φημὶ δὴ τὴν κατὰ σάρκα καὶ ἐκ γυναικὸς, ὁμοῦ τῷ προφήτῃ λέγει· « Κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην· κατενόησα τὰ ἔργα, καὶ ἐξέστην. » Ῥάβδος δὴ οὖν ὠνόμασται διάτοι τὰς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένας αἰτίας. Ἄνθος δὲ πάλιν· ἀνέθαλε γὰρ ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐν αὐτῷ πρὸς ἀφθαρσίαν, καὶ εἰς ζωὴν, καὶ εἰς καινότητα πολιτείας εὐαγγελικῆς· ἄνθος δὲ καὶ ἑτέρως, διὰ τὴν

[36] Psal. xxii, 4. [37] Jerem. xlviii, 17. [38] Joan. x, 15. [39] Mich. vii, 14. [40] Psal. ii, 9. [41] Hebr. ii, 10. [42] Psal. cix, 2. [43] Cant. ii, 1.

Digitized by Google

νητὴν εὐοσμίαν. « Ἐγὼ γάρ, » φησὶν, « ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων. » Γέγονε δὲ καὶ ἡμῖν ὀσμή τις ὥσπερ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐπιστέλλει, καί φησι· « Τῷ Θεῷ χάρις, τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ, ὅτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν, τῷ Θεῷ ἐν τοῖς σωζομένοις, καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις· οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον, οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν. » Ταύτῃ τῇ ῥάβδῳ φησὶν, ἤτοι τῷ ἄνθει τῷ ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ τεχθησομένῳ, κατὰ καιροὺς ἐπαναπαύσεσθαι Πνεῦμα Θεοῦ πολλὰς ἔχον τὰς ἐνεργείας. Πνεῦμα γὰρ αὐτὸ βουλῆς καὶ συνέσεως ὀνομάζει, γνώσεώς τε καὶ σοφίας, εὐσεβείας καὶ φόβου Θεοῦ. Φαμὲν δὲ, ὅτι τῆς προφητικῆς εὐτεχνίας τὸ κήρυγμα οὐκ ἄνθρωπον ἡμῖν ψιλὸν εἰσκομίζει τὸν Ἰησοῦν, εἶτα γεγονότα πνευματοφόρον, καὶ ὡς ἐν τάξει τῇ καθ' ἡμᾶς χαρισμάτων τῶν παρὰ Θεοῦ γεγονότα μέτοχον, ἐνανθρωπήσαντα δὲ μᾶλλον τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον καταδηλοῖ, πλήρη μὲν ὄντα παντὸς ἀγαθοῦ, τό γε ἧκον εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν, οἰκειουμένου δὲ μετὰ τῆς ἀνθρωπότητος καὶ τὰ αὐτῆς. Ἴδιον γὰρ ἀνθρωπότητος, τὸ οἰκοθεν μὲν ἔχειν, καὶ ὡς ἐξ ἰδίας φύσεως τῶν [redacted]θεν χαρισμάτων οὐδέν· « Τί γὰρ ἔχεις, ὃ οὐκ [redacted]; » εἴρηται πρὸς αὐτὴν, καταπλουτεῖν δὲ μᾶλλ[redacted]ωθέν τε καὶ ἐπακτῶς, παρὰ Θεοῦ δηλονότι, τὰ ὑπὲρ φύσιν ἴδιαν. Ἔδει τοίνυν καθέντα πρὸς κένωσιν ἑαυτὸν τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον, τὸ ἐκ τῆς κενώσεως μὴ παραιτεῖσθαι σμικροπρεπὲς, καὶ πλήρη κατὰ φύσιν ὄντα δέχεσθαι διὰ τὸ ἀνθρώπινον, οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλον, ἀλλ' ἡμῖν τοῖς ἐν ἐνδείᾳ παντὸς ἀγαθοῦ. Ὥστε κἂν εἰ λέγοιτό ποτε τὸ Πνεῦμα λαβεῖν, καίτοι χορηγὸς ὢν αὐτὸς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ οὐκ ἐκ μέτρου διδοὺς, ἀλλ' ὡς ἐξ ἰδίου πληρώματος διανέμων αὐτὸ τοῖς ἀξίοις, τῶν τῆς κενώσεως μέτρων νοείσθω τὸ λαβεῖν, κατευθὺ γὰρ οὕτω τῆς ἀληθείας ἥξομεν. Πλὴν ἐκεῖνο ἄθρει· « Ἀναπαύσεται γὰρ ἐπ' αὐτὸν, φησὶ, Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. » Δέδοται γὰρ ἐν ἀρχαῖς τῇ τοῦ γένους ἡμῶν ἀπαρχῇ, τουτέστι, τῷ Ἀδὰμ, ἀλλὰ γέγονε ῥᾴθυμος περὶ τὴν τήρησιν τῆς δοθείσης αὐτῷ ἐντολῆς, κατημέλησε τῶν προστεταγμένων, κατεδιδάσθη πρὸς ἁμαρτίαν, οὐχ εὗρεν ἀνάπαυσιν ἐν ἀνθρώποις τὸ πνεῦμα. « Πάντες γὰρ ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, οὐκ ἦν ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνός. » Εἶτα γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, καίτοι τὸ εἶναι Θεὸς οὐ μεθείς. Ἐπειδὴ δὲ καίτοι γεγονὼς καθ' ἡμᾶς, ἀνάλωτος ἦν ἁμαρτίαις, ἐπανεπαύσατο τῇ ἀνθρώπου φύσει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ἐν αὐτῷ καὶ πρώτῳ, καὶ ὡς ἐν ἀπαρχῇ τοῦ γένους δευτέρᾳ, ἵνα καὶ ἡμῖν ἐπαναπαύηται, καὶ μένῃ λοιπὸν ταῖς τῶν πιστευόντων διανοίαις ἐμφιλοχωροῦν. Οὕτω γάρ που καὶ ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης τεθεᾶσθαί φησιν ἐξ οὐρανοῦ καταφοιτῆσαν τὸ Πνεῦμα ἐπὶ Χριστόν. Ὥσπερ συγκληρονόμοι γεγόναμεν τῶν συμβεβηκότων τῷ πρωτοπλάστῳ κακῶν, οὕτως ἐσόμεθα μέτοχοι τῶν ὑπαρχθέντων οἰκονομικῶς τῇ

nos in Christo, et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo in iis qui salvi fiunt, et in iis qui pereunt; aliis quidem odor mortis in mortem, aliis vero odor vitæ in vitam [44]. » Idcirco in hac virga, seu in hoc germine ex stirpe Jessæ, suis temporibus acquieturum ait Spiritum Dei, multis virtutibus et viribus pollentem. Spiritum enim ipsum nominat consilii, et intelligentiæ, et cognitionis, et sapientiæ, et fortitudinis, et religionis, et timoris Dei [45]. Dicimus autem prophetam in hoc præconio suo artificium sic temperasse, ut non hominem merum nobis inducat Jesum, dein Spiritu afflatum, et quasi nostri ordinis ac conditionis esset, charismatum divinorum participem factum, sed potius Dei Verbum humanam naturam assumpsisse declarat, cumulatum bonis omnibus (quatenus ad ipsius naturam pertinent) ac etiam una cum humanitate quæ ad eam spectant, velut sua ac propria sibi vindicans. Proprium namque humanitatis est, ex se et ex propria quasi natura nihil supernorum donorum habere (dictum enim est ei : « Quid enim habes quod non accepisti? »), at exterius magis et aliunde adscititiis, nimirum a Deo, locupletari donis, quæ propriam naturam superant. Oportebat igitur unigenitum Dei Sermonem qui se exinanivit et demisit, illius exinanitionis humilitatem non recusare, sed propter humanitatem suscipere, non sua causa, sed nostra potius, qui omnium bonorum laboramus indigentia. Itaque licet interdum dicatur Spiritum accipere, cum sit tamen ipse subministrator sancti Spiritus, et non ex mensura det, sed veluti de propria plenitudine illud dignis impartiat, hoc pro mensura et modulo exinanitionis intelligatur accipere : sic enim recta ad verum perveniemus. Verum illud mihi specta : « Requiescet enim super ipsum, inquit, Spiritus Dei. » A principio enim datum est nostri generis primitiis, id est, Adamo, verum in observatione mandati, quod traditum erat piger et remissus, jussa posthabuit, ac demersus est in peccatum, nec invenit in hominibus requietem spiritus. « Omnes » etenim « declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non erat qui **194** faceret bonum, non erat usque ad unum [46]. » Post factus est homo unigenitum Dei Verbum, licet Deus esse non desineret : cumque similis nobis esset, irretitus tamen peccatis non est, Spiritusque sanctus in hominis natura insedit, velut in ipso primo et quasi in secundis primitiis generis, ut et in nobis deinceps conquiesceret ac maneret, et in credentium mentibus cum voluptate habitaret. Sic enim et divinus Joannes vidisse ait se descendentem de cœlo Spiritum in Christum. Ut enim consortes eramus, et hæredes malorum quæ protoplasto primumque condito homini acciderunt : sic etiam eorum quæ per dispensationem exstiterunt secundis nostri generis primitiis, id est, Christo, erimus participes. Quod autem

[44] II Cor. II, 14, 16. [45] Isa. XI, 2. [46] Rom. III, 12.

Digitized by Google

non particularem aliquam ei gratiam addiderit, quemadmodum in sanctis conquiescere dicitur Spiritus, sed quod plenitudo deitatis in sacrosancta carne velut in suo templo commorata fuerit, et non in experte animi, sed potius animato anima intelligenti, planum faciet propheta, dicens : « Complebit eum spiritus timoris Domini. » Uni autem Spiritui multiplicem tribuit efficacitatem : nec enim alius est Spiritus sapientiæ, alius intelligentiæ, vel consilii, et fortitudinis, ac reliquorum : at quemadmodum unus est ex Deo Patre Sermo, energia autem et efficientia nominatur multifariam (vita namque est, et lux, et virtus) : sic etiam in sancto Spiritu intelliges : unus nimirum cum sit, intelligitur multipliciter, et sic etiam operatur. Quippe Paulus sapientissimus ubi diversorum charismatum species nobis enumeravit : « Hæc omnia, inquit, operatur unus et idem Spiritus, dividit singulis prout vult [67]. »

A

B

Vers. 4, 5. *Non secundum gloriam judicabit, neque juxta sermonem arguet, sed judicabit humili judicium, et arguet humiles terræ, et percutiet terram verbo oris sui, et spiritu per labia necabit impium. Et erit justitia cinctus lumbum suum, et veritate involutus costas.*

Emmanuelem suo tempore nasciturum cum optime prædixisset, adducit porro peropportune ex quibus rebus posset inclarescere, a virtute scilicet quæ ipsi inest divina, operumque splendore. Oportebat enim, oportebat, inquam, eos, qui prædictiones propheticas habent, diligenter ante persuadere his qui fidem in eum amplexuri erant, **195** quis et qualis sit, et in quibus præclare sit venturus. Quemadmodum enim si quis nostrum aliquem hominibus, qui eum non norunt monstraturus, ex his quæ novit verbis depingit, et de eo prædicat, non esse capillitio denso, sed mediocriter tenui et raro, et gratioso esse oculo, et subridenti obtutu, et mire gracili ac subtili naso, cæterasque corporis partes persequitur : pari, credo, ratione etiam beatus propheta, quoniam ei de Verbo humanitatem propter nos assumente sermo est, ideo signa divinæ præstantiæ et excellentiæ enumerat, deque eo dicit : « Non secundum gloriam judicabit, neque ex sermone arguet. » Digna res Deo summæque naturæ consentanea. Etenim non in gloriam hominum intueri, sed rectum, et immotum in re quaque, et omnino irreprehensibile exercere judicium, nonne omnium rerum reginam naturam decet? Non enim novit personam respicere, nec divitiis vel elegantia cultus, vel auctoritate decoratum quemque honore aut æstimatione ille dignatur, alios spoliare volentem, sed operarium iniquitatis condemnat prorsus et detestandum reddit. Non arguet autem ex sermone, quemadmodum debeat intelligi, disserere necesse est. Plerique enim nostrum qui laudare volunt,

C

D

[67] I Cor. xii, 11.

δευτέρᾳ τοῦ γένους ἡμῶν ἀπαρχῇ, τουτέστι Χριστῷ. Ὅτι δὲ οὐ μερικὴν αὐτῷ τὴν χάριν εἰργάζετο, καθάπερ ἐν τοῖς ἁγίοις τὸ ἐπαναπαύεσθαι λεγόμενον Πνεῦμα, ἀλλ' ἦν πλήρωμα τῆς θεότητος, τὸ ὡς ἐν ἰδίῳ ναῷ τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ καταλύον, καὶ οὐκ ἀψύχῳ παθὲν, ἐψυχωμένην δὲ μᾶλλον ψυχῇ νοερᾷ, σαφηνιεῖ λέγων ὁ προφήτης· « Ἐμπλήσει αὐτὸν πνεῦμα φόβου Θεοῦ. » Ἐνὶ δὲ τῷ Πνεύματι πολυειδῆ δέδωκε τὴν ἐνέργειαν. Οὐ γάρ τοι Πνεῦμα μὲν ἄλλο τῆς σοφίας, ἕτερον δὲ τὸ συνέσεως, ἤτοι βουλῆς, καὶ ἰσχύος, καὶ τῶν λοιπῶν, ἀλλ' ὥσπερ εἷς μέν ἐστιν ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, ὀνομάζεται δὲ καὶ ἐνέργεια πολυτρόπως· ζωὴ γάρ ἐστι, καὶ φῶς, καὶ δύναμις· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἁγίου συνήσεις Πνεύματος· ἓν γὰρ ὑπάρχων νοεῖται πολυειδῶς, ἐνεργεῖ δὲ καὶ οὕτως. Καὶ γοῦν ὁ σοφώτατος Παῦλος διαφόρων ἡμῖν χαρισμάτων ἰδέας ἀπαριθμούμενος· « Ταῦτα πάντα, » φησὶν, « ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιρεῖ ἑκάστῳ ἰδίᾳ, καθὼς βούλεται. »

Οὐ κατὰ τὴν δόξαν κρινεῖ, οὐδὲ κατὰ τὴν λαλιὰν ἐξελέγξει, ἀλλὰ κρινεῖ ταπεινῷ κρίσιν, καὶ ἐλέγξει τοὺς ταπεινοὺς τῆς γῆς, καὶ πατάξει γῆν τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἐν πνεύματι διὰ χειλέων ἀνελεῖ ἀσεβῆ. Καὶ ἔσται δικαιοσύνη ἐζωσμένος τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ ἀληθείᾳ εἰλημένος τὰς πλευράς.

Ὅτι τεχθήσεται κατὰ καιροὺς ὁ Ἐμμανουὴλ εὖ μάλα προειρηκὼς, προσεπάγει χρησίμως, καὶ τὰ δι' ὧν ἂν εἴη γνώριμος ὡς ἀπό γε τῆς ἐνούσης αὐτῷ θεοπρεποῦς ἀρετῆς, καὶ τῆς ἐν ἔργοις λαμπρότητος. Ἔδει γὰρ, ἔδει προαναπείθειν ἀκριβῶς προφητικὴν ἔχοντας προαγόρευσιν, τοὺς οἵ γε τὴν ἐπ' αὐτὸν ἐμέλλον παραδέχεσθαι πίστιν, τίς δέ γε, καὶ ποῖος, καὶ διὰ ποίων ἥξει κατορθωμάτων. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς, τοῖς οὐκ εἰδόσιν αὐτὸν κατασημαίνειν βεβουλημένος, ἐξ ὧν οἶδεν ὄντα λόγῳ ζωγραφεῖ, λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ, ὡς εἴη μὲν τὴν κόμην οὐ βαθὺς, συμμέτρως δὲ ψιλὸς, καὶ χαροπὸν μὲν ὅτι τὸ ὄμμα αὐτῷ, καὶ ὑπογελῶσαν ἔχον τὴν βολὴν, ἰσχνὸς δὲ τὴν ῥῖνα, καὶ τὰ ἕτερα δὲ τοῦ σώματος διεξίοι μέρη, τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον καὶ ὁ μακάριος προφήτης, ἐπείπερ ἐστὶν ὁ λόγος αὐτοῦ περὶ τοῦ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντος Λόγου, ταύτῃ τοι τὰ τῆς θεοπρεποῦς ὑπεροχῆς καὶ μέντοι ἐξουσίας ἀπαριθμεῖται σημεῖα, καὶ δὴ καί φησι περὶ αὐτοῦ· « Οὐ κατὰ τὴν δόξαν κρινεῖ, οὐδὲ κατὰ τὴν λαλιὰν ἐλέγξει. » Θεοπρεπὲς τὸ χρῆμα, ἐοικός τε φύσει τῇ ἀνωτάτω. Τὸ γὰρ μήτε εἰς δόξαν τὴν ἐν ἀνθρώποις ὁρᾷν, ὀρθήν τε καὶ ἀδιάστροφον τὴν ἐφ' ἑκάστῳ ποιεῖσθαι κρίσιν καὶ ἀμώμητον παντελῶς, πῶς οὐκ ἂν πρέποι τῇ τῶν ὅλων βασιλίδι φύσει; Οὐ γὰρ οἶδεν ὁρᾷν εἰς πρόσωπον, οὔτε μὴν τὸν ταῖς ἐκ πλούτων περιβολαῖς, οὔτε μὴν ἀξιώμασιν ἐξωραϊσμένον ἀξιοῖ τιμῆς ἢ λόγου, πλεονεκτεῖν ἐθέλοντά τινας, κατακρίνει δὲ πάντως, καὶ ἐπάρατον ἀποφαίνει τὸν τῆς ἀνομίας ἐργάτην. Οὐκ ἐλέγξει δὲ κατὰ τὴν λαλιάν· καὶ τίνα τρόπον χρὴ ἐννοεῖσθαι, καὶ

Digitized by Google

τοῦτο διειπεῖν ἀναγκαῖον. Πλεῖστοι μὲν γὰρ ὅσοι τῶν καθ' ἡμᾶς τοὺς ἐπαινεῖν ἐθέλοντας ἀξιοῦσι τιμῆς, καὶ εἰ μή τινες εἶεν ἀγαθοὶ τοὺς τρόπους, μισθὸν δὲ ὥσπερ τῆς κολακείας αὐτοῖς ἀπονέμουσι τὸ καὶ θεραπεύειν ἔσθ' ὅτε, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοὺς ἐλέγχους συστέλλουσιν. Ἀλλ' οὐ τοῦτο δεδρακότα κατίδοι τις ἂν τὸν Κύριον καὶ Θεὸν ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Τοιγάρτοι καὶ τοὺς χρηστοεπεῖν ἠρημένους, οὐ μὴν ἔτι καὶ ἀγαθοὺς ὄντας κατὰ ἀλήθειαν, ἀποτόμοις ἐλέγχοις μεθίστη πολλάκις ἐπί γε τὸ βιοῦν ἐλέσθαι σωφρονέστερον. Προσῆσαν μὲν γάρ ποτε τῶν καλουμένων Ἡρωδιανῶν τινες, πράκτορες δὲ οὗτοι τελωνῶν, εἶτα δόλον αὐτῷ πικρὸν ἀρτίοντες, ἔφασκον· « Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ διδάσκεις, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός. Οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων. Ἔξεστι δοῦναι φόρους Καίσαρι, ἢ οὔ; Αὐτὸς δὲ πρὸς ταῦτα, Τί με πειράζετε, ὑποκριταί; ἐπιδείξατέ μοι τὸ νόμισμα τοῦ κήνσου. » Ἄθρει δὴ οὖν ὅπως διελέγχει κολακεύοντας, καὶ χρηστολογοῦντας ἀποσείεται. Διήλεγξε δὲ, καὶ οὐ κατά γε την λαλιάν αὐτῶν· οἱ μὲν γὰρ προσεδόκων ἐπαινεθήσεσθαι, τάχα που κατειρωνευόμενοι μὲν, πλὴν εὐφυᾶ καὶ στωμυλεστάτην ἐπιτηδεύοντες τὴν κομψολογίαν, ὁ δὲ ἀδοκήτως πειράζοντας καὶ ὑποκριτὰς ἐκ[illegible]. Οὐκοῦν οὐ κατὰ τὴν δόξαν κρινεῖ, τουτέστιν, οὐ [illegible]ωπολήπτης ἔσται δικαστής, οὔτε μὴν ἐλέγξει κατὰ τὴν λαλιάν. Οὐ γὰρ ἀνέξεται, φησὶ, τῶν ἀνόσια μὲν φρονεῖν ἠρημένων, προσωπεῖον δὲ ὥσπερ ἀπάτης καὶ δόλου περιτιθέντων ἑαυτοῖς τὴν κομψολογίαν. Τοῦτό τοί φησιν ἐναργῶς· « Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Καὶ πάλιν· « Πολλοί ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, τῇ τῆς κρίσεως δηλονότι· Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν, καὶ δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; Ἀλλὰ τότε, φησὶν, ἐρῶ αὐτοῖς· Ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς. » Τί δὲ δὴ ἄρα πρὸς τούτοις ὁ ἀπροσωπόληπτος ἐργάζεται δικαστής; Κρινεῖ ταπεινῷ κρίσιν, τουτέστιν, οὐ περιόψεταί τινα τῶν ταπεινῶν, ἀλλ' ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον ἐπ' αὐτῷ τὴν κρίσιν ἐξοίσει. Ἐξελέγξει δὲ ὁμοίως τοὺς ταπεινοὺς τῆς γῆς· ὥσπερ γὰρ οὐ τὸ τοῦ πλουσίου πλεονεκτεῖν ἐθέλοντος ἐρυθριάσει πρόσωπον, ἀλλὰ δικαίαν ἐπὶ τῷ ταπεινῷ ποιήσεται κρίσιν· οὕτω κἂν εἴ τις, φησὶ, τῶν ἐν ὑφέσει καὶ σμικροπρεπείᾳ τῇ κατὰ τὸν βίον, ἔξω τῶν θείων φέροιτο νόμων, καὶ τοῖς τῆς ἀδικίας ἐγκλήμασιν ἑαυτὸν ἀνιεὶς ἁλίσκοιτο, φησὶν, ἐλεγχθήσεται καὶ οὗτος. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Πένητα οὐκ ἐλεήσεις ἐν κρίσει. » Ὥσπερ γὰρ τὸν ἐν πλούτῳ, καὶ ὑπεροχῇ, καὶ μέντοι καὶ δυναστείαις οὐκ ἀπαλλάξει τῶν αἰτιαμάτων τὸ περιφανὲς, εἰ ἐπί τισι τῶν ἐκτόπων καταγινώσκοιτο, οὕτως οὐκ ἐλευθερώσει τοῦ εἶναι πονηρὸν τὸ ἐν ὑφέσει καὶ ταπεινότητι σμικροπρεπὲς, οὔτε μὴν ἀπαλλάξει τοῦ κολάζεσθαι δεῖν τὸν τῇ πτωχείᾳ κατηχθισμένον, καὶ τὸν ἀπευκτὸν καὶ τρισάθλιον ἀμείβοντα βίον. Ποοσεπ-

honorem impertiunt licet minus bonis moribus præditis, eisque mercedem velut adulationis tribuunt, ut interdum etiam colant eos et observent, ac reprehensiones supprimunt. Verum Dominum ac Deum nostrum Jesum Christum hoc facilitare nemo viderit. Qui enim blande volunt loqui, neque vere boni sunt, hos acerbissimis reprehensionibus convertit sæpe, ut vitam velint instituere moderatius. Accesserunt enim aliquando quidam Herodiani, ut vocantur : erant autem hi publicanorum exactores : ac dolo in illum egregie instructo dicebant : « Magister, scimus te viam Dei in veritate docere et non esse tibi curam de aliquo; non enim respicis personam hominum : licetne censum dare Cæsari, annon? Quibus ille : Quid me tentatis, hypocritæ? ostendite mihi numisma census [48]. » Observa igitur quo pacto redarguat palpantes, et blandientes repellat. Coarguit autem, idque non ex sermone ipsorum : **196** nam hi sperabant se laudatum iri, cum cavillarentur quidem, sed ingenuum et blandum orationis leporem adhibentes, hic autem eos tentatores et hypocritas de improviso nominavit. Itaque non judicabit ex opinione, id est, non acceptator erit personarum judex, neque redarguet ex sermone : Non enim, inquit, adhærebit his qui impie affecti sunt, quique leporem orationis tanquam fraudulentiæ ac versutiæ personam sibi assumunt. Quod diserte dicit : « Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei qui est in cœlis [49]. » Et rursus : « Multi dicent mihi illo die, » judicii nimirum, « Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et virtutes multas præstitimus? Sed tunc, inquit, dicam illis : Amen dico vobis : nunquam novi vos [50]. » Quid porro agit judex hic a personarum acceptatione alienus? Judicabit humili judicium, id est, non despiciet quemquam humilem, at rectum et inculpatum de eo judicium proferet. Similiter etiam arguet humiles terræ : quemadmodum enim personam divitis, rapere ac spoliare volentis, non verebitur, sed justum de humili exercebit judicium : ita, inquit, si quis eorum qui in tenui fortuna et angustiis rerum ad vitam necessariarum constitutus est, extra leges divinas evagetur, et injustitiæ crimine convictus ac constrictus teneatur, etiam is coarguetur. Scriptum enim est : « Pauperem non misereberis in judicio [51]. » Quemadmodum etenim divitiis, et dignitate, et principatu auctum ornatumque claritas et amplitudo criminibus non absolvet, si reus peractus sit fœdorum scelerum : sic abjectæ fortunæ et humilis hominem parvitas hæc a malo non vindicabit, nec a supplicio prohibebit defendetve eum qui mendicitate gravatur et opprimitur, et qui sordidam ac ter miseram vitam transmittit. Adjungit præterea his et alia quædam divinæ excellentiæ genera, quæ dicit in omnium

[48] Matth. xxii, 16-21. [49] Matth. vii, 21. [50] Ibid. xxii, 23. [51] Exod. xxiii, 3.

Digitized by Google

Servatore Christo esse, quia non nudus et simplex homo nostræ conditionis fuerit, sed, uti dixi, Verbum Dei unigenitum incarnatum, et humanæ naturæ particeps. Quid ergo efficiet? inquit. Percutiet terram verbo oris sui. Et quam **197** terram? Maxime quam exsecratus est. Est quidem hoc verum, imo de omni terra verissimum. Maledixit enim universæ terræ, seu hominis naturæ in Adamo, inquiens: « Terra es, et in terram ibis [52]. » Maledixit nihilominus impio mundo, quem aqua oppressit. Maledixit etiam adhæc Judææ, cum incolæ ejus temulente in illum deblaterarent. Dixit enim: « Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas, et ad te missos lapidas, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluistis? Ecce relinquitur vobis domus vestra [53-54]. » In illo enim, relinquitur domus vestra, derelictionis in ea factæ calamitas explicatur. Derelicta vero ab eo, bello, igne et adversariorum manibus consumpta est. Est item illud aliud signum et complementum summæ potestatis: Spiritu labiorum auferet impium. Increpavit enim immundos spiritus, et quantum humanam naturam attingit, vox personuit ex ore et labiis, vique spiritus inexplicabili dæmoniorum multitudo fracta est. Erunt autem, ait, et justitia cincti lumbi ejus, et veritate involuta latera. Perinde enim est, ac si quis dicat, Potestatem et auctoritatem in rebus mundanis habet omnino nullam, ac gloriam verius divinam, et quasi succinctus est justitia et veritate. Zona autem signum est principatus, et cum dicat, ei involuta latera, nihil aliud est quam si declaret, tanquam balteum quempiam circumpositurum sibi justitiam, et præterea veritatem. Verisimile est autem, eum justitiam et veritatem appellare novam et evangelicam prædicationem, quemadmodum dictum est ei psallentis voce: « Justitia tua, justitia in omnem æternitatem, et lex tua veritas [55]. » Justitiæ enim magistra erat et lex, sed non mansit in æternum, meliore et perfectiore introducta, scilicet quæ per Christum lata est. Rursus lex non erat veritas, sed typus potius et umbra. Christus autem et ejus leges pure et simpliciter erant veritas. Siquidem dixit: « Ego sum veritas [56]. »

A ἀγει δὲ τούτοις καὶ ἕτερά τινα τῶν ὅτι μάλιστα θεοπρεπεστάτων ἀξιωμάτων, ἃ καὶ προσεῖναί φησι τῷ πάντων Σωτῆρι Χριστῷ, ὅτι μὴ ψιλὸς ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἦν, ὡς ἔφην, σαρκωθεὶς καὶ ἐνανθρωπήσας ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος. Τί τοίνυν ἐργάσεται; φησίν. Πατάξει γῆν τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Καὶ ποίαν ἄρα γῆν; Μάλιστα μὲν ἣν ἂν καταράσαιτο. Ἀληθὲς δ' ἂν εἴη καὶ ἐπὶ πάσης τὸ εἰρημένον. Κατηράσατο γὰρ σύμπασαν γῆν, ἤτοι τὴν ἀνθρώπου φύσιν, εἰπὼν ἐν Ἀδάμ· « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. » Κατηράσατο γὰρ οὐδὲν ἧττον κόσμον ἀσεβῶν ὕδατι καταπνίξας. Κατηράσατο δὲ πρὸς τούτοις τὴν Ἰουδαίαν, ἐμπαροινησάντων αὐτῷ τῶν οἰκούντων αὐτήν. Ἔφη γάρ· « Ἱερουσαλήμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα B τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν· ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις ἐπισυνάγει τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν. » Ἐν γὰρ τῷ, ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν, τὸ τῆς ἐγκαταλείψεως τῆς ἐπ' αὐτῇ γενομένης διαφαίνεται πάθος. Ἐγκαταλειφθεῖσα δὲ παρ' αὐτοῦ δεδαπάνηται καὶ πολέμῳ καὶ πυρὶ, καὶ ταῖς τῶν ἀνῃρηκότων χερσίν. Ἕτερον δὲ πρὸς τούτῳ σημεῖον, καὶ τῆς ἀνωτάτω δυνάμε[illegible]τοτέλεσμα, τὸ ἐν πνεύματι διὰ χειλέων ἀνελεῖν ἀ[illegible]. Ἐπεπίμα γὰρ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ ὅτον μὲν ἦκεν εἷς γε τὸ ἀνθρώπινον, ἡ διὰ στόματος καὶ χειλέων ἀπεκτυπεῖτο φωνὴ, τῇ δὲ ἀῤῥήτῳ δυνάμει τοῦ πνεύματος ἡ τῶν C δαιμονίων πληθὺς συνεθραύετο. Ἔσται δὲ, φησὶ, καὶ δικαιοσύνη ἐζωσμένος τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ ἀληθείᾳ εἰλημένος τὰς πλευράς. Ὅμοιον γὰρ ὡς εἰ λέγοι, Δύναμις αὐτῷ, καὶ ἀξίωμα τῶν μὲν ἐν κόσμῳ τὸ σύμπαν οὐδὲν, δόξα δὲ μᾶλλον ἡ θεοπρεπὴς, καὶ οἷον ἐζῶσθαι δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ. Ζώνη δὲ σημεῖον ἀρχῆς, καὶ τὸ εἰλῆσθαι λέγειν αὐτὸν τὰς πλευράς, ἕτερον οὐδὲν εἴη ἂν ἢ αὐτὸ δὴ τοῦτο κατασημαίνοντος, ὅτι καθάπερ τινὰ ζωστῆρα περικείσεται τὴν δικαιοσύνην, καὶ πρὸς αὐτῇ τὴν ἀλήθειαν. Εἰκὸς δὲ δὴ ὅτι καὶ δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν τὸ νέον τε καὶ εὐαγγελικὸν ἀπεκάλεσε κήρυγμα, κατά τε τὸ διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς πρὸς αὐτὸν εἰρημένον· « Ἡ δικαιοσύνη σου δικαιοσύνη εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ὁ νόμος σου ἀλήθεια. » Δικαιοσύνης μὲν γὰρ διδάσκαλος καὶ ὁ νόμος ἦν, ἀλλ' οὐ μεμένηκεν εἰς τὸν αἰῶνα, τῆς κρείττονος καὶ τελεωτέρας εἰσκεκομισμένης, δῆλον δὲ ὅτι τῆς διὰ Χριστοῦ. Ἦν δὲ καὶ ὁ πάλαι νόμος οὐκ ἀλήθεια μᾶλλον, ἀλλὰ τύπος καὶ σκιά· Χριστὸς δὲ καὶ τὰ αὐτοῦ καθαρῶς ἡ ἀλήθεια. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. »

198 VERS. 6-9. *Et simul pascetur lupus cum agno, et pardus accubabit hædo, et vitulus, et taurus, et leo simul pascentur, et puer parvulus aget eos: et bos, et ursus compascentur, et simul catuli eorum erunt; et leo, et bos simul vescentur paleis. Et puer parvulus in foramen aspidum, et in cubile fœtuum aspidum manum immittet, nec lædent, neque poterunt quemquam perdere in monte sancto meo, quia impleta est universa terra cognitione Domini, quasi aqua multa cooperiat mare.*

D *Καὶ συμβοσκηθήσεται λύκος μετὰ ἀρνὸς, καὶ πάρδαλις συναναπαύσεται ἐρίφῳ, καὶ μοσχάριον, καὶ ταῦρος, καὶ λέων ἅμα βοσκηθήσονται, καὶ παιδίον μικρὸν ἄξει αὐτούς. Καὶ βοῦς καὶ ἄρκος ἅμα βοσκηθήσονται, καὶ ἅμα τὰ παιδία αὐτῶν ἔσονται· καὶ λέων καὶ βοῦς ἅμα φάγονται ἄχυρα, καὶ παιδίον νήπιον ἐπὶ τρώγλην ἀσπίδων καὶ ἐπὶ κοίτην ἐγγόνων ἀσπίδων τὴν χεῖρα ἐπιβαλεῖ· καὶ οὐ μὴ κακοποιήσωσιν, οὐδ' οὐ μὴ δύνωνται ἀπολέσαι οὐδένα ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου· ὅτι ἐνεπλήσθη ἡ σύμπασα τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ καλύψαι θάλασσαν.*

[52] Gen. III, 19. [53-55] Matth. XXIII, 37, 38. [55] Psal. CXVIII, 142. [56] Joan. XIV, 6.

Digitized by Google

Πρὸς τοῖς ἤδη προειρημένοις, μέγα καὶ ἐξαίρετον καὶ τοῦτο σημεῖον, καὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας οὐκ ἀθαύμαστον ἀποτέλεσμα δοίη τις ἂν εἶναι, καὶ μάλα εἰκότως. Πρὶν μὲν γὰρ γενέσθαι καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον· πρὶν ἐπιλαβέσθαι σπέρματος Ἀβραὰμ, ὁμοιωθῆναί τε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς, καθὰ γέγραπται, σύμπαν τὸ ἐπὶ γῆς γένος, φημὶ δὴ τὸ ἀνθρώπινον, εἰς ἔθνη διῄρητο δύο, εἴς τε τῶν Ἰουδαίων, καὶ τῶν τῇ κτίσει λελατρευκότων παρὰ τὸν κτίσαντα. Καὶ γνωστὸς μὲν ἦν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ Θεός· πολὺς δὲ καὶ ἄπλετος εἰδώλων ἐσμὸς παρὰ τῶν ἑτέρων ἐθρησκεύετο· καὶ τὸ ἑκάστῳ δοκοῦν τῇ τοῦ Θεοῦ δόξῃ τετίμητο· « Πάντες γὰρ ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνός. » Ἀλλ' Ἰουδαῖοι μὲν διὰ τῆς τοῦ νόμου παιδαγωγίας, οἱονεί πως ἐξημερούμενοι καὶ τοῖς τῆς δικαιοσύνης τρόποις τιθασσευόμενοι, βίον τετιμήκασιν ἀνθρωποπρεπῆ· οἵ γε μὴν ἕτεροι, τοῦτ' ἔστιν, οἱ τοῖς ἀψύχοις εἰδώλοις λατρεύοντες, τὸν ἰθυντῆρα νόμον οὐκ ἔχοντες δεινοί τε ἦσαν τὰς γνώμας, ἄγριοί τε καὶ ἁρπακτικοὶ ἕτοιμοι πρὸς πλεονεξίας, ὁρμητίαι πρὸς ἡδονὰς καὶ τὰς ἄγαν ἐκτόπους, καὶ πρὸς πᾶν τῶν αἰσχίστων ὁτιοῦν προαλέστατοι· ὧν ὁ μέν τις ἦν λύκῳ προσεοικώς, ὁ δὲ παρδάλεσι παραπλήσιος, διά τε τὸ πλείστας ὅσαις καὶ πολυειδέσι καθῶν διαφοραῖς μονουχὶ κατεστίχθαι τὰς φρένας· ὁ δὲ ἐπί τοι τὴν γνώμην ἄσχετος ἦν, τὴν καθ' ὧν ἔλοιτο πλεονεξίαν ἀμογητὶ κτορθῶν, τοῖς λέουσιν εἰκασμένος διετέλει κατὰ τὸν βίον. Ἀλλὰ τοῖς οὕτως ἀγρίοις ἤθεσί τε καὶ τρόποις ἐντεθραμμένοι, Χριστοῦ μεταπλάττοντος εἰς ἡμερωτάτην τε καὶ ἁγίαν ζωὴν, κατέληξαν μὲν τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ὠμότητος· τετιμήκασι δὲ καὶ αὐτοὶ τὸν ἀνθρώποις πρέποντα βίον τὸν ἐν πραότητι δηλονότι. Πεπιστεύκασι γὰρ λέγοντι τῷ Χριστῷ· « Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. » Ὁμοῦ τοιγαροῦν τῇ πίστει κεχερδήκασι καὶ τῆς ἀρχαίας ὠμότητος τὴν ἀπεμπολὴν, καὶ τὸ εἶναι χρηστοί τε καὶ πρᾶοι, καὶ τὸ τοῖς ἁγίοις ἀναμὶξ πολιτεύεσθαι. Κεχρηματίκασι γὰρ καὶ αὐτοὶ συμπολῖται τῶν ἁγίων καὶ οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ· τοῦτο οἶμαι πολυτρόπως ἡμῖν τὸν προφητικὸν ἐν τούτοις ὑπαινίττεσθαι λόγον. Συμβοσκηθήσεται γὰρ, φησὶ, λύκος μετὰ ἀρνὸς, καὶ πάρδαλις συναναπαύσεται ἐρίφῳ, τοῦτ' ἔστι, διὰ Χριστοῦ συναφθήσονται τὰ ἄγρια τοῖς ἡμέροις, τὰ κατ' οὐδένα τρόπον ἱερὰ τοῖς ἱεροῖς καὶ ἁγίοις. Ὅσον γὰρ ἦκεν εἰς τὸ πεπαιδεῦσθαι νόμῳ τὸν Ἰσραὴλ καὶ τοὺς τῆς ἐπιεικείας εἰδέναι τρόπους, ἥμερός τε καὶ πρᾶος ἦν, ὁμοῦ τε καὶ ἱερὸς, καὶ οἷον προβάτῳ καὶ αἰγὶ παραπλήσιος· ἱερὰ δὲ ἄμφω καὶ καθαρὰ τὰ ζῶα, καὶ πρός γε τούτῳ τὸ τιθασσὸν παρ' αὐτῆς λαχόντα τῆς φύσεως. Λύκος δὲ καὶ πάρδαλις, καὶ μέντοι καὶ λέων, ἄγριά τε φυσικῶς, ἀσύμβατά τε τοῖς ἄλλοις· ἀλλ' ἐν Χριστῷ καὶ τοῦτο κατώρθωται. Συνηνέχθησαν γὰρ ἀλλήλοις, Ἰουδαῖοί τε καὶ Ἕλληνες, κοινὴν ὥσπερ ποιούμενοι

A Ad ea quæ jam prius commemorata sunt, addere poteris et illud magnum et eximium signum, et mirificum Servatoris nostri adventus effectum : idque valde merito. Priusquam enim homo fieret similis nobis unigenitum Dei Verbum, priusquam se Abrahami semini insereret, et per omnia fratribus similis esset, quemadmodum scriptum est, universum genus in terra, humanum dico, in duas gentes divisum est, tum in Judæorum, tum eorum qui creaturam supra Creatorem coluerunt. Notus autem erat in Judæa Deus, copiosumque et ingens idolorum agmen ab aliis adorabatur, Deique majestati pro cujusque arbitratu honor tribuebatur. « Omnes enim declinarunt, simul inutiles facti sunt, nec erat, qui faceret bonitatem, non erat usque ad unum [87]. » Sed B Judæi legis pædagogia velut mansuefacti, et justitiæ moribus cicurati, vitam coluerunt hominibus dignam : illi vero alii, id est, qui inanimis simulacris servierunt, rectricem legem non habentes, mente sæva præditi exstiterunt, et agrestes, et rapaces, avaritiæ addicti, impetuosi, et proni ad voluptates, easque turpissimas, et ad omnia fœdissima præcipites, quorum alius lupo assimilis erat, alius pardis vicinus et conformis, propterea quod mentem plurimis et variis perturbationibus, et affectibus notatam haberet : alius vero animo impotens et effrenis rapacitate facile persequens, in vita leonibus assimilis exstitit. Verum hi adeo efferatis et moribus et motibus innutriti, Christo eos ad mansuetissimam ac **199** sanctam vitam transformante, crudelitate sua relicta et C rejecta, vitam hominibus convenientem, nimirum quæ cum mansuetudine conjuncta esset, excoluerunt. Crediderunt enim Christo dicenti : « Tollite jugum meum super vos, et discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris [88]. » Itaque una cum fide lucrifecerunt et veteris immanitatis abolitionem, et ut boni essent, et ut una cum sanctis versarentur. Nuncupati sunt enim concives sanctorum, et domestici Dei. Hoc nobis arbitror propheticum sermonem hisce verbis varie subnotare. Compascet enim, inquit, lupus cum agno, et pardus accubabit hædo, id est, contigua erunt et conjuncta per Christum sæva cum mansuetis, et quæ nullo modo sacra, cum sa- D cris et sanctis. Nam Israel quatenus lege institutus esset, et probitatem morum cognitam perspectamque haberet, placidus erat, et mitis simul et sanctus, et quasi ovi et capræ consimilis : ambo siquidem sacra sunt et munda animalia, et præterea ab ipsa natura ad mansuetudinem efficta. Lupus autem, pardus et leo, immania sunt naturaliter, nec inter se congregabilia : at in Christo hoc quoque perfectum est. Consociati sunt enim inter se mutuo Judæi et Græci, communem veluti capientes cibum, evangelicam et apostolicam scilicet prædicationem, et uni pastori omnium principi subditi qui pascere novit, sicut dicit propheta, in pascuis bonis, et in loco

[87] Psal. xiii, 3. [88] Matth. xi, 29.

Digitized by Google

præpingui. Sed vitulus, inquit, et taurus, et leo simul pascentur. Videtur autem vitulum appellare novitium et recentem credentium populum, in Christo scilicet puerascentem : taurum autem fortassis Israelem, velut veteranum. Cum enim tener sit vitulus, taurus prior est et maturior tempore. Vel per vitulum designat eum qui cognitione et virtute eminet. Quale est quod dicitur : Pusillos cum magnis, et seniores cum juvenibus benedicendos, juxta vocem psallentis. Novit vero et sapientissimus Joannes mentis et animi ætatem talem. Scribit igitur et patribus, et parvulis, et præterea **200** adolescentibus, comparans, arbitror, mensuram cujusque mentis, et notitiæ et divinæ cognitionis corporum ætatibus. Pascentur itaque, inquit, simul et uno in loco, vitulus, et taurus, et leo. Tum commode vitulo et tauro leonem adjungit, ut rursus ænigmatice et obscure subintelligas fide justificatos, et sceptro Christi omnium nostrum Servatoris subjectos, non ex solis esse mundis et sanctis, nempe ex placidis et mitibus, id est, ex lege mansuefactis, sed etiam ex agrestibus, videlicet ex gentibus, conglutinante et ad concordiam animorum componente eos nostrum omnium Servatore Christo, et bonum inde etiam in filios filiorum, id est, ex ipsis natos transmittente. Nam huc etiam propagatur a nobis pax Christi, et consensionis animorum, et fidei bonum. Istuc enim, puto, ostendit cum adjicit : Simul catuli eorum erunt, et leo, et bos simul vescentur paleis, inquit. Observa quod dicit non mite in alimentum feris usitatum, sed in mitis nutritionem ferum demigrare. Carnivora quippe plane sunt ursus et leo : bos autem et vitulus, et hædus non ita, sed herbas carpunt ejusmodi animantia. Atqui a consuetis ac solitis, inquit, silvestria recedent, et potius ad cibaria mansuetorum transibunt, et illa vescentur palea. Typus autem doctrinæ possit esse hæc pastio. Est igitur intelligendum, ante fidem in Christum gentes improbos habuisse præceptores, pecuinam illis tradentes doctrinam, et porro suadentes, corruptissima et perditissima consectari. At ubi ad agnitionem Dei, qui vere Deus est, vocati sunt, tum simul a pristino errore et doctrinis in quibus enutriti et educati sunt, desciverunt, floridum et deliciis affluentem pastum evangelicarum institutionum simul cum Israelitis sectantes. Cæterum, inquit, etiam puer parvulus ducet eos, id est, magistris subjicientur puerorum formatoribus non acerba mente vitiisque dedita præditis, sed potius simplicibus, et in malitia infantibus, animoque sapientibus, quales omnino sunt Christiani, divinum habentes thesaurum **201** in testaceis vasculis, et corde perversitate ac improbitate libero præditi, ac nuper natis puerulis nulla in re inferiores. Tales enim ipse Servator dignos esse ait regno cœlorum : « Sinite enim, inquit, pueros, et ne prohibete illos venire ad me, talium est enim regnum cœlorum [59]. » Quod autem, licet innocentissimi

[59] Matth. xix, 14.

A τροφὴν, τὸ εὐαγγελικόν τε καὶ ἀποστολικὸν δηλονότι κήρυγμα, καὶ ὑφ' ἑνὶ γεγονότες τῷ πάντων ἀρχιποιμένει, τῷ κατανέμειν εἰδότι, καθά φησιν ὁ προφήτης, ἐν νομῇ ἀγαθῇ, καὶ ἐν τόπῳ πίονι. Ἀλλὰ καὶ μοσχάριον, φησὶ, καὶ ταῦρος καὶ λέων ἅμα βοσκηθήσονται. Ἔοικε δὲ μοσχάριον ἀποκαλεῖν, τὸν ἀρτιφυᾶ καὶ νέον τῶν πιστευσάντων λαόν, τοῦτ' ἔστι, τὸν ἐν Χριστῷ νηπιάζοντα· ταῦρον δὲ τάχα που τὸν Ἰσραὴλ ὡς πρεσβυγενῆ. Νεογνοῦ γὰρ μόσχου πρωτερεύει ταῦρος κατὰ τὸν χρόνον. Ἥγουν διὰ μόσχου καταδηλοῖ τὸν ὡς ἐν γνώσει τε καὶ κατὰ ἀρετὴν ὑπερκείμενον. Ὁστοῖόν ἐστι τὸ εὐλογηθήσεσθαι λέγειν παρὰ Κυρίου τοὺς σμικροὺς μετὰ τῶν μεγάλων, καὶ πρεσβύτας μετὰ τῶν νεωτέρων, κατὰ τὴν τοῦ ψάλλοντος φωνήν. Οἶδεν δὲ καὶ ὁ σοφώτατος Ἰωάννης νοῦ καὶ ψυ-
B χῆς ἡλικίαν τοιαύτην. Γράφει γοῦν καὶ πατράσι καὶ παιδίοις, καὶ πρός γε τούτῳ καὶ νεανίσκοις, τὸ, οἶμαι, τῆς ἑκάστου διανοίας τὸ μέτρον, ἤτοι συνέσεως καὶ θεογνωσίας, ταῖς τῶν σωμάτων ἡλικίαις ἀφομοιῶν. Βοσκηθήσονται τοίνυν, φησὶν, ἅμα καὶ κατὰ ταὐτὸν, μοσχάριον καὶ ταῦρος, καὶ λέων. Ἀναπλέκει δὲ πάλιν χρησίμως μοσχαρίῳ τε καὶ ταύρῳ τὸν λέοντα, ἵνα πάλιν αἰνιγματωδῶς ἐννοῇς τοὺς ἐν πίστει δεδικαιωμένους, καὶ ὑπὸ σκῆπτρα γεγονότας τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ οὐκ ἐκ μόνων εἶναι καθαρῶν τε καὶ ἱερῶν ἡγουν ἐξ ἡμέρων τε καὶ πράων, τοῦτ' ἔστι, τῶν διὰ τοῦ νόμου τετιθασσευμένων, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐκ τῶν ἀγρίων, δῆλον δὲ ὅτι τῶν ἐθνῶν, συνείροντος εἰς ὁμοψυχίαν αὐτοὺς τοῦ πάντων ἡμῶν
C Σωτῆρος Χριστοῦ, παραπέμποντός τε τὸ ἐντεῦθεν ἀγαθὸν καὶ εἰς παίδων παῖδας, ἤτοι τοὺς ἐξ αὐτῶν. Ἐκτείνεται γὰρ εἰς δεῦρο καὶ παρ' ἡμῖν ἡ εἰρήνη Χριστοῦ, καὶ τὸ ἐκ τῆς ὁμοψυχίας τε ὁμοῦ καὶ ὁμοπιστίας ἀγαθόν. Τοῦτο γὰρ, οἶμαι, δηλοῖ προστιθεὶς, ὅτι ἅμα τὰ παιδία αὐτῶν ἔσονται, καὶ λέων καὶ βοῦς ἅμα φάγονται ἄχυρα, φησίν. Ἐπιτήρησον ὅτι οὐ τὸ ἥμερον εἰς τὴν τοῖς ἀγρίοις κατειθισμένην μεταφοίτησιν ἔφη τροφὴν, ἀλλ' εἰς τὴν τοῦ ἡμέρου τὸ ἄγριον· σαρκοβόρα μὲν γὰρ ὁμολογουμένως ἄρκτος καὶ λέων, βοῦς δὲ καὶ μόσχος, ἤγουν ἔριφος οὐκέτι· ποηφαγῆ δὲ μᾶλλον τὰ τοιάδε τῶν ζώων. Ἀλλὰ τῶν ἐν ἕθει, φησὶν, τὸ ἄγριον ἀποστήσεται. Μεταχωρήσει δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὴν τῶν ἡμέρων τροφὴν, ἀχυροφαγήσει γὰρ καὶ αὐτά. Καὶ τύπος ἂν εἴη διδαγμάτων ἡ
D τροφή. Ἔστι τοίνυν ἐννοεῖν, ὅτι πρὸ μὲν τῆς πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν τὰ ἔθνη πονηροὺς μὲν ἐσχήκασι διδασκάλους, θηριοπρεπὲς αὐτοῖς παρατιθέντας τὸ μάθημα, καὶ τὰ φθορᾶς τε καὶ ἀπωλείας ἔργα τιμᾷν ἀναπείθοντας. Ἐπειδὴ δὲ κέκληνται πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ κατ' ἀλήθειαν ὄντος Θεοῦ, ὁμοῦ τῇ ἀρχαίᾳ πλάνῃ καὶ τῶν συντρόφων αὐτοῖς ἀπηλλάττοντο μαθημάτων, τὴν εὐανθῆ τε καὶ εὐδιάθρυπτον τῶν εὐαγγελικῶν παιδευμάτων ὁμοῦ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τιμῶντες τροφήν. Ἀλλὰ καὶ παιδίον, φησὶ, μικρὸν ἄξει αὐτοὺς, τοῦτ' ἔστιν, ὑπὸ διδασκάλοις ἔσονται παιδαγωγοῖς οὐ πικρόν τε καὶ φιλοκάλουργον ἔχουσι νοῦν, ἁπλοῖς δὲ μᾶλλον καὶ νηπιάζουσι μὲν ἐν κακίᾳ, σοφοῖς δὲ τὰς φρένας. Τοιοῦτοι δὲ πάντες οἱ ἐν Χριστῷ τὸν θεῖον

Digitized by Google

ἔχοντες θησαυρὸν ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, καὶ δυστροπίας μὲν καὶ φαυλότητος ἐλευθέραν ἔχοντες τὴν καρδίαν, ἀρτιγενῶν τε παιδίων κατ' οὐδὲν ἀποδέοντες. Τοὺς γὰρ τοιούτους καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἀξίους εἶναί φησι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· « Ἄφετε » γὰρ, φησὶ, « τὰ παιδία, καὶ μὴ κωλύετε αὐτὰ ἔρχεσθαι πρὸς μέ· τῶν γὰρ τούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ πλείστην ἔχοιεν τὴν ἀκακίαν εἰς νοῦν, ἀχείρωτοί τε καὶ ἄληπτοι, καὶ ἁπάντων ἔσονται δεινάτων ἀμείνους, ὑπεμφαίνει λέγων· « Καὶ παιδίον νήπιον ἐπὶ τρώγλην ἀσπίδων, καὶ ἐπὶ κοίτην ἐγγόνων ἀσπίδων τὴν χεῖρα ἐπιβαλεῖ, καὶ οὐ μὴ κακοποιήσωσιν, οὐδ' οὐ μὴ δύνωνται ἀπολέσαι οὐδένα ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου. » Τρώγλας δὲ οἶμαι καὶ κοίτας ἀσπίδων, ἢ τὰ πονηρὰ τῶν δαιμονίων ὀνομάζει στίφη, ἤγουν τὰς τῶν ἀνοσίων αἱρετικῶν οἷον οἰκίας τε καὶ καταδύσεις· ἵνα μὴ λέγωμεν ἐκκλησίας· αἷς τὴν χεῖρα πλειστάκις ἐπιφέροντες οἱ ἐν Χριστῷ νηπιάζοντες περιγίνονται ῥᾳδίως, κατ' οὐδένα τρόπον ἀδικούμενοι· Χριστὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐπαμύνων αὐτοῖς, καὶ τῆς ἐκείνων σκαιότητος ἀφανίζων τὰ δήγματα, ἄπρακτόν τε τὸν ἰὸν ἀποφαίνων. Οὐ γὰρ μὴ δύνωνται, φησὶν, ἀπολέσαι τινὰ ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου. Ἅγιον δὲ ὄρος φησὶ τὴν Ἐκκλησίαν, διὰ τὸ ὑψοῦ τεθεῖσθαι τό γε ἦκον εἰς δόξαν, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ δογμάτων τὸ ἐπηρμένον. Χθαμαλὸν γὰρ οὐδὲν ἐν ἡμῖν. Οὐ γὰρ ἴσως τῇ κτίσει τῷ Κτίστῃ τὸ σέβας ἀνάπτειν ἠθίσμεθα παρὰ τὸν Κτίστην καὶ Ποιητήν· οὔτε μὴν τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν Θεὸν Λόγον τῆς αὐτῷ πρεπούσης καταβιβάζομεν δόξης, συναριθμοῦντες αὐτὸν τοῖς κτίσμασιν. Ἐμπεπλῆσθαί τέ φησι τὴν σύμπασαν τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, οὕτω τε εἶναι πλήρη τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας, καθάπερ ἁμέλει καὶ ἡ πλατεῖά τε καὶ εὐρύχωρος θάλασσα μεστὴ τῶν ἰδίων ὑδάτων ἐστίν. Ἴδοι δ' ἄν τις καὶ τοῦτο ἀληθές. Ποῦ γὰρ ὅλως ἢ παρὰ τίσιν οὐκ ὀνομάζεται Χριστός; ἢ ποῖον ἀνθρώπων γένος οὐχ ὑπτέπτωκεν; Κάμψει γὰρ αὐτῷ πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται αὐτῷ κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός.

A forent et simplicissima mente, inexpugnabiles, indeprehensibiles, omnibusque terroribus superiores futuri sunt, subindicat dicens : « Et puer parvulus in foramina aspidum, et in cubile fœtuum aspidum manum immittet, nec lædent, neque poterunt quemquam perdere in monte sancto meo. » Foramina autem et cubilia aspidum, credo, dicit malas dæmoniorum turmas, vel impiorum hæreticorum lustra ac latibula, ecclesias enim dicere non lubet, in quas sæpenumero manus immittentes, qui in Christo infantes sunt, facile superant nihil prorsus læsi. Christus siquidem eos vindicat, et sinistræ illorum perversitatis morsus reprimit, virusque inefficax efficit. Nec enim poterunt, inquit, perdere quemquam in monte sancto meo. Sanctum montem dicit B Ecclesiam, propterea quod in alto gloriæ fastigio collocata sit, et propter dogmatum in ea sublimitatem. Humile enim nihil est in nobis. Non etenim creaturæ supra Creatorem venerationem deferre solemus, nec omnium opificem Deum Verbum de gloria debita deturbamus, nec eum creaturis annumeramus. Repletam dein ait universam terram cognitione Domini, tanta religione erga eum plenam, quantis scilicet aquis spatiosum et laxum mare operitur. Quod verum esse a quovis perspici potest et intelligi. Ubi enim et apud quos Christus non nominatur? Et quod genus hominum illi non paret? Flectet etenim se illi omne genu, et omnis lingua illi confitebitur, quemadmodum scriptum est : Quia Dominus Jesus Christus in gloria Dei Patris [66].

Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἐλπιοῦσιν, καὶ ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή.

C Vers. 10. *Et erit in die illa radix Jessæ, et qui consurgit, ut sit princeps gentium, in ipso gentes sperabunt, erit requies ejus honor.*

Ἀναλάμπει κατὰ βραχὺ τῶν ἀμυδρῶς εἰρημένων ἡ θεωρία, καὶ ἅπερ ἔφη δι' αἰνιγμάτων, ταῦτα τοῖς φιλακροάμοσιν εὖ μάλα διατρανοῖ. Τίνα γὰρ τρόπον βοσκηθήσεται μὲν ὁ λύκος μετὰ ἀρνὸς, συναναπαύσεται δὲ ἐρίφῳ πάρδαλις, καὶ μοσχάριον, καὶ βοῦς, καὶ λέων ἅμα φάγονται ἄχυρα, πότε δὲ ὅλως ἔσται ταυτὶ, καὶ τίνες οἱ ποτὲ μὲν ὠμοὶ καὶ ἀπηνεῖς, ἐσόμενοι δὲ μετὰ τοῦτο τιθασσοί τε καὶ πρᾶοι, ἔσονται δὲ ὅπως ἀναμὶξ τοῖς ἡμέροις τε καὶ ἱεροῖς ὑφ' ἑνὶ τῷ πάντων ἀρχιποιμένι νεμηθησόμενοι, καταλευκαίνει λέγων· Καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί. Ἔσται δὲ τί καὶ ἐπὶ τίσιν; Ὥστε κατάρξαι, φησὶ, τῶν ἐθνῶν, γενέσθαι δὲ καὶ εἰς ἐλπίδα τοῖς οὐκ ἔχουσιν ἐλπίδα, αὐτοῖς δὲ δηλονότι τοῖς ἔθνεσιν, οἷς καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος ἐπιστέλλει λέγων· « Διὸ μνημονεύετε ὑμεῖς τὰ ἔθνη, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης ἐν σαρκὶ περιτομῆς χειροποιήτου, ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τοῦ

Elucet paulatim eorum quæ obscure dicta sunt intelligentia, et quæ per ænigmata dixit, hic attentis auditoribus optime explanat. Nam quomodo compascet lupus cum agno, **202** et pardus hædo accubabit, et vitulus, et bos, et leo simul vescentur paleis, quando vere hæc omnino fient, et quinam olim crudeles, deinceps evadent cicures et mites, et quo pacto placidis et sanctis permiscebuntur, sub uno summo omnium pastore pascentes, candide et aperte declarat, cum ait : Et erit radix Jessæ. At quid erit et in quibus? Ut princeps sit, D inquit, gentium, et ut spes sit spem non habentibus, ipsis videlicet gentibus, quibus sapientissimus Paulus scribit dicens : « Propter quod memores estote vos gentes, qui dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne, manufacta : quod eratis in tempore illo sine Christo, alienati ab Israel, et hospites testamentorum, promissionis

[66] Philipp. II, 10, 11.

Digitized by Google

spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Jesu vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi [61]. » Verum etsi erant spei expertes, et Deum non habentes in mundo (procubuerunt enim operibus suarum manuum), tamen vocati sunt per fidem ad agnitionem Christi, et ei subjecti sunt, et Deum habuerunt naturalem et verum, et spei sanctorum erant consortes. Erit autem, inquit, requies ejus honor. Dupliciter intelliges quod dicitur. Si quis enim mallet requietem hic Christi mortem in carne significare, quam propter nos sustinuit volens, non tanquam mortem sustinens (vita enim erat natura), sed velut quiescere carnem faciens ad tempus : hoc illi aliud nihil erat quam honor. Glorificatus est enim omnium Salvator et Dominus noster Jesus Christus, cum necem pro mundo subiisset, et pro omnium vita voluntariam mortem esset perpessus. Affatus nimirum est Patrem cœlestem ad pretiosissimam crucem profecturus : « Pater, glorifica tuum Filium, ut et Filius tuus glorificet te [62] ; » et rursus : « Nunc glorificatus est Filius hominis, et Deus glorificatus est in eo [63]. » Quatenus enim ad crucifigentium dementiam et impios et crudeles conatus attinebat, labem illi et ignominiam aspersit passio ; putabant enim forte invitum eum esse passum. At ubi revixit, spoliato inferno, et morte se superiorem hac re ostendens, honori ei et gloriæ hujus rei eventum fuisse comperiemus. Erit itaque, inquit, hoc modo requies ei, honor. Si vero quis **203** aliter his commentationibus adjicere velit, sic dictorum sensum accipiet : Non enim in solam spem erit gentibus Servator, sed manifestabitur etiam stato temporum curriculo, sive resurget, non ut imperet solum illis, sed etiam requietem quæ gloriæ ipsis et honori sit, donabit. Hospitium enim gratum illi est sanctorum mens, et commoratur cum dignis, et conquiescit cum animabus sacris ipsum colentium. Quod qui consecuti sunt, his honori est et gloriæ. Quid enim cum hac nobilitate et gloria conferendum est, Deum habere diversantem et in corde habitantem ? Erit itaque, modo velimus, etiam hac ratione in nobis requies ejus honor : « Si enim quis, inquit, audiet sermonem meum, diliget eum Pater meus, et ad eum veniemus, et in eo manebimus [64]. »

Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν, τῆς ἐπαγγελίας ἐλπίδα μὴ ἔχοντες καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ. Νυνὶ δὲ οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν, ἐγενήθητε ἐγγὺς ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. » Ἀλλ' εἰ καὶ ἦσαν ἐλπίδος δίχα, καὶ Θεὸν οὐκ ἔχοντα κατὰ τὸν κόσμον· προσκεκυνήκασι γὰρ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν· ἀλλ' οὖν κεκλημένα διὰ τῆς πίστεως εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὑπ' αὐτῷ τέθεινται, καὶ Θεὸν ἐσχήκασι τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς, καὶ τῆς τῶν ἁγίων ἐλπίδος γεγόνασι κοινωνοί. Ἔσται δὲ, φησὶν, ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. Διχῇ νοήσεις τὸ εἰρημένον. Εἰ μὲν γάρ τις ἔλοιτο τὴν ἀνάπαυσιν ἐν τούτοις ὑποδηλοῦν τὸν ἐν σαρκὶ θάνατον τοῦ Χριστοῦ, ὃν δι' ἡμᾶς ὑπέμεινεν ἑκὼν, οὐχ ὡς θάνατον ὑπομένων, ζωὴ γὰρ ἦν κατὰ φύσιν, ἀλλ' οἷον ἠρεμῆσαι βραχὺ τὴν σάρκα ποιῶν· τιμὴ τὸ χρῆμα, καὶ ἕτερον οὐδέν. Δεδόξασται γὰρ ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, τὴν ὑπέρ γε τοῦ κόσμου σφαγὴν ὑπομείνας, καὶ ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ζωῆς ἐθελοντὴς ἀνατλὰς τὸν θάνατον. Καὶ γοῦν ἔφασκε πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς Πατέρα, μέλλων ἐπὶ τὸν τίμιον ἰέναι σταυρόν· « Πάτερ, δόξασόν σου τὸν Υἱόν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε. » Καὶ πάλιν· « Νῦν ἐδοξάσθη ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ. » Ὅσον μὲν γὰρ ἦκεν εἰς τὴν τῶν σταυρωσάντων ἀπόνοιαν, καὶ τὸ ἀνόσιόν τε καὶ ἀπαχθὲς ἐγχείρημα, μῶμος ἦν αὐτῷ καὶ ἀδοξία τὸ πάθος. Ἔφοντο γὰρ ἴσως καὶ οὐχ ἑκόντα παθεῖν. Ἐπειδὴ δὲ ἀνεβίω σκυλεύσας τὸν ᾅδην, καὶ ὅτι θανάτου κρείττων ἐστὶν δι' αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἀποφήνας, εἰς τιμὴν αὐτῷ καὶ δόξαν ἐκτελευτῶσαν εὑρήσομεν τὴν τοῦ πράγματος ἔκβασιν. Ἔσται τοίνυν, φησὶ, κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. Εἰ δὲ δὴ καὶ ἑτέρως τοῖς θεωρήμασι προσβαλεῖν βούλοιτό τις, ἐκδέξεται τοιῶσδε τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν. Οὐ γὰρ εἰς ἐλπίδα μόνην ἔσται τοῖς ἔθνεσιν ὁ Χριστὸς, ἀναδειχθήσεται δὲ κατὰ καιροὺς, ἤγουν ἀναστήσεται οὐ πρὸς τὸ κατάρξαι μόνον αὐτῶν, ἀλλὰ γὰρ εἰς τιμὴν καὶ δόξαν αὐτοῖς χαριεῖται τὴν ἐν αὐτοῖς ἀνάπαυσιν. Ἐνδιαίτημα μὲν γὰρ αὐτῷ φίλον τῶν ἁγίων ὁ νοῦς, ἐναυλίζεται δὲ τοῖς ἀξίοις, καὶ ἀναπαύεται ψυχαῖς ἱεραῖς τῶν σεβομένων αὐτὸν, καὶ τοῖς λαβοῦσι τὸ χρῆμα τιμή τέ ἐστι καὶ δόξα. Τί γὰρ ἂν γένοιτο ἰσοστατοῦν εἰς εὐκλείας λόγον τοῦ Θεὸν ἔχειν ἐνηυλισμένον καὶ ἐνοικοῦντα καρδίαις ; Ἔσται τοίνυν καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἡ ἐν ἡμῖν ἀνάπαυσις αὐτοῦ τοῖς ἅπαξ ἐθέλουσι τιμή· « Ἐὰν γάρ τις ἀκούσῃ, » φησὶ, « τῶν λόγων μου, ἀγαπήσει αὐτὸν ὁ Πατήρ μου, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ ἐν αὐτῷ καταλύσομεν. »

Vers. 11. *Et erit die illa, perget Dominus ostendere manum suam, ad æmulandum residuum populi, quod relictum fuerit ab Assyriis, et ab Ægypto, et Babylonia, et Æthiopia, et ab ortu solis, et ab Arabia.*

Καὶ ἔσται ἐν ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, προσθήσει Κύριος τοῦ δεῖξαι τὴν χεῖρα αὐτοῦ, τοῦ ζηλῶσαι τὸ καταλειφθὲν ὑπόλοιπον τοῦ λαοῦ, ὃ ἐὰν καταλειφθῇ ἀπὸ τῶν Ἀσσυρίων, καὶ ἀπὸ Αἰγύπτου, καὶ Βαβυλωνίας καὶ Αἰθιοπίας, καὶ ἀπὸ Ἐλαμιτῶν, καὶ ἀπὸ ἡλίου ἀνατολῶν, καὶ ἐξ Ἀραβίας.

Diem itaque nominat propheta hic tempus quo Christi adventus fuit, et dispensatione cum carne

Ἡμέραν μὲν οὖν ὁ προφήτης ἐν τούτοις τὸν καιρὸν ὀνομάζει, καθ' ὃν ἡ Χριστοῦ γέγονε παρουσία, καὶ

[61] Ephes. II, 11, 12. [62] Joan. XVII, 1. [63] Joan. XIII, 31. [64] Joan. XIV, 23.

Digitized by Google

τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ Μονογενοῦς ἀνεδείχθη τὸ μυστήριον. Τότε δὴ οὖν, τότε, φησὶ, καταδείξει Κύριος τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα, τοῦτ' ἔστι, δυναστείας ἐπίδειξις ἔσται πολλή· καὶ τοῦτο οὐ μάτην, ἀλλ' ὑπὲρ « τοῦ ζηλῶσαι τὸ καταλειφθὲν ὑπόλοιπον τοῦ λαοῦ, ὃ ἂν καταλειφθῇ ἀπὸ τῶν Ἀσσυρίων, » φησὶ, καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐθνῶν. Δεῖ δὲ, οἶμαι, τὴν τῶν εἰρημένων δύναμιν κατευρύνοντας ἀπεργάσασθαι διαφανεστέραν. Κατὰ μὲν γὰρ τοὺς ἄνωθεν ἔτι καιροὺς κέκμηκεν οὐ μετρίως τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος, καταδῃούντων αὐτὸ, τοῦτο μὲν Ἀσσυρίων καὶ Ἐλαμιτῶν, τοῦτο δὲ τῶν ἀπὸ Αἰγύπτου καὶ Βαβυλωνίας, καὶ ἀπὸ ἡλίου ἀνατολῶν, καὶ ἐξ Ἀραβίας. Ἐπιλάμψας δὲ μετὰ τοῦτο Χριστὸς ἡ πανσθενεστάτη χεὶρ καὶ παντουργὸς δεξιὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἑαυτὴν ἐμφανῆ καθίστη διὰ θαυμάτων, καὶ πληροφορεῖν ἠπείγετο τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ὅτι τε εἴη κατὰ ἀλήθειαν Θεὸς, καὶ Θεοῦ τοῦ κατὰ ἀλήθειαν Υἱός. Τί γὰρ τῶν ἄγαν τεθαυμασμένων οὐ τετέλεσται φαρ' αὐτοῖς; πάντα γὰρ ἦν θεοπρεπῆ καὶ παράδοξα, καὶ τῆς ἀνωτάτω δυνάμεως σαφῆ τε καὶ ἐναργεστάτην ἔχοντα τὴν ἐπίδειξιν. Κατ' ἐκεῖνο, φησὶ, τοίνυν τοῦ καιροῦ προσθήσει Κύριος τοῦ δεῖξαι τὴν χεῖρα αὐτοῦ, ὑπὲρ τοῦ ζηλῶσαι τὸν Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ μὴ μόνοις τοῖς ἔθνεσι παραχωρῆσαι Χριστὸν, ἀλλ' ἔσθαι δὲ καὶ αὐτοὺς ἐλπίδα ἔχειν τὴν ἐπ' αὐτῷ, καὶ μὴν καὶ ὑπ' αὐτῷ γενέσθαι ζητεῖν, ἄρχοντά τε πωλεῖσθαι, καθηγητὴν καὶ διδάσκαλον, τὸν ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας γενόμενον ἄνθρωπον. Καὶ γοῦν ἔφασκε διὰ φωνῆς τοῦ Δαβίδ· « Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα Κυρίου. » Ἦκεν μὲν γὰρ ὁ Χριστὸς, οὐκ ἀπεστάλθαι λέγων εἰ μὴ εἰς τὰ ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ. Καὶ γοῦν παρ' αὐτοῖς διεκήρυξε πρώτοις, ἐνετέλλετο δὲ καὶ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· « Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε· πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ. » Ἐπειδὴ δὲ διαπτελέκασιν ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀπονοίας οἱ δείλαιοι τὸν ἀφιγμένον εἰς τοῦτο ταῖς ἀπειθείαις περιυβρίζοντες, μεταπεφοίτηκεν ἐπὶ τὰ ἔθνη λοιπὸν, καὶ γεγόνασιν οἱ ἔσχατοι πρῶτοι, καὶ οἱ πρῶτοι ἔσχατοι. Ταύτῃ τοι καὶ νῦν ὁ προφήτης, ἅτε δὴ καὶ ὑπάρχων Πνευματοφόρος ἀνὴρ, καὶ τῶν ἐσομένων τὴν γνῶσιν διὰ τῆς ἄνωθεν δαδουχίας πεπλουτηκὼς, πρῶτον διαμέμνηται τῶν ἐθνῶν, εἶτα μετ' ἐκείνους τοῦ Ἰσραὴλ, ὡς ἐρριμμένου κατόπιν τῶν διὰ πίστεως ἡγιασμένων, τεθειμένου τε εἰς νῶτον καὶ ἐν τοῖς περιλοίποις, κατὰ τὸ γεγραμμένον.

A Unigeniti mysterium patefactum est. Tunc, inquit, tunc ostendet Dominus suam manum, id est, potentiæ magna erit declaratio, idque non frustra, sed ad æmulandum relictum residuum populi quod relictum fuerit ab Assyriis, et ab aliis gentibus. Cæterum sensum eorum quæ dicta sunt explicare oportere me arbitror, et efficere illustriorem. Superioribus enim temporibus haud mediocriter divexata est gens Judaica, partim eam Assyriis, et Elamitis, partim iis qui ab Ægypto, et Babylonia, et ab ortu solis, et ex Arabia profecti sunt, depopulantibus. Post hæc autem cum Christus affulsisset, omnipotentissima manus omniumque effectrix illa dextera Dei et Patris se clare exhibuit, et Israelitis persuadere conatus est se esse vere Deum, et Dei B vere Filium. Quid enim gestum est apud eos non valde stupendum? Omnia enim erant divina et communem opinionem excedentia, et summæ potentiæ claram et illustrissimam habentia demonstrationem. Hoc igitur tempore, **204** inquit, perget Dominus ostendere manum suam, ad æmulandum Israelem: videlicet non ut ad solas gentes accederet Christus, sed ut hi quoque in illo spem haberent, illi subessent, illum principem facerent et ducem, principem et doctorem qui hac de causa homo factus est. Dixit autem voce Davidis: « Ego constitutus sum rex ab eo super montem Sion sanctum ejus, prædicans præceptum Domini [46]. » Venit enim Christus, dicens se non missum nisi ad oves perditas domus C Israelis. Et sane apud eos primum prædicavit, præcepitque sanctis apostolis: « In viam gentium ne abieritis, et in civitatem Samaritanorum ne intretis, sed ite potius ad oves perditas domus Israel [47]. » Cum autem ex singulari amentia, eum qui ad hoc venit, sua inobedientia, miseri homines affecissent insigni contumelia, transmigravit deinceps ad gentes, et facti sunt ultimi primi, et primi ultimi. Hinc et propheta nunc, quippe vir Spiritu afflatus, et futurorum scientia, face prælucente e supernis, ditatus, primum mentionem facit gentium, dein post illas, Israelis, utpote qui projectus est a tergo eorum, qui per fidem sanctificati sunt, et in dorso positus est et inter reliquias, quemadmodum scriptum est.

Καὶ ἀρεῖ σημεῖον εἰς τὰ ἔθνη, καὶ συνάξει τοὺς ἀπολομένους Ἰσραὴλ, καὶ τοὺς διεσπαρμένους τοῦ Ἰούδα συνάξει ἐκ τῶν τεσσάρων πτερύγων τῆς γῆς. Καὶ ἀφαιρεθήσεται ὁ ζῆλος Ἐφραΐμ, καὶ οἱ ἐχθροὶ Ἰούδα ἀπολοῦνται. Ἐφραΐμ οὐ ζηλώσει Ἰούδαν, καὶ Ἰούδας οὐ θλίψει Ἐφραΐμ.

D Vers. 12. *Et tollet signum in gentes, et congregabit perditos Israelis, et dispersos Juda coget a quatuor alis terræ: et auferetur zelus Ephraim, et inimici Juda peribunt, et Ephraim non æmulabitur Judam, et Judas non afflget Ephraim.*

Παραδόξως ἡμῖν ὁ προφήτης τὸν ἓν γε τούτοις μάλιστα διαπεραίνει λόγον. Δέχεται γὰρ τὸ ἱστορικῶς γεγονὸς εἰς εἰκόνα πράγματος νοητοῦ· χρῆναι δὲ οἶμαι ὡς ἔνι εἰπεῖν καὶ τοῦτο λαμπρῶς. Διεδέξατο γὰρ τὴν Σολομῶντος ἀρχὴν ὁ ἐξ αὐτοῦ γεγονὼς Ῥο-

Prophetæ sermonem hunc hisce verbis mirabiliter pertexit. Sumit enim quod historice factum est ad imaginem describendam rei sub intelligentiam cadentis. Idque dicendum esse arbitror, quatenus licet, dilucide. Cepit enim regnum Solomonis natus

[46] Psal. II, 6. [47] Matth. X, 5, 6.

Digitized by Google

ejus Roboamus, a quo dissecta est in dissidium gens Judaica, et decem tribus cum dimidia tribu Ephraim commigrarunt Samariam : Hierosolymis vero remansit tribus Juda, et dimidia tribus Manassis. Regnaruntque vicissim statis temporibus, et horum et illorum aliquot : Hierosolymis, qui ex tribu Juda, in Samaria vero qui ex tribu erant Ephraim. Et magna interea loci **205** inter partes efferbuit æmulatio, bella crebra, et aliorum in alios tumultus et incursationes, sicuti in libris Regnorum diserte exponitur. Ubi autem Chaldæi, et Babylonis Persicæ reges, universam prope, ut ita dixerim, Judæam devastassent, in suam ipsorum terram, tum Israelem, tum Judam captivos abduxerunt, id est, tam eos qui in Samaria, quam qui Hierosolymis degebant. Dein liberati ex captivitate, denuo reversi sunt in suam regionem, et habitarunt non sparsim et divisim amplius, sed Hierosolymis omnes, cessaruntque separatim reges sibi ac principes ungere, et alter alterum afflictare, ac invidere, sicut prius. Subditi enim erant tum uni Zorobabeli filio Salathielis, qui erat e tribu Juda, tum et Jesu filio Josedech, qui sacerdotio claruit. Et hæc quidem est in his historica oratio. Prophetæ autem consilium et scopus fuit, ut ex rebus evidentioribus, et ex illis quæ olim evenerunt, Servatoris nostri adventus præclaras res gestas ostenderet. Erecto etenim signo, id est, pretiosa cruce, et per universum orbem terrarum gentibus ac populis exhibito, facta est eorum qui captivitate, videlicet intelligibili, detinebantur, remissio, concursus ad concordiam, studium ad animorum fideique consensionem, inter eos, qui olim divisi erant, qui multorum ac impiorum tyrannorum jugo oppressi (servierunt enim impuris spiritibus) eorum jugum depulerunt, et ad Sion intelligibilem seu Jerusalem, id est, Ecclesiam, summa cum alacritate confluxerunt, unique regi subditi sunt, id est, Christo, cujus typum præ se gessit Zorobabel, reducens ex captivitate Israelem, versante cum illo etiam Jesu sacerdote magno, ut in eo intelligatur Christus, rex pariter et sacerdos, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, et excelsior cœlis factus, sicuti inquit divinus Paulus [67]. Quod autem Christi lignum, id est, pretiosa crux, quasi conciliatrix et mediatrix fuerit, ut universæ terræ incolæ in fidei conspirationem coalescerent, et per illum Patri sanctissimo intime ac domestice conciliarentur, ex his quæ scripsit divinus Joannes evangelista, clarum esse poterit et perspicuum. Introduxit enim maledictum illum Caipham in concilio, dicentem : « Vos nescitis quidquam, neque cogitatis expedire **206** nobis, ut unus homo moriatur pro populo, et non totus populus pereat [68]. » Quibus subjunxit : « Hoc autem dixit non a seipso, sed sacerdos cum esset anni illius, prophetavit moriturum esse Jesum pro gente, et non pro gente

A βοάμ· κατεσχίσθη δὲ πρὸς διχόνοιαν ἀπ' αὐτοῦ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος· καὶ αἱ μὲν δέκα φυλαὶ καὶ τὸ ἥμισυ φυλῆς Ἐφραὶμ μετῳκίσθησαν ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, ἐν δέ γε τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀπομεμένηκεν ἡ Ἰούδα φυλὴ, καὶ τὸ ἥμισυ φυλῆς Μανασσῆ. Ἐβασίλευόν τε κατὰ καιροὺς τούτων τε κἀκείνων τινές· ἐν μὲν τοῖς Ἱεροσολύμοις, οἱ ἐκ φυλῆς Ἰούδα· ἐν δέ γε τῇ Σαμαρείᾳ, οἱ ἐκ φυλῆς Ἐφραὶμ· καὶ πολὺς ὁ μεταξὺ τοῖς μέρεσιν ἀνεκαίετο ζῆλος, πόλεμοί τε συχνοὶ, καὶ κατ' ἀλλήλων ἐπαναστάσεις, καθὰ καὶ ἐν βίβλοις τῶν Βασιλειῶν διηγόρευται σαφῶς. Ἐπειδὴ δὲ Χαλδαῖοι καὶ οἱ Βαβυλῶνος τῆς Περσικῆς βεβασιλευκότες, ἅπασαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν Ἰουδαίαν καταδηώσαντες, ἀπεκόμισαν αἰχμάλωτον εἰς τὴν ἑαυτῶν τόν τε Ἰσραὴλ καὶ τὸν Ἰούδαν, τοῦτ' ἔστι, τούς τε ἐν τῇ B Σαμαρείᾳ, καὶ τοὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις· εἶτα τῆς αἰχμαλωσίας ἀπηλλαγμένοι, πάλιν ὑπενόστησαν εἰς τὴν ἑαυτῶν, καὶ κατῳκήκασιν οὐκέτι διῃρημένως, ἀλλ' ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἅπαντες· ἐπαύσαντο δὲ τοῦ καὶ ἀνὰ μέρος χρίειν ἐφ' ἑαυτοῖς βασιλέας τε καὶ ἄρχοντας, θλίβειν τε ἀλλήλους, καὶ ζηλοῦν ἔτι, καθὰ καὶ πρότερον. Ὑφ' ἑνὶ γὰρ γεγόνασι τὸ τηνικάδε Ζωροβάβελ τῷ τοῦ Σαλαθιὴλ, ὃς ἦν ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ μέντοι καὶ Ἰησοῦ τῷ τοῦ Ἰωσεδὲκ τῷ προῦχοντι καθ' ἱερωσύνην. Καὶ ὁ μὲν τῆς ἱστορίας ἐν τούτοις λόγος. Γέγονε δὲ τῷ προφήτῃ σκοπὸς, ὡς ἐκ πραγμάτων ἐμφανεστέρων καὶ ἐκ τῶν τοῖς πάλαι συμβεβηκότων τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας καταδεῖξαι τὰ κατορθώματα. Ἐγηγερμένου γὰρ τοῦ σημείου, τοῦτ' ἔστι, τοῦ τιμίου σταυροῦ, καὶ ἐμφανοῦς γεγονότος τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἔθνεσί τε καὶ C λαοῖς, γέγονεν ἄφεσις τῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ (δῆλον δὲ ὅτι τῇ νοητῇ), συνδρομὴ πρὸς ὁμοψυχίαν, σπουδὴ πρὸς ὁμόνοιαν καὶ ὁμοπιστίαν τῶν πάλαι διῃρημένων· οἳ πολλοῖς τε καὶ ἀνοσίοις τυράννοις κατεζευγμένοι (δεδουλεύκασι γὰρ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι), ἀπεσείσαντο μὲν τὸν ἐκείνων ζυγὸν, συνδεδραμήκασι δὲ καὶ μάλα προθύμως εἰς τὴν νοητὴν Σιὼν, ἤγουν Ἱερουσαλὴμ, τοῦτ' ἔστι, τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ ὑφ' ἑνὶ γεγόνασι βασιλεῖ, τοῦτ' ἔστι Χριστῷ, οὗ καὶ εἰς τύπον ὁ Ζωροβάβελ ἦν, ἀνακομίζων ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τὸν Ἰσραὴλ συνόντος αὐτῷ καὶ Ἰησοῦ τοῦ ἱερέως καὶ μεγάλου, ἵν' ἐν αὐτῷ νοῆται Χριστὸς βασιλεύς τε καὶ ἀρχιερεὺς, ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος D ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γεγονὼς, καθά φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος. Ὅτι δὲ τὸ Χριστοῦ σημεῖον, τοῦτ' ἔστιν, ὁ τίμιος σταυρὸς γέγονε πρόξενος τοῦ συνενεχθῆναι πρὸς ὁμοπιστίαν τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν, οἰκειωθῆναί τε οὕτω δι' αὐτοῦ τῷ παναγίῳ Πατρὶ, σαφὲς ἂν γένοιτο δι' ὧν γέγραφεν ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστής. Εἰσκεκόμικε γὰρ τὸν ἐπάρατον Καϊάφαν τοῖς ἐν τῷ συνεδρίῳ λέγοντα· « Ὑμεῖς οὐκ οἴδατε οὐδὲν, οὐδὲ λογίζεσθε ὅτι συμφέρει ἡμῖν, ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται. » Προσεπήνεγκε δὲ τούτοις αὐτοῖς· « Τοῦτο δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ εἶπεν, ἀλλ' ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου,

[67] Hebr. VII, 26. [68] Joan. XI, 49.

Digitized by Google

προεφήτευσεν ὅτι ἔμελλεν Ἰησοῦς ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τοῦ ἔθνους, καὶ οὐχ ὑπὲρ τοῦ ἔθνους μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα συναγάγῃ εἰς ἕν. » Γέγονε γὰρ ὁ Χριστὸς εἰρήνη ἡμῶν, κατὰ τὰς Γραφάς, ὁ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, καὶ τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας, καὶ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον τοὺς δύο κτίσας λαούς· ἄμφω τε δι' ἑαυτοῦ καταλλάττων τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ τὴν μεταξὺ καταλύων ἔχθραν, ἵν' οἱ πάντες ἐν ἑνὶ πνεύματι καὶ ἐν ἑνὶ σώματι, σύμψυχοί τε ἀλλήλοις καὶ σύσσωμοι γεγονότες, ἐν αὐτῷ δὲ δηλονότι τῷ Χριστῷ, καρποφορήσωμεν αὐτῷ τὴν ὑπὲρ νόμον δικαιοσύνην, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας τὴν καθαρότητα. Οὐκοῦν ὡς ἀπό γε τῶν ἱστορικῶς πεπραγμένων εἰς θεωρίαν ἐρχόμενος τὴν πνευματικὴν, συνήσεις εὖ μάλα τοῦ Χριστοῦ τὸ μυστήριον. A

solum, sed ut filios Dei dissipatos in unum cogeret [69]. » Factus est enim Christus pax nostra, juxta Scripturas [70], qui medium parietem maceriæ solvit, et legem mandatorum in decretis evacuavit, et in unum novum hominem duos populos condidit, ambos per seipsum Deo et Patri reconciliavit, et intermediam inimicitiam diremit, ut omnes in uno corpore, et in uno spiritu, et animæ et corporis societate inter se juncti, in ipso videlicet Christo fructum ei justitiæ, quæ supra legem est, et puritatem evangelicæ vitæ proferamus. Itaque si ab his quæ historice gesta sunt, ad theoriam et contemplationem spiritualem venias, optime Christi mysterium intelliges. B

Καὶ πετασθήσονται ἐν πλοίοις ἀλλοφύλων· θάλασσαν ἅμα προνομεύσουσι, καὶ τοὺς ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, καὶ Ἰδουμαίαν, καὶ ἐπὶ Μωὰβ πρῶτον τὰς χεῖρας ἐπιβαλοῦσιν· οἱ δὲ υἱοὶ Ἀμμὼν πρῶτοι ὑπακούσονται.

Vers. 14. *Et volabunt in navibus alienigenarum, mare simul prædabuntur, et eos qui a solis ortu, et Idumæam, et in Moab primum manus injicient; filii vero Ammon primi obedient.*

Τίνα δὴ τρόπον οἱ ἐκ τῶν τεσσάρων πτερύγων τῆς γῆς, τοῦτ' ἔστι, πάντα τὰ ἔθνη συνενεχθήσεσθαι πρὸς ἑνότητα τὴν ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως, καὶ εἰς σύνδεσμον ἀγάπης ἁγιοπρεποῦς, διατρανοῖ πάλιν ἐν τούτοις. Πρὸ μὲν γὰρ τοῦ τιμίου σταυροῦ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἔφασκεν ὁ Χριστός· « Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε· πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ. » Ὡς γὰρ αὐτὸς ἔφη πάλιν· « Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ. » Ἐπειδὴ δὲ δυσσεβείας ἀπάσης ἄκρον ἐληλακότες πεπαρῳνήκασιν εἰς Χριστὸν, καὶ ἀπεκτόνασιν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, καὶ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσαντο· τότε δὴ, τότε πατήσας τὸν θάνατον, καὶ ἐγηγερμένος ἐκ νεκρῶν, τοῖς ἁγίοις ἐνετέλλετο μαθηταῖς· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος· διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. » Ἐπειδὴ δὲ ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶτα κατεπεφοίτηκεν εἰς αὐτοὺς ἡ ἐξ ὕψους δύναμις, οὐκέτι μεμενήκασιν κατὰ μόνην τὴν Ἰουδαίαν εὐαγγελιζόμενοι τὸν Ἰησοῦν, ἀλλ' οἱ μὲν εἰς Ἕω, καὶ τὰς τῇδε πόλεις ἀπιόντες ἐκήρυττον· οἱ δὲ τὴν Ἑσπέραν καταλαμβάνοντες, ἄλλοι δὲ τοῖς ὁμόροις ἔθνεσι τοὺς τῆς κατηχήσεως ἐχαρίζοντο λόγους· ἦν δέ πως ἀνάγκη τὴν ὑφ' ἡλίῳ πᾶσαν περινοστεῖν ἐθέλοντας κεχρῆσθαι καὶ πλῷ. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποιηκέναι διισχυρίζεται. Καὶ ὁ τὰς Πράξεις δὲ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συγγεγραφὼς, ἐπιβῆναί φησιν αὐτὸν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ πλοίῳ Ἀλεξανδρίνῳ παρασήμῳ Διοσκούρους. Ἔθος γάρ πως ἐν ταῖς Ἀλεξανδρέων μάλιστα ναυσὶ πρός γε τῇ πρώρῃ δεξιά τε καὶ εὐώνυμα γραφὰς εἶναι τοιαύτας. Ἐπειδὴ δὲ ἦν εἰκὼς, εἰδωλολατρείας κρατούσης κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἐγγεγράφθαι τῇ νηῒ C

Quomodo ex quatuor alis terræ, id est, omnes gentes ad fidei Christianæ societatem, et vinculum sanctæ dilectionis congregandæ essent, denuo explicat hisce verbis. Ante pretiosam enim crucem sanctis apostolis dixit Christus : « In viam gentium ne abieritis, et in civitatem Samaritanorum ne ingredimini : sed ite potius ad oves perditas domus Israel [71]. » Quemadmodum enim ipse iterum dixit : « Non sum missus nisi ad oves perditas domus Israel [72]. » At cum ad summum ac culmen omnis impietatis provecti, deblaterassent in Christum, ac vitæ principem interemissent, et sanctum et justum negassent, tunc quidem, tunc morte calcata, et suscitatus e mortuis, sanctis discipulis in mandatis dedit : « Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, docentes servare omnia quæ præcepi vobis [73]. » Postquam autem conscendit in cœlum, et in eos ex alto virtus demigravit : non jam in sola hæserunt Judæa **207** evangelizantes Jesum, sed alii quidem ad Orientem ejusque urbes profecti prædicabant; alii Occidente occupato, alii finitimis gentibus sermonem catecheseos gratuito impartiebant, eratque D necesse, ut qui universum orbem terrarum peragraturi erant, etiam navi uterentur. Siquidem divinus Paulus noctem ac diem se in profundo maris egisse, affirmat [74]. Et qui Acta sanctorum apostolorum conscripsit, ait, eum et comites ejus conscendisse navem Alexandrinam, quæ insigne Castoris et Pollucis habebat [75]. Moris enim erat, ut naves, maxime Alexandrinæ, in prora dextrorsum et sinistrorsum hujusmodi picturis insignirentur. Cum autem verisimile sit, idololatria per id temporis vigente, inscriptos navi Dioscuros, hinc alienigenam, id est, idololatram navis dominum fuisse,

[69] Joan. xi, 50-52. [70] Ephes. ii, 14. [71] Matth. x, 5, 6. [72] Matth. xv, 24. [73] Matth. xxviii, 19, 20. [74] II Cor. xi, 25. [75] Act. xxviii, 11.

Digitized by Google

intelligendum videtur. Igitur in navigiis alienigenarum extendentur, inquit, id est, celeres et quasi volucres transibunt, et prædabuntur mare. Est autem familiare Scripturæ divinitus inspiratæ, mare appellare partes occidentales, eo quod ibi spatiosum admodum sit mare. Etenim beatus David, totius mundi architectum declarans universitatis Deum : « Aquilonem, » inquit, « et mare tu condidisti [16]. » Quod autem et divinus Petrus, et ipsemet Paulus sapientissimus, occidentalibus partibus occupatis, Christum annuntiaverint, nemo est qui ambigat. Deprædabuntur vero, inquit, et qui ab ortu solis sunt, et Idumæam, et in Moabitas manus injicient. Filii autem Ammon primi obedient. Nam post Judæorum regionem, omnes deinceps finitimæ et vicinæ, ac etiam longius dissitæ, plenæ erant idololatris, sensu et opinionibus dissidentes ab his, qui unum et natura et vere Deum cognoscunt. Idumæi dein et Moabitæ, et filii Ammon, finitimi quidem erant Israelitis, et conterminam regionem incolebant, dissenserunt tamen, et graves et pugnacissimi hostes exstiterunt, astra adorarunt, omnique religione Luciferum prosecuti sunt, aliorumque deorum principem et antistitem nominarunt. Quorum animo ac cordi imprimis illuxit vere Lucifer, et lux diei sub intelligentiam cadentis resplenduit. Nam pristina nebula abjecta, et cultu creaturæ jam repudiato, Christum adoraverunt, et quondam infensissimos, **208** Israelitas, inquam, mystagogos, et sacrorum antistites, et præmonstratores viæ ad salutem perducentis constituerunt.

τοὺς Διοσκούρους, ταύτῃ τοίνυν ἀκόλουθον ἀλλόφυλον εἶναι, τοῦτ' ἔστιν, εἰδωλολάτρην τῆς νεὼς τὸν δεσπότην. Οὐκοῦν ἐν πλοίοις ἀλλοφύλων πετασθήσονται, φησὶ, τοῦτ' ἔστι, δρομαῖοι καὶ πρόθυμοι καὶ οἱονεὶ πτηνοὶ διαβήσονται, καὶ προνομεύσουσι τὴν θάλασσαν. Ἔθος δὲ τῇ θείᾳ Γραφῇ θάλασσαν ἀποκαλεῖν τὰ πρὸς τῇ ἑσπέρᾳ μέρη, διάτοι τὸ σφόδρα πολλὴν καὶ εὐρεῖαν εἶναι τὴν ἐκείνης θάλασσαν. Καὶ γοῦν ὁ μακάριος Δαβὶδ, παντὸς τοῦ κόσμου δημιουργὸν ἀποφαίνων τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, « Τὸν βορρᾶν, » φησὶ, « καὶ θάλασσαν σὺ ἔκτισας. » Ὅτι δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Πέτρος, καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ πάνσοφος Παῦλος, τὰ τῆς ἑσπέρας καταλαβόντες μέρη, κατηγγέλκασι τὸν Ἰησοῦν, ἐνδοιάσειεν ἂν οὐδείς. Προνομεύσουσι δὲ, φησὶ, καὶ τοὺς ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, καὶ Ἰδουμαίαν, καὶ ἐπὶ Μωὰβ τὰς χεῖρας ἐπιβαλοῦσιν. Οἱ δὲ υἱοὶ Ἀμμὼν πρῶτοι ὑπακούσονται. Μετὰ γάρ τοι τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν, ἅπασαι λοιπὸν αἱ ὅμοροί τε καὶ γείτονες, εἰ καὶ ἔτι ποῤῥωτέρω, μεσταὶ μὲν ἦσαν εἰδωλολατρῶν, ἀσύμβατοι δὲ τοῖς φρονήμασι τοῖς τὸν ἕνα καὶ φύσει καὶ ἀληθῶς εἰδόσι Θεόν. Ἰδουμαῖοί τε καὶ Μωαβῖται, καὶ μέντοι καὶ υἱοὶ Ἀμμὼν, ὅμοροί τε ἦσαν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ γείτονα μὲν κατενέμοντο χώραν, διάφοροι δὲ δεινῶς, καὶ τῶν ὅτι μάλιστα πολεμιωτάτων. Προσεκύνουν δὲ τοῖς ἄστροις, καὶ δι' αἰδοῦς ἁπάσης ἐποιοῦντο τὸν Ἑωσφόρον, προῦ[σ]χοντα δὲ τῶν ἄλλων ἀπεκάλουν Θεόν. Ἀλλ' αὐτοῖς καὶ πρώτοις εἰς νοῦν καὶ καρδίαν ἀνέλαμψεν ὁ ἀληθῶς Ἑωσφόρος, καὶ διηύγασε τῆς νοητῆς ἡμέρας τὸ φῶς. Ἀποδεδληκότες δὲ τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην ἀχλὺν, καὶ τὸ κτίσει λατρεύειν ἔτι παρωσάμενοι, προσκεκυνήκασι τῷ Χριστῷ, καὶ τοὺς πάλαι πολεμιωτάτους, φημὶ δὴ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ἐποιοῦντο μυσταγωγοὺς καὶ καθηγητὰς ὁδοῦ τῆς ἀποφερούσης εἰς σωτηρίαν.

Vulgata. 15, 16. *Et vastabit Dominus mare Ægypti, et admovebit manum fluvio spiritu violento, et percutiet septem valles, ut transeat ipse in calceamentis. Et erit transitus relicto meo populo in Ægypto, et erit Israeli, quasi dies quando egressus est e terra Ægypti.*

Καὶ ἐξερημώσει Κύριος τὴν θάλασσαν Αἰγύπτου, καὶ ἐπιβαλεῖ τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ποταμὸν πνεύματι βιαίῳ, καὶ πατάξει ἑπτὰ φάραγγας, ὥστε διαπορεύεσθαι αὐτὸν ἐν ὑποδήμασιν. Καὶ ἔσται δίοδος τῷ καταλειφθέντι μου λαῷ ἐν Αἰγύπτῳ· καὶ ἔσται τῷ Ἰσραὴλ ὡσεὶ ἡ ἡμέρα ὅτε ἐξῆλθεν ἐκ γῆς Αἰγύπτου.

Inventor et pater peccati, cum in omnes orbis terrarum incolas imperium vi ac tyrannide usurpavit, hominemque extra septa veritatis seductum, gregis dæmoniorum cultorem reddidit, ac suo eum jugo subjecit : tum vero Ægyptii præ aliis superstitiosissimi, et in hoc acerrimi impigerrimique exstiterunt. Delubra enim passim et aras per regionem, et simulacra infinita habebant, et examina signorum, eaque in adytis multiformia. Adorarunt enim volatilia et pisces, capram et ovem : et vitulus ab illis in honore habitus est. Sic tamen affectos invisit Deus, et simul cum aliis vocavit ad lucem et ad agnitionem veritatis. Prædicarunt enim inter illos Evangelium Christi, cum Marcus beatus evangelista, tum cæteri post illum suis temporibus, partim qui ex Hebræorum regione venerunt, partim ex ipsis qui crediderunt, duces mysteriorum, et

Κεκράτηκε μὲν ἐκ πλεονεξίας τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν ὁ τῆς ἁμαρτίας εὑρέτης καὶ πατήρ. Ἀποδουκολήσας τῆς ἀληθείας τὸν ἄνθρωπον, τῆς τῶν δαιμονίων ἀγέλης ἀπετέλει προσκυνητὴν, καὶ τοῖς ἰδίοις ὑπετίθει ζυγοῖς· Αἰγύπτιοι δὲ μάλιστα δεισιδαιμονέστατοι παρὰ τοὺς ἄλλους καὶ δεινοὶ πρὸς τοῦτο γεγόνασι. Τεμένη γὰρ ἦσαν πανταχοῦ καὶ βωμοὶ κατὰ τὴν χώραν αὐτοῖς, ἕδη τε μυρία, καὶ ἀγαλμάτων ἑσμὸς, πολύμορφά τε τὰ ἐν σηκοῖς. Προσκεκυνήκασι γὰρ πτηνοῖς καὶ ἰχθύσιν, αἰγὶ καὶ προβάτῳ, καὶ μόσχος ἦν τὸ σέβας αὐτοῖς. Ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχοντας ἐπεσκέπτετο Θεὸς, καὶ ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις ἐκάλει πρὸς τὸ φῶς, καὶ πρὸς ἐπίγνωσιν ἀληθείας. Διεκήρυξαν γὰρ ἐν αὐτῇ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ Μάρκος τε ὁ μακάριος εὐαγγελιστὴς, καὶ ἕτεροι δὲ μετ' αὐτὸν κατὰ καιρούς· τοῦτο μὲν ἐκ τῆς Ἑβραίων ὁρμώμενοι χώρας, τοῦτο δὲ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν πεπιστευκότων

[16] Psal. LXXXVIII, 13.

Digitized by Google

μυσταγωγοὶ καὶ διδάσκαλοι κατὰ καιροὺς ἀναδεδειγμένοι. Τίνα δὴ τρόπον καὶ τοῦτο κατώρθωται, διειπεῖν ἀναγκαῖον, τὸν τῆς ἱστορίας κατευρύνοντας λόγον. Πρὶν μὲν γὰρ τὰ Ῥωμαίων κατὰ πάντων ἰσχῦσαι κράτη, χώρας τε ἑκάστης ἴδιον ἐχούσης τὸν ἡγούμενον, ἤτοι βασιλεύοντα, πολλή τις ἦν τοῖς ἔθνεσιν ἡ διαφορά· τοῦτο μὲν ὅτι καὶ τὸ τῆς θρησκείας ἕτεροῖον ἀνεκαίεσθαι μεταξὺ τὴν ἔχθραν ἐποιεῖτο, τοῦτο δὲ ὅτι καταληΐζεσθαι τοῖς ἐθέλουσιν ἐξῆν τὸν ἐκ τῆς ἑτέρας, ἐπιτιμῶντος οὐδενός. Ἦν οὖν ἀμιξία πρὸς ἄλληλα πλείστη τέως τοῖς ἔθνεσι, καὶ τὸ ἀλῶναί τισι τῆς ἑτέρων χώρας εἴσω γεγονόσιν οὐκ ἀζήμιον. Ἐπειδὴ δὲ ἴσχυσε κατὰ πάντων ἡ Ῥωμαίων ἀρχή, καὶ ὑφ' ἕνα γεγόνασι τὸν ἡγούμενον, νόμοις τοῖς παρ' αὐτῶν διαβιοῦν ἐδιδάχθησαν, ἐπιμιξίαι τε λοιπὸν αἱ πρὸς ἄλληλα τῶν ἐθνῶν γεγόνασιν ἀδεεῖς, καὶ πολλὴ κεκράτηκεν ἡμερότης· τότε δὴ, τότε τοῖς εὐαγγελιζομένοις τὸν Ἰησοῦν γέγονε δίοδος, ἤτοι ὁδός, τοῦ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ δύνασθαι παρελθεῖν. Εἶλεν δὲ τίνα τρόπον τὴν Αἰγυπτίων ὁ Αὔγουστος Καῖσαρ, ὁ προφητικὸς ἡμῖν διερμηνεύει λόγος. Ὁ μὲν γὰρ τῆς Αἰγύπτου ποταμὸς εὐρύς τε καὶ πολὺς, καὶ πλημμυρῶν κατὰ καιροὺς, δι' ἑπτὰ στομάτων ἔρχεται, ἀλλ' τῇ γείτονι τὸ νᾶμα δωρούμενος· γεγονώς γε μὴν ἐν τοῖς μέρεσι τῶν ἑλείων ἀνδρῶν, λίμνας ἀποτελεῖ μακρὰς καὶ εὐρείας, καὶ ἅπασαν αὐτῶν ἐπικλύζει τὴν γῆν, ὥστε καὶ ναυσίπορον εἶναι τὴν πυροφόρον. Ὡς οὖν ὁ Αὔγουστος Καῖσαρ τῆς Ἰουδαίας κεκρατηκὼς ἦκεν εἰς τὴν Αἰγυπτίων, ᾤοντο μὲν οἱ ταύτης οἰκήτορες, ὅτι κἂν εἰ ἕλοιντο κατηρεμεῖν, ἀποσχέσθαι τε πολέμου καὶ ὅπλων, ἅληπτον ἐκείνῳ τὴν χώραν ἐργάσεται τὸ διεζῶσθαι λίμναις τε καὶ ποταμοῖς. Ἐπειδὴ δὲ τῷ τῶν ὅλων κρατοῦντι Θεῷ τοῖς Ῥωμαίων σκήπτροις ὑποφέρειν ἐδόκει καὶ αὐτὴν μετὰ τῶν ἄλλων τὴν Αἰγυπτίων, ἀνέμῳ νότῳ βιαιοτάτῳ τὸ τοῦ ποταμοῦ κατωθήσας ὕδωρ ἐπὶ τὴν θάλασσαν, βάσιμον ἅπασαν ἐτίθει τὴν χώραν, ὥστε τοὺς διαπεραιοῦσθαι θέλοντας λίμνας τε καὶ αὐτὰς δὲ τὰς φάραγγας, ἤτοι τὰ ἑπτὰ στόματα τοῦ ποταμοῦ, μηδ', ὅσον εἰπεῖν, ἀπολῦσαι τοῦ ποδὸς τὸ ὑπόδημα. Καταλειαίνοντος τοίνυν τοῦ Θεοῦ τὴν πάροδον τῇ Ῥωμαίων στρατιᾷ, νενίκηνται τὰ Αἰγυπτίων. Τοῦτο πάλιν ἡμᾶς ὁ προφήτης διδάσκει λέγων· « Τάδε λέγει Κύριος Σαβαὼθ, Καὶ πίονται οἱ Αἰγύπτιοι ὕδωρ τὸ παρὰ θάλασσαν· ὁ δὲ ποταμὸς ἐκλείψει καὶ ξηρανθήσεται· καὶ ἐκλείψουσιν οἱ ποταμοὶ, καὶ αἱ διώρυγες τοῦ ποταμοῦ· καὶ ξηρανθήσεται πᾶσα συναγωγὴ ὕδατος, καὶ ἐν παντὶ ἕλει καλάμου καὶ παπύρου, καὶ τὸ ἄχι τὸ χλωρὸν πᾶν τὸ κύκλῳ τοῦ ποταμοῦ, καὶ πᾶν τὸ σπειρόμενον διὰ τοῦ ποταμοῦ ξηρανθήσεται ἐν ἀνεμοφθορίᾳ. » — Ἐξερημώσει τοίνυν, φησὶ, Κύριος τὴν θάλασσαν Αἰγύπτου. Ἔθος δὲ τῇ θείᾳ Γραφῇ, καὶ αὐτὰς τὰς λίμνας θαλάσσας ἀποκαλεῖν. Καὶ ἐπάξει τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ποταμὸν πνεύματι βιαίῳ. Χειρὸς γὰρ ἔργον, ἤτοι δυνάμεως τῆς θείας, γενέσθαι φαμὲν τοῦ βιαιοτάτου πνεύματος τὴν κατὰ τῶν ὑδάτων ἐπαγωγήν. Ἐπάταξε γὰρ τὰς ἑπτὰ φάραγγας, τοῦτ' ἔστι, τὰ στόματα, καὶ ἀποτε-

doctores ac magistri, temporibus subsequentibus, efficiebantur. Quo autem modo hoc perfectum fuerit, historiam aperiendo dicendum est. Prius enim quam Romani imperium in omnes obtinerent, singulis regionibus suum ducem ac regem habentibus, magna erat inter gentes dissensio : tum quod prædas agere liceret quibus lubebat, et alios aliunde nullo reprehendente diripere. Erat itaque maxima gentium inter se disjunctio et dissociatio, nec impune capiebantur intra aliorum regionem constituti. Verum cum in omnes Romanorum imperium invaluisset, et unius imperio subditi ad legum quas illi tulerunt normam vivere docti essent, commerciaque ac societates gentium deinceps citra metum ultro citroque haberentur, et summa mansuetudo et clementia vigeret : tunc quidem, tunc evangelizantibus Jesum transitus, seu via patefacta est, ut etiam Ægyptum pertransire potuerint. Quomodo autem ceperit Ægyptiacam **209** terram Augustus Cæsar, prophetica nobis interpretatur oratio. Fluvius enim Ægypti, et latus et magnus, certisque temporibus inundans, per septem ostia means, in mare vicinum influit; verumtamen cum in partibus palustrium hominum exsistit, paludes longas et latas efficit, et cunctam eorum terram inundat, ita ut quæ frumenti fertilis erat, fiat navigabilis. Postquam igitur Augustus Cæsar, Judæorum devicta terra, in regionem Ægyptiorum venisset, existimabant ejus incolæ, etiam ipsis quiescentibus, et a bello armisque sibi temperantibus, non posse regionem ab eo capi, quod lacubus et fluvio cingeretur. At postquam universitatis dominatori Deo placuit una cum aliis etiam hanc, Ægyptiorum inquam, Romanorum sceptris submittere, vento Noto violentissimo, fluvii unda in mare depulsa, planam totam regionem et mealbilem fecit, ut qui lacus et valles, sive septem fluvii ora trajicere vellent, ne pedis sui, ut sic dixerim, calceum solverent. Complanante igitur Deo, et aperiente transitum Romanorum exercitui, fractæ sunt vires Ægyptiorum. Hoc rursus propheta ipse nos docet, inquiens : « Hæc dicit Dominus Sabaoth : Et bibent Ægyptii aquam quæ juxta mare, fluvius autem deficiet et exarescet, et deficient fluvii, et rivi fluvii, et exarescet omnis collectio aquæ, etiam in omni palude calami et papyri, et achi viride omne circum fluvium, et omne quod seminatur circa fluvium arescet a venti corruptione [77]. » Vastabit igitur, inquit, Dominus mare Ægypti. Solet autem Scriptura divina ipsas lacus maria appellare. Et admovebit manum fluvio, spiritu violento. Manus enim et potentiæ divinæ opus esse dicimus, vehementissimi spiritus in aquas inductionem. Percussit autem septem convalles, hoc est, fauces et ostia, adeoque exsiccavit, ut illas calceis pertransirent. Tunc, inquit, tunc erit transitus in Ægypto derelicto populo meo. Et qualis tandem et quis est? **210** Qui in Israel credebant, de quibus

[77] Isa. XIX, 5 seqq.

Digitized by Google

et propheta Isaias dicit : « Si fuerit numerus filiorum Israel velut arena maris, reliquiæ servabuntur [78]. » Primitiæ vero velut reliquiarum beati erant discipuli, et qui cum illis fuerunt, quorum unus erat divinus Marcus. Erit etiam, inquit, quasi dies, quando egressi sunt ex Ægypto, id est qui ex sanguine Israelitico orti, divinum et cœleste verbum illis qui erant in Ægypto prædicarunt, impendio gaudebunt, quemadmodum sane illo die gavisi sunt, cum e terra Ægypti exiverunt. Rursus enim illi e servitute Ægyptiaca erepti sunt. Qui autem divinorum præconiorum ministri facti sunt, et evangelicorum vaticiniorum custodes veri ac genuini, non servitute carnali liberabant Ægyptios, sed e manu diaboli extractos, liberos reddiderunt. Et intermediante quidem sapientissimo Mose, fluvius in sanguinem conversus est : nunc vero facta illis est in Christo aqua salutifera. Servamur enim per sacrum baptisma. Suffocati tum fuerunt illi qui mare Rubrum intrarunt, persequentes Israelem : at a sanctis apostolis edocti sunt, ex hujus vitæ undis enatare, et ex mundanis fluctibus eluctari fortiter. Incubuit illis grando vehemens et validissima : at ubi mystico sermone dispensationis in carne initiati sunt, pluvia divina in mentem eorum demissa fructuosos reddidit. Profundæ et trium dierum spatio inductæ sunt tenebræ : sed in luce versati sunt. Luxerunt primogenia : sed eos servavit ex morte et corruptione Primogenitus ex mortuis, id est, Christus. Proinde in his omnibus consentaneum erat ut Israelitæ lætarentur, quemadmodum ubi egressi erant ipsi ex terra Ægypti,

A τέλεχεν οὕτω ξηρὰς, ὡς διαπορεύεσθαι αὐτὰς ἐν ὑποδήμασι. Τότε δὴ, τότε, φησὶν, ἔσται δίοδος ἐν Αἰγύπτῳ τῷ καταλειφθέντι μου λαῷ. Καὶ ποῖος οὗτος ἦν ; Οἱ ἐξ Ἰσραὴλ πιστεύσαντες, περὶ ὧν καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας· « Ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται. » Ἀπαρχὴ δὲ ὥσπερ τοῦ καταλείμματος οἱ μακάριοι μαθηταὶ καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς, ὧν εἷς γέγονε καὶ ὁ θεσπέσιος Μάρκος. Ἀλλὰ καὶ ἔσται, φησὶν, ὡς ἡ ἡμέρα, ὅτε ἐξῆλθον ἐκ γῆς Αἰγύπτου· τοῦτ' ἔστιν, οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, τὸν θεῖόν τε καὶ οὐράνιον λόγον τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ διακηρύξαντες, ἡσθήσονται λίαν, καθάπερ ἀμέλει καὶ κατ' ἐκείνην ἥσθησαν τὴν ἡμέραν, ὅτε ἐξῆλθον ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Πάλιν μὲν γὰρ αὐτοὶ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δουλείας ἀπεκομίζοντο. Κηρυγμάτων δὲ τῶν θείων ἱερουργοὶ γεγονότες, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων ταμίαι γνήσιοι, οὐ σαρκικῆς δουλείας ἀπήλλαττον Αἰγυπτίους, ἀλλὰ τῆς τοῦ διαβόλου χειρὸς ἐξελόντες ἐλευθέρους ἀπετέλουν. Καὶ μεσιτεύοντος τοῦ μὲν [τοῦ] πανσόφου Μωσέως, ὁ ποταμὸς εἰς αἷμα μετεσκευάζετο· νυνὶ δὲ γέγονεν αὐτοῖς ἐν Χριστῷ τὸ ὕδωρ σωτήριον. Σεσώσμεθα γὰρ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Κατεπνίγοντο τότε τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ προσεβεβληκότες οἱ διώκοντες τὸν Ἰσραήλ· ἐδιδάχθησαν δὲ διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, τὸν τοῦ παρόντος διανήχεσθαι βίου κλύδωνα, καὶ κυμάτων ἀμείνους ὁρᾶσθαι κοσμικῶν· ἐπέπιπτεν αὐτοῖς ἡ χάλαζα τότε δεινὴ καὶ ῥαγδαιοτάτη. Ἐπειδὴ δὲ μεμυσταγώγηνται τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸν λόγον, ὑετὸς αὐτοῖς ὁ θεῖος εἰς νοῦν καταβέβηκεν, ἐγκάρπους ἀποτελῶν. Βαθὺς καὶ τριήμερος ἐπενήνεκται σκότος· ἀλλὰ γεγόνασιν ἐν φωτί. Τεθρηνήκασι τὰ πρωτότοκα· ἀλλὰ ἐκ νεκρῶν, τοῦτ' ἔστι, Χριστός. Ἐπ' οὖν τούτοις

B

C

σέσωκεν αὐτοὺς ἐκ θανάτου καὶ φθορᾶς ὁ Πρωτότοκος ἅπασι χαίρειν ἦν ἀκόλουθον τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς ὅτε ἐξῆλθον αὐτοὶ ἐκ γῆς Αἰγύπτου.

VERS. 1, 2. *Et dices in die illa : Benedicam te, Domine, quia iratus es mihi, et avertisti furorem tuum a me, et misertus es mei. Ecce Deus meus, Servator meus Dominus. Confidam ei, et salvus ero in eo, et non timebo, quoniam gloria mea, et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem.*

Καὶ ἐρεῖς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· Εὐλογήσω σε, Κύριε, διότι ὠργίσθης μοι, καὶ ἀπέστρεψας τὸν θυμόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἠλέησάς με. Ἰδοὺ ὁ Θεός μου, Σωτὴρ μου Κύριος, πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ, καὶ σωθήσομαι ὑπ' αὐτῷ, καὶ οὐ φοβηθήσομαι, διότι ἡ δόξα μου καὶ ἡ αἴνεσίς μου Κύριος, καὶ ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν.

Cum dixisset conservatos esse gentiles 211 per fidem in Christum, et ad agnitionem veritatis venisse, qui præ aliis superstitiosissimi erant, merito eos benedicentes introduxit. Nam liberatos fuisse omnino priore ignoratione qua principio laborabant, et demum conversos esse ut ea saperent quæ soli servanti Deo placent : documentum manifestum sit, quod ad Dei gloriam decantandam, et velut ad spirituale quoddam gratiarum actionis sacrificium ei offerendum instigantur. Quare sub id temporis, inquit, quo fiet transitus in Ægypto, hoc est, illis evangelici et salutaris verbi præconibus : Tu, inquit, qui in altis olim versatus es tenebris, et magnus idololatra exstitisti, et dæmoniorum impostoris conturbatus es, cum animi oculis lucem con-

Ἀνασεσῶσθαι λέγων τοὺς ἐξ ἐθνῶν διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν τοὺς ὅτι μάλιστα τῶν ἄλλων δεισιδαιμονεστάτους, εἰκότως αὐτοὺς δοξολογοῦντας εἰσφέρει. Τοῦ γὰρ ἁπλλάχθαι μὲν ὁλοτρόπως τῆς πρώτης τε καὶ ἐν ἀρχαῖς ἐνθύσης αὐτοῖς ἀμαθίας, μεταφοιτῆσαι δὲ λοιπὸν εἰς γε τὸ ἐλέσθαι φρονεῖν τὰ αὐτῷ δοκοῦντα καὶ μόνῳ τῷ διασώσαντι Θεῷ, γένοιτ' ἂν ἀνάδειξις ἐναργὴς, τὸ ἐπείγεσθαι δοξολογεῖν, καὶ καθάπερ τινὰ θυσίαν πνευματικὴν προσκομίζειν αὐτῷ τὰς εὐχαριστίας. Οὐκοῦν κατ' ἐκεῖνο, φησὶ, τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν ἂν γένοιτο δίοδος ἐν Αἰγύπτῳ, τοῦτ' ἔστι, τοῖς τὸν εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον πρεσβεύουσι λόγον, Σὺ, φησὶν, ὁ ἐν σκότῳ πάλαι βαθεῖ, καὶ πικρὸς εἰδωλολάτρης ὁ ταῖς τῶν δαιμονίων ἀπάταις ἐγκεχωσμένος, ὅταν τις

[78] Isa. x, 22.

Digitized by Google

τῆς διανοίας ὄμμασιν ἀναβλέψῃς πρὸς τὸ φῶς· ὅταν A
ἴδῃς τοῦ κεκληκότος τὴν δόξαν, καὶ εἰς αἴσθησιν ἐν-
εχθῇς, ἐξ οἵων εἰς οἷα μετακεχώρηκας πράγματα·
καὶ ὅτι πικρῷ τυράννῳ κατεζευγμένος, ἔξω μὲν τῆς
ἐκείνου γέγονας πλεονεξίας, ὑπέδραμες δὲ τὴν ἐπι-
κουρίαν τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ καὶ διασώζοντος
τοὺς ἀπολωλότας· τότε δή, τότε σεαυτῷ δὴ λίαν καὶ
μάλα εἰκότως ἐπιγαννύμενος ἀναφωνήσεις λέγων·
Εὐλογήσω σε, Κύριε, διότι ὠργίσθης μοι, καὶ ἀπέστρε-
ψας τὸν θυμόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἠλέησάς με. Ἀνα-
κομίζουσι δὲ τὰ χαριστήρια, καὶ ἀνάπτουσι τὰς δο-
ξολογίας, οὐχ ὅτι γεγόνασιν ὑπὸ θείαν ὀργήν, ἀλλ' ὅτι
γεγονότες ἠλέηνται. Ὠργίσθαι δέ φαμεν τοῖς τὰ τοιάδε
λέγουσι τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, δῆλον ὅτι τοῖς εἰδωλολά-
τραις. Διὰ ποίαν αἰτίαν; Παῦλος ἡμῖν ὁ θεσπέσιος
σαφηνιεῖ γεγραφώς· « Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράν- B
θησαν. Καὶ ἠλλάξαντο τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ,
ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετει-
νῶν καὶ ἑρπετῶν, καὶ τετραπόδων. Ταύτῃ τοι, » φησὶ,
« παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, καὶ εἰς
πάθη ἀτιμίας ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα. » Οἱ γὰρ δὴ
τὴν θείαν παρασημάναντες δόξαν, καὶ τῆς ἀνωτάτω
φύσεως τὸ ἐξαίρετον κάλλος τοῖς οὕτως οἰκτροῖς ἀνα-
θέντες κτίσμασι, πῶς οὐ σφόδρα εἰκότως τοῖς ἐκ
θείας ὀργῆς κινήμασιν ὑπενεχθεῖεν ἄν; Ἐπειδὴ δὲ,
φησὶν, ἀπέστρεψας τὸν θυμόν σου, ἠλέησάς με (κέ-
κλημαι γὰρ εἰς ἐπίγνωσιν διὰ πίστεως, οὐ κατὰ τὰ
ἔργα ἃ ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, καθὰ γέγραπται, ἀλλὰ κατὰ
τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος)· ταύτῃ τοι, φησὶν, εἰς αἴσθησιν
τῆς μεγαλοδωρίας ἐνηνεγμένος, ἀκατάληκτον προσ- C
οίσω σοι τὴν δοξολογίαν, καὶ δὴ καὶ ἐρῶ· Ἰδοὺ ὁ Θεός
μου, Σωτήρ μου Κύριος, πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ
καὶ σωθήσομαι ἐν αὐτῷ. Πάλαι μὲν γὰρ ξύλοις τε
καὶ λίθοις προσπίπτοντες, καὶ τοῖς ἀναισθήτοις ἀγάλ-
μασι προσκομίζοντες θυσίας, σώζεσθαι δι' αὐτῶν πα-
ρεκάλουν. Ἐπειδὴ δὲ Θεὸν ἐγνώκασιν τὸν ἀληθινὸν,
τοὺς ψευδωνύμους παρωσάμενοι, αὐτόν τε καὶ μόνον
καταδεικνύουσι λέγοντες· Ἰδοὺ ὁ Θεός μου Σωτήρ
μου Κύριος. Οὐκ ἐπὶ ξύλοις ἔτι καὶ λίθοις ἔσομαι
πεποιθὼς, φησὶν, ἀλλ' ἐπ' αὐτῷ καὶ μόνῳ, καὶ δι'
αὐτοῦ σωθήσομαι. Κἂν ὁ πάλαι πλεονεκτήσας καὶ
συναρπάσας εἰς πλάνην, προσέρχεται πάλιν πειρά-
ζων καὶ μαχόμενος, Νικήσω, φησὶν, ὅτι ἡ δόξα μου
καὶ ἡ αἴνεσίς μου Κύριος. Ὁρᾷς ὅπως ἐγνώκασιν ὅτι
σωτήριον χρῆμα τὸ δοξολογεῖν; « Θῦσον » γὰρ, φησὶ, D
« τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ Ὑψίστῳ τὰς
εὐχάς σου. » Καὶ, « Ἐπικαλέσεις με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώ-
σου, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. »

Καὶ ἀντλήσατε ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ Σωτηρίου.

Φιλότιμος ὁ κεκληκὼς, ἕτοιμος εἰς ἀντίδοσιν ὁ διατώσας Θεὸς, εὐεργετεῖ τοὺς ἐπεγνωκότας, θείοις τε καὶ πνευματικοῖς κατευφραίνει πλουσίως τοὺς δοξολογοῦντας αὐτόν. Ἄθρει γὰρ ὅπως οἱ μὲν ὡμολόγουν λέγοντες· Ἰδοὺ ὁ Θεός μου, Σωτήρ μου Κύριος, πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ· ὁ δὲ παραχρῆμα, καὶ πηγὰς αὐτοῖς καὶ ὕδωρ ἐπαγγέλλεται σωτήριον. Ἔδει

spexeris, cum contemplatus fueris vocantis gloriam, et ad sentiendum redieris ex qualibus in quantas res transisti, atque ut et ab acerbo tyranno subjugatus, ab ejus tyrannide liber factus es, et ad Dei cuncta potentis, qui perditos conservat, opem confugeris : tunc quidem, tunc apud te multum et sane meritissime glorians, acclamabis dicens : Benedicam te, quia iratus es mihi, et avertisti furorem tuum a me, et misertus es mei. Offerunt autem gratiarum hostias, ac gloriam tribuunt, non quod iræ divinæ subjicerentur, sed cum subjecti et obnoxii fuissent, misericordiam consecuti sunt. Irasci dicimus talia loquentibus universitatis Deum, videlicet simulacrorum cultoribus. Quam ob causam? Paulus divinus nobis aperiet, dicens : « Cum se dicerent sapientes esse, infatuati sunt, et mutarunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volatilium, et quadrupedum, et reptilium. Propterea, » inquit, « tradidit eos Deus in reprobum sensum, et in cupiditates ignominiosas, ut faciant quæ non decent [79]. » Qui enim divinam adumbrarunt gloriam, et supremæ naturæ excellentem pulchritudinem adeo miseris creaturis attribuerunt, annon justissime divinæ iræ severitati subjicerentur? Cum autem, ait, avertisti furorem tuum, misertus es mei (vocati enim sumus ad agnitionem per fidem : non ex operibus quæ fecimus nos, sicut scriptum est [80], **212** sed ex multa ejus misericordia), idcirco, inquit, ad intelligentiam tuæ magnificentiæ perductus, assidue tribuam tibi gloriam et laudes, et dicam : Ecce Deus meus, Servator meus Dominus, confidam ei, et salvus ero. Quondam enim lignis lapidibusque procidentes, et imaginibus sensu carentibus offerentes sacrificia, servari per illa rogabant. At postquam, Deo vero agnito, falso nominatos profligarunt, illum et solum demonstrant, dicentes : Ecce Deus meus, Servator meus Dominus. Non jam lignis, non lapidibus fidam amplius, inquit, sed in eo, et quidem solo, et per ipsum servabor. Et licet qui olim spoliavit et in errorem abripuit, rursus accedit tentans et pugnans, Vincam tamen, inquit, quia gloria mea et laudatio mea Dominus. Viden' quomodo noverint salutare esse, laudes canere ac glorificare? « Sacrifica » enim, inquit, « Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua [81]; » et : « Invocabis me in die afflictionis tuæ, et eripiam te, et glorificabis me [82]. »

VERS. 3. *Et haurite aquam cum lætitia de fontibus Salutaris.*

Gloriosus ille qui vocavit, promptus et paratus ad remunerationem, qui conservavit Deus, benefacit agnoscentibus, et gloria decorantes ipsum divinis atque spiritalibus donis affatim exhilarat. Contemplare etenim, quo pacto hi quidem confitebantur dicentes : Ecce Deus meus, Servator meus Dominus, confidam ei. Ille confestim et fontes ipsis, et

[79] Rom. I, 22 sqq. [80] Tit. III, 5. [81] Psal. XLIX, 14. [82] ibid. 15.

Digitized by Google

aquam promittit salutarem. Decuit enim, decuit e tenebris ad lucem emergentes, ex ignorantia gentilium ad agnitionem veri Dei vocatos, pædagogiæ et verbi, quod exhilarat et potest eos in pietatis officio continere, neutiquam esse expertes. « Non enim, » inquit, « in solo pane vivet homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei [83]. » Aquam ergo nominat vivificum Dei verbum, fontes autem sanctos apostolos et evangelistas : adde etiam ipsos prophetas, Salutare vero Christum. Vos igitur, ait, qui confessionibus fidei me natura et universitatis Deum exhilaratis, recipietis et divinam et spiritalem hilaritatem, haurientes verbum quod continere et corroborare in hoc vos poterit, ex fontibus Salutaris, id est, Christi. Ipse enim constituit **213** sanctos apostolos, de quibus et beatus David psallit : « Apparuerunt fontes aquarum, et retecta sunt fundamenta orbis terrarum [84]. » Fontes siquidem aquarum sunt divini discipuli, qui sermones e supernis et per Spiritum in universum orbem terrarum depluunt. Sunt item et fundamenta mundi. Lapis enim selectus Christus, qui positus a Deo et Patre dicitur in fundamenta Sion, id est, Ecclesiæ : ipsi namque innitimur, et per fidem ædificamur domus spiritualis in templum sanctum, in ædificium Dei in spiritu. Lapides vero secundum ipsum sive fundamenta orbis terræ possent esse ac dici, idque jure optimo, qui illum per omnem terram prædicant. Nam scripta eorum nos sustinent, ac firmitate et constantia fidei et veritatis fulciunt.

γὰρ, ἔδει τοὺς ἐκ σκότους ὁραμόντας πρὸς τὸ φῶς, τοὺς ἐξ ἀμαθίας Ἑλληνικῆς εἰς ἐπίγνωσιν κεκλημένους τοῦ κατὰ ἀλήθειαν ὄντος Θεοῦ μὴ ἀμοιρῆσαι παιδαγωγίας καὶ λόγου τοῦ κατευφραίνοντος, καὶ συνέχειν αὐτοὺς ἰσχύοντος πρὸς εὐσέβειαν. « Οὐ γὰρ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται, » φησὶν, « ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ. » Ὕδωρ μὲν οὖν ἀποκαλεῖ τὸν ζωοποιὸν τοῦ Θεοῦ λόγον· πηγὰς δὲ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους τε καὶ εὐαγγελιστὰς, προσθεὶς δ' ἂν ὅτι καὶ αὐτοὺς τοὺς προφήτας· Σωτήριον δὲ τὸν Χριστόν. Ὑμεῖς τοιγαροῦν, φησὶν, οἱ ταῖς εἰς πίστιν ὁμολογίαις ἐμὲ τὸν φύσει καὶ τὸν ὅλων Θεὸν εὐφραίνοντες, ἀντικομιεῖσθε θείαν τε καὶ πνευματικὴν εὐφροσύνην, ἀρυόμενοι τὸν λόγον τὸν εἰς τοῦτο ὑμᾶς συνέχειν ἰσχύοντα ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ Σωτηρίου, τοῦτ' ἔστι, Χριστοῦ. Αὐτὸς γὰρ ἀνέδειξε τοὺς ἁγίους ἀποστόλους· περὶ ὧν καὶ ὁ μακάριος ψάλλει Δαβίδ· « Ὤφθησαν αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων, καὶ ἀνεκαλύφθησαν τὰ θεμέλια τῆς οἰκουμένης. » Πηγαὶ μὲν γὰρ ὑδάτων εἰσὶν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, τοὺς ἄνωθεν καὶ διὰ τοῦ Πνεύματος τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἀναβρύοντες λόγους. Εἰσὶ δὲ ὁμοίως καὶ θεμέλια τοῦ κόσμου. Λίθος μὲν γὰρ ἐκλεκτὸς ὁ Χριστὸς, ὃς καὶ τεθεῖσθαι λέγεται παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς εἰς τὰ θεμέλια τῆς Σιὼν, τοῦτ' ἔστι, τῆς Ἐκκλησίας. Αὐτῷ γὰρ ἐπερειδόμεθα καὶ διὰ πίστεως ἐποικοδομούμεθα οἶκος πνευματικὸς εἰς ναὸν ἅγιον, εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν πνεύματι. Λίθοι δὲ μετ' αὐτὸν, ἤτοι θεμέλια τῆς οἰκουμένης, εἶεν ἂν ὀνομάζοιντό τε καὶ σφόδρα εἰκότως οἱ διακηρύττοντες αὐτὸν τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν. Ἀνέχουσι γὰρ ἡμᾶς τὰ αὐτῶν συγγράμματα πρὸς ἑδραιότητα καὶ βεβαίωσιν τὴν ἐν πίστει τε καὶ ἀληθείᾳ.

VERS. 4-6. *Et dices in die illa : Hymnis celebrate Dominum, invocate nomen ejus, annuntiate in gentibus gloriosa ejus, commemorate quoniam exaltatum est nomen ejus. Laudate nomen Domini, quoniam excelsa fecit, annuntiate hæc in omni terra. Exsultate et lætamini, qui habitatis Sion, quia exaltatus est Sanctus Israelis in medio tui.*

Καὶ ἐρεῖς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, *Ὑμνεῖτε Κύριον, βοᾶτε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔνδοξα αὐτοῦ· μιμνήσκεσθε, ὅτι ὑψώθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ὑμνήσατε τὸ ὄνομα Κυρίου, ὅτι ὑψηλὰ ἐποίησεν· ἀναγγείλατε ταῦτα ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Ἀγαλλιᾶσθε καὶ εὐφραίνεσθε, οἱ κατοικοῦντες ἐν Σιὼν, ὅτι ὑψώθη ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραὴλ ἐν μέσῳ σου.*

O rem admirandam et incredibilem ! Qui modo mysteriis initiatus est, dein ad Salutaris fontes accessit, vitalesque hausit latices, tantam videtur cepisse progressionem, ad hoc, inquam, ut fidus et germanus exsistat, ut statim apostolicum ministerium ostendat, et non solum ut ad glorificandum Deum instigabatur solus, sed jam aliis quoque omnibus hoc factitandum mandat, dicens : Hymnis prædicate Deum, invocate nomen ejus. Et quibusnam injungit invocare, perspicuum facit, dicens illico : Annuntiate in gentibus gloriosa ejus. Ne enim, inquit, lateat Servatoris gloria. Omnibus conspicua sit divina ejus vis atque potestas. Servavit, nec mala refricat : sustulit inexpugnabilem diaboli ac dæmoniorum tyrannidem, redemit deceptos, in libertatem asseruit captivitate constrictos. Fausta nuntiavit cæcis, ut visum reci-

Ὦ παραδόξου πράγματος ! Ὁ ἀρτίως μυσταγωγούμενος, εἶτα περιτυχὼν ταῖς τοῦ Σωτηρίου πηγαῖς καὶ τὸ ζωαρκὲς ἀρυσάμενος νᾶμα, τοσαύτην ὁρᾶται προσειληφὼς τὴν ἐπίδοσιν, τὴν εἴς γε φημὶ τὸ εἶναι πιστὸς καὶ γνήσιος, ὥστε καὶ ἀποστολικὴν αὐθὶς ἐνδείκνυται λειτουργίαν. Καὶ οὐχ ὅπως αὐτὸς δοξολογεῖν ἐπείγετο μόνος, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῦτο ὁρᾶν ἐπιτάττει λέγων· Ὑμνεῖτε Κύριον, βοᾶτε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ τίσιν ἆρα προστάττει βοᾶν, ἐναργὲς καθίστησιν ἐπιλέγων εὐθύς· Ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔνδοξα αὐτοῦ. Μὴ γὰρ δὴ λανθανέτω, φησὶ, τοῦ Σωτῆρος ἡ δόξα, ἅπασιν ἔστω καταφανὴς ἡ θεοπρεπὴς αὐτοῦ δύναμίς τε καὶ ἐξουσία. Σέσωκε μὲν ἀμηνσικάκως· καθεῖλεν ἄμαχον τυραννίδα τὴν τοῦ διαβόλου καὶ τῶν δαιμονίων· ἐλυτρώσατο τοὺς ἠπατημένους· ἠλευθέρωσε τοὺς ἐν αἰχμαλωσίᾳ· εὐηγγελίσατο τυφλοῖς ἀνάβλεψιν

[83] Matth. IV, 4. [84] Psal. XVII, 16.

Digitized by Google

Dixi sævos et superbos fuisse Moabitas, et impostoris dæmonum fretos ac magica arte, ratos, se omnium potentiam superaturos, ipsumque adeo Israelem, etiamsi Deus succurreret : igitur in ea quæ vocatur Lebedon, aram habebant et delubrum admirabile, quantum ad structuram pertinet, ibi celebrabant vaticinia, ac se plurimum efferebant, et præ cæteris hunc locum venerabilem augustumque reddebant. Sed peribit, inquit, etiam vaticinii hujus officina.

Illuc ascendetis ad plorandum super Nabay Moabitidis.

Civitas autem hæc munitissima est.

Plorate, inquit : super omne enim caput calvitium.

Id est, una pervadet omnes ignominia : calvitium quippe ignominiæ symbolum.

Erunt et omnia brachia concisa.

Plangendo et lamentando : vel quod idolorum cultoribus solenne fuerit incisiones tum genis, tum brachiis inferre. Frustra igitur et hoc agetis, inquit, siquidem res est omnino inutilis.

VERS. 3, 4. *Igitur in plateis ejus circumcingimini saccos, et plangite in domibus, et in plateis, et in vicis ejus. Omnes ululate cum planctu, quia clamavit Esebon, et locuta est* (1), *donec exaudita est vox ejus.*

Effigiem urbium non mediocri terrore fluctuan-

A Ἀσσυρίων καὶ Βαβυλωνίων τύραννος καταδηώσων τὴν Ἰουδαίαν. Εἶλε δὲ τὰς τῆς Σαμαρείας πόλεις. Μωαβῖται δὲ πάλιν καταμειδιῶντες τῶν ἀπολωλότων ἐπετώθαζον οὐ μετρίως, καὶ κατονειδίζοντες διετέλουν τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν. Ταύτῃ τοι δέδονται καὶ αὐτοὶ τῶν συμβεβηκότων αὐτοῖς · ἐξ ὀργῆς δηλονότι τῆς

Νυκτὸς ἀπολεῖται ὁ Μωαβίτης · νυκτὸς γὰρ ἀπολεῖται τὸ τεῖχος τῆς Μωαβίτιδος.

Τινὲς τῶν ταῦτα ἠκριβωκότων παρέδοσαν ὅτι μελλόντων τῶν ἐπ' αὐτοῖς αἴρειν πόλεμον τῶν Βαβυλωνίων, σεισμοῦ γεγονότος κατεδονήθη τοσοῦτον Μωαβιτῶν μητρόπολις, ὡς ὅλον αὐτῆς αὐτομάτως κατασεισθῆναι τὸ τεῖχος ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ · οὗ δὴ B γεγονότος, πρὸ τῆς τῶν πολεμίων ἐφόδου, μονονουχὶ καὶ ἀπόλωλεν αὐτοῖς ἡ τῆς σωτηρίας ἐλπίς. Ταύτῃ τοι φησὶ νυκτὸς ἀπολεῖσθαι τὴν Μωαβίτιδα.

Ἀλλὰ λυπεῖσθε, φησὶν, ἐφ' ἑαυτοῖς.

Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι, Πλειστάκις ὀφρὺν ἐπαίροντες ὑψηλὴν ταῖς ἑτέρων ἐνετρυφήσατε συμφοραῖς · ἀλλὰ νῦν ἐφ' ὑμᾶς αὐτοὺς ὁ πόλεμος τρέχει, καὶ τὰ ἐντεῦθεν βλάβη ταῖς ἀνοσίαις ὑμῶν ἐπικρέμαται κεφαλαῖς. Λυπεῖσθε τοίνυν οὐκ ἐφ' ἑτέροις τισὶν, ἀλλ' ἐφ' ἑαυτοῖς.

Ἀπολεῖται γὰρ Λεβηδὼν, οὗ ὁ βωμὸς ὑμῶν.

Ἔφην ὅτι δεινοὶ καὶ ἀγέρωχοι Μωαβῖται γεγόνασι, καὶ ταῖς τῶν δαιμονίων ἀπάταις ἐπιθαρσήσαντες, καὶ διὰ μάγου τέχνης κατευμεγεθήσειν οἰόμενοι τῆς ἁπάν- C των χειρὸς, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Ἰσραὴλ κἂν εἰ ἐπαμύνοι Θεός · οὐκοῦν ἐν τῇ καλουμένῃ Λεβηδὼν, βωμὸς ἦν αὐτοῖς καὶ τέμενος οὐκ ἀθαύμαστον, τόγε ἧκον εἰς κατασκευήν. Ἐκεῖ τὰς μαντείας ἐπετέλουν, ἐφρόνουν τε μέγα, καὶ σεπτὸν ὅτι μάλιστα παρὰ τοὺς ἄλλους ἐποιοῦντο τὸν χῶρον. Ἀλλ' ἀπολεῖται, φησὶ, καὶ τὸ τῆς μαντείας ὑμῶν ἐργαστήριον.

Ἐκεῖ ἀναβήσεσθε κλαίειν ἐπὶ Ναβαῦ τῆς Μωαβίτιδος.

Πόλις δὲ αὕτη τῶν ἁλκιμωτάτων.

Ὀλολύξατε, φησὶν · ἐπὶ γὰρ πάσης κεφαλῆς φαλάκρωμα.

Τοῦτ' ἔστιν, ἀτιμία κατὰ πάντων δραμεῖται μία. Φαλάκρωμα γὰρ ἀτιμίας σύμβολον.

Ἔσονται δὲ καὶ πάντες βραχίονες κατατε- D *τμημένοι.*

Ἀπὸ τοῦ κόπτεσθαι καὶ θρηνεῖν. Ἢ ὅτι τοῖς εἰδωλολατροῦσιν ἔθος τὰς καλουμένας ἐντομίδας ταῖς τε παρειαῖς καὶ τοῖς βραχίοσιν ἐπιφέρειν. Μάτην οὖν ἄρα καὶ τοῦτο δράσετε, φησὶν, ἀνόνητον γὰρ τὸ χρῆμα παντελῶς.

Οὐκοῦν ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς περιζώσασθε σάκκοις, καὶ κόπτεσθε ἐπὶ τῶν δωμάτων αὐτῆς, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς, καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις αὐτῆς, πάντες ὀλολύζετε μετὰ κλαυθμοῦ, ὅτι κέκραγεν Ἐσεβὼν, καὶ ἐλάλησεν ἕως ἠκούσθη ἡ φωνὴ αὐτῆς.

Πόλεων ἡμῖν οὐ μετρίοις δείμασιν ἐνησχημένων

(1) Sept. legunt pro Ἐλάλησε, *locuta est*, Ἐλεαλή, ut est in Hebr.

Digitized by Google

καταγράφει σχῆμα τῆς προφητείας ἡ δύναμις. Πολέμου γὰρ περισχόντος, καὶ συμφορᾶς τῆς ἐσχάτης ἐπενηνεγμένης πόλεσί τε καὶ οἴκοις, οἱ μὲν πλατείαις καὶ στενωποῖς οἰμώζοντες διαθέουσι. Τό γε μὴν ὅσον ἐστὶν ἀσθενές τε καὶ ἄμαχον, οἷον τὸ θηλύων γένος, καὶ τὸ νηπίων ἐπ' αὐτῶν ἀνεπήδησε δωμάτων, κομμὸν ποιεῖται καὶ ὀλολυγὴν, ταῖς τῶν πολεμίων ἐνορῶν φάλαγξι, καὶ τὴν ὅσον οὐδέπω παρεσομένην ἐννοήσαντες σφαγήν. Ὀλολύξατε τοίνυν· κέκραγε γὰρ Ἐσεβὼν, καὶ ἐλάλησεν ἕως ἠκούσθη ἡ φωνὴ αὐτῆς. Πόλεις δὲ ταύτας εἶναί φησι τὰς Μωαβίτιδος τὰς μαχιμωτάτας. Ἀλλ' εἰ καὶ οὕτως ἔχοιεν, φησὶ, τοσαύτην ποιήσονται τὴν ὀλολυγὴν, ὡς μὴ λεληθότως, μηδὲ ἐν παραδύστῳ κλαίειν, ἀκουστὴν δὲ μᾶλλον γενέσθαι τὴν φωνὴν, καὶ ἀναφανδὸν ὀλοφύρεσθαι, κατημεληκότων τῶν ἐν αὐταῖς τῆς αὐτῆς συνήθους ἀνδρείας, συντεθραυσμένων δὲ οὕτως, ὡς ἀμοιρῆσαι παντελῶς εὐσθενείας τε καὶ θράσους, καὶ τῶν εἰς ἀλκὴν ἐννοιῶν καὶ ἐγχειρημάτων.

A tium, nobis prophetica sententia describit. Bello enim circumsistente, et ultima **250** calamitate, tam urbibus quam domibus invecta, illi in plateis et angiportis ejulantes discurrunt, quodcunque nimirum imbecillum est ac imbelle, veluti feminarum, et infantium genus, domi exsiliens, luctum edit et ejulatum, cum hostiles phalanges aspicit, cum jamjam affore cædem cogitant. Plorate igitur, clamavit enim Esebon, et locuta est, donec exaudita est vox ejus. Urbes has narrant esse Moabitarum bellicosissimas. At tametsi, inquit, ita sint, tantum attamen luctum excitabunt, ut non obscure, non in abscondito plorent, imo ita ut percipi auribus vox possit, et clare ejulent, incolis suam fortitudinem solitam B negligentibus, et ita contusis et accisis, ut prorsus nihil virium, nihil nervorum habeant, nihilque fortiter aut cogitent aut suscipiant.

Ἡ ὀσφὺς τῆς Μωαβίτιδος βοᾷ· ἡ ψυχὴ αὐτῆς γνώσεται, καὶ καρδία τῆς Μωαβίτιδος βοᾷ ἐν αὐτῇ, ἕως Σηγώρ· δάμαλις γάρ ἐστι τριέτης. Ἐπὶ δὲ τῆς ἀναβάσεως τῆς πρὸς σὲ, κλαίοντες ἀναβήσονται τῇ ὁδῷ Ἀρωνιείμ· βοᾷ σύντριμμα καὶ σεισμός.

Vers. 5. *Lumbus Moabitidis clamat : anima ejus cognoscet, et cor Moabitidis clamat in ipsa usque ad Segor : vitula enim est triennis. Super autem ascensum ad te flentes ascendent via Aroniim : clamat contritio, et concussio.*

Προσβάλλουσιν ἀεὶ τῶν ἀνηκέστων συμφορῶν δριμεῖαί τε λύπαι, καὶ ἀθυμίαι παγχάλεποι, καὶ δειμάτων ἔφοδος, οὐκ ἀνικάνως ἔχουσα καὶ τὴν ἄγαν εὐτολμοτάτην καταθραῦσαι καρδίαν. Ἐντεῦθεν οἶμαί C τισι πρόσωπα μὲν γενέσθαι σκυθρωπὰ, καὶ οἷον ἐκ βάθους ἀναπηδῶντας στεναγμοὺς, καὶ τῆς ἔσω φλογὸς τὴν ζέσιν διερμηνεύοντα. Ἡ ὀσφὺς τοιγαροῦν τῆς Μωαβίτιδος βοᾷ· τοῦτ' ἔστιν, ἐν ὠδῖσίν ἐστιν, καὶ κεκρυμμένους ἔχει τοὺς πόνους, προκαταπτοουμένη δηλονότι ταῖς φήμαις, καὶ τὸν οὐδέπω παρεσόμενον ἐννοοῦσα πόλεμον. Ἔγνω γὰρ τοῦτο ἡ ψυχὴ αὐτῆς. Ταύτης τε ἕνεκα τῆς αἰτίας, ὀλοφύρεταί τε καὶ κέκραγεν ἐν αὐτῇ ἕως Σηγὼρ, τοῦτ' ἔστι, Μωαβῖτις ἅπασα χώρα, μέχρι καὶ αὐτῶν τερμάτων. Φασὶ γὰρ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ὅροις τῶν Μωαβιτῶν τεθεῖσθαι τὴν Σηγώρ. Τίνος οὖν ἕνεκα ταῦτα συμβήσεται παθεῖν αὐτήν; Δάμαλίς ἐστι τριέτης. Ὁ τρίτος ἐνιαυτὸς τοῖς ἀλόγοις τῶν ζώων ἀρκεῖ πρὸς ἀκμὴν, καὶ εἰς τὸ σφριγῶσαν αὐτοῖς ἐνεργήσασθαι δύναμιν. Τοιγάρτοι D καὶ τοῦ χρῆναι δαμάζεσθαι καιρὸς αὐτοῖς ἐκεῖνός ἐστιν. Ἕως τοίνυν ἐστὶν ἡ δάμαλις ἀπειρόζυγος, σφριγῶσά τε καὶ νέα, καὶ ἀρτιφυὲς ἐκφέρουσα κέρας, κατασκιρτῶσα τῶν αὐλῶν καὶ τῶν ἐπαύλεων κατορχεῖται πλειστάκις· τοιαύτη τις γέγονεν ἡ Μωαβιτῶν, ἐπιπηδῶσα τοῖς πέλας, καὶ κατασκιρτῶσα τῶν ἀσθενεστέρων. Ὑψηλὴν δὲ εἶναί φασιν αὐτὴν, καὶ λεωφόρον τινὰ τὴν Ἀρωνιείμ οὕτω κεκλημένην, ἀνακομίζειν τε εἰς αὐτὴν τοὺς ἐξ ἑτέρων ἥκοντας ἢ πόλεων ἢ χωρῶν. Ἐπ' αὐτῆς τοίνυν, φησὶ, τῆς ἀναβάσεως τῆς Ἀρωνιείμ, κλαίοντες ἀναβήσονται. Φωνὴ δὲ τοῖς κλαίουσι, σύντριμμα καὶ συσσεισμός. Προανακεκράγασι γὰρ τὰ ἐκ τοῦ πολέμου συμβησόμενα πάθη, μονονουχὶ συσσείοντος ἅπαντα, πόλεις τε καὶ οἴκους, καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς συντρίβοντος.

Immittunt se et ingerunt semper ante incurabiles calamitates, diri cruciatus et exanimationes acerrimæ, pavorumque incursio, quæ satis est ad animum fidentissimum labefactandum. Hinc fit, arbitror, ut quibusdam facies tetricæ sint, et suspiria veluti ex profundo trahantur, internæ flammæ fervorem exprimentia. Clamat igitur lumbus Moabitidis, id est, in doloribus est, labores angoresque habens intestinos rumoribus ante perculsus, bellumque nondum intentatum persentiscens. Cognovit enim hoc anima ejus. Hanc ob causam lamentabatur et clamabat in se usque ad Segor, nimirum tota regio Moabitica, et usque ad ipsos terminos. Narrant videlicet in ipsis finibus Moabitarum sitam esse Segor. Cujus igitur rei gratia hæc ei accident? Vitula est triennis. Tertius annus animantibus ratione carentibus, ad ætatis florem, et ad maturas vires efficiendas sufficit. Itaque et eo tempore domari debent. Quamdiu ergo vitula est jugi inexperta, lasciviens et juvencula, et tenerum ac novum cornu proferens, exsultans ex septis et vestibulis ac stabulis, saltitat **251** identidem. Talis exstitit Moabitis, insultans vicinis, et in infirmiores insiliens. Excelsam autem dicunt esse, et popularem Aroniim ut vocatur, recipereque quotquot ad eam ex aliis seu urbibus, seu regionibus ventitant. Igitur, ait, ex ascensu Aroniim flentes ascendent. Vox autem flentium est, contritio et concussio. Siquidem clamarunt ob acerbitates eventuras ex bello, quod scilicet omnes tam urbes, quam domos concutit, et qui in iis sunt conterit.

Τὸ ὕδωρ τῆς Νεβρεὶμ ἔρημον ἔσται, καὶ ὁ χόρ

Vers. 6. *Aqua Nemrim deserta erit, et herba ejus*

Digitized by Google

deficiet : herba enim viridis non erit ; nunquid et sic debet servari?

Urbem Nebrim [al. *Nemrim*] positam esse aiunt in extrema ora regionis, mari Rubro vicinam, adeoque aquosam et feracem, ut equis multis abundare possit, ideoque esse etiam pugnacissimos homines, habereque equitatum bellandi peritum. Ex divina ergo, inquit, ira, ex hostium impressione, destituta erit aquis, viridique herba. Quosane facto, jacebit omnino rei militaris scientia, sublatis ante equis, ac inedia intereuntibus. At si hoc, inquit, fiat, num igitur alte de se ac tam magnifice sentiet? Num si hoc contigerit, servabitur, et inimicorum manus effugiet? Fracta enim et exstincta eorum potentia, quæ demum erit spes salutis?

VERS. 7-9. *Inducam enim in vallem Arabes, et capient eam. Pertigit enim clamor ad terminum Moabitidis Agallim; et ejulatio ejus usque ad puteum Elim. Aqua Rhembon* [al. *Dimon*] *replebitur sanguine. Inducam enim super Rhembon Arabes. Et tollam semen Moab et Ariel. Et residuum Adama mittam tanquam reptilia super terram.*

Partes Damascenorum ad Austrum maxime vergentes, innumerabilia genera eorum qui Saraceni vocantur, incolere dicunt, et ad Persiam usque porrigi. Ili arma contulerunt, copiasque junxerunt cum Babyloniis, et populati sunt Moabitidem : sequebantur quippe et ipsi, licet ex ea gente essent, Moabitarumque vicini. Vocati sunt enim hi quoque Arabes. Capiendum itaque dicit Neurim : Inducam enim super vallem Arabes, et capient **252** eam. Vallem, ut videtur, Neurim nominat, quippe quæ in concavo loco sita sit, nimirum cum aliæ urbes in altum evectæ, et in montibus positæ sint. Quoniam vero non pars Moabitarum bello attrita est, sed tota omnino ac in totum conquassata est, et in morem ebrii jactata; ideo inquit a finibus ad fines perventurum clamorem, ululantium videlicet et eorum, qui casum pereuntium soliti sunt deplorare. Pertigit enim clamor, inquit, terminum Moabitidis, Agallim, et ejulatio ejus usque ad puteum Elim. Extimas autem urbes, et in ipsis locatas terminis nominat: Agallim, inquam, et puteum Elim. Cumque lamentum per omnes provincias tollendum asseverasset, uti dicebam, inde ait : Aqua Rhembon implebitur sanguine. Maxime autem irriguam Rhembon esse perhibent. Sed replebitur sanguine, inquit, hoc scilicet dicens, quod sanguis belli tempore occumbentium, cum largitate et copia aquarum contendet, et rubefacti apparebunt fluvii, diffunderturque aqua terræ, non jam pura, non aquæ speciem habens, sed diversi coloris, et sanguinea. Capiendamque eam ait ab Arabibus, ut totum semen Moab, et Ariel, tollatur, id est, perdatur et conficiatur. Et residuum mittam, inquit, velut reptilia super terram. Qui enim sunt acres et acerbi,

A τος αὐτῆς ἐκλείψει· χόρτος γὰρ χλωρὸς οὐκ ἔσται, μὴ καὶ οὕτως μέλλει σωθῆναι;

Πόλιν εἶναί φασι τὴν Νεβρεὶμ κειμένην μὲν ἐν ἐσχατιαῖς τῆς χώρας, γειτνιῶσαν θαλάσσῃ τῇ Ἐρυθρᾷ, εὔυδρον δὲ οὕτως καὶ εὔβοτον, ὡς καὶ ἵππον δύνασθαι κεκτῆσθαι πολλὴν τοὺς ἐν αὐτῇ· ταύτῃ τοι καὶ εἶναι μαχιμωτάτους, ἔχειν τε τὴν ἵππον ἐμπειροπόλεμον. Ἐκ θείας τοίνυν, φησὶν, ὀργῆς, ἐκ τῆς τῶν πολεμίων ἐφόδου, ἔρημος ἔσται καὶ ὑδάτων καὶ χόρτου χλωροῦ. Οὗ δὴ γεγονότος, ἀτονήσει πάντως ἡ τῶν τακτικῶν ἐμπειρία προανῃρημένων τῶν ἵππων, καὶ διολωλότων ὑπὸ λιμοῦ. Ἀλλ' εἰ τοῦτο γένοιτο, φησὶ, μὴ ἄρα φρονήσει μέγα καὶ οὕτως ἐφ' ἑαυτῆς ; μὴ τούτου συμβεβηκότος μέλλει σωθῆναι, καὶ τὰς τῶν πολεμίων διαδράναι χεῖρας ; προανῃρημένης γὰρ B αὐτῶν τῆς ἰσχύος, ποία τις ἔσται λοιπὸν ἡ τῆς σωτηρίας ἐλπίς;

Ἐπάξω γὰρ ἐπὶ τὴν φάραγγα Ἄραβας, καὶ λήψονται αὐτήν. Συνῆψε ἡ βοὴ τὸ ὅριον τῆς Μωαβίτιδος τῆς Ἀγαλλείμ, καὶ ὀλολυγμὸς αὐτῆς ἕως τοῦ φρέατος τοῦ Ἐλείμ. Τὸ δὲ ὕδωρ τὸ Ῥεμμὼρ πλησθήσεται αἵματος· ἐπάξω γὰρ ἐπὶ Ῥεμμὼρ Ἄραβας. Καὶ ἀρῶ τὸ σπέρμα Μωάβ, καὶ Ἀριήλ, καὶ τὸ κατάλοιπον Ἄδαμα ἀποστελῶ ὡς ἑρπετὰ ἐπὶ τῆς γῆς.

Τὰ νοτιώτατα μέρη τῶν Δαμασκηνῶν κατανέμεσθαί φασι τὰ τῶν καλουμένων Σαρακηνῶν ἀναρίθμητα γένη, καὶ μέχρι αὐτῆς παρατείνοντα τῆς Περσῶν. Αὐτοὶ συνωπλίζοντο τοῖς Βαβυλωνίοις, καὶ κατεδῄουν τὴν Μωαβιτῶν· εἵποντο γὰρ καὶ αὐτοὶ C καίτοι τάχα που καὶ γένος ὄντες, καὶ γείτονες τῇ Μωαβιτῶν. Κέκληντο γὰρ καὶ Ἄραβες καὶ αὐτοί. Ληφθήσεσθαι τοίνυν φησὶ τὴν Νεβρείμ· Ἐπάξω γὰρ ἐπὶ τὴν φάραγγα. Ἄραβας, καὶ λήψονται αὐτήν. Φάραγγα, δὲ κατὰ τὸ εἰκὸς, ὀνομάζει τὴν Νεβρεὶμ, διὰ τὸ ἐν κοίλῳ κεῖσθαι τόπῳ. Καίτοι τῶν ἑτέρων πόλεων ἠρμένων ὑψοῦ, καὶ ἐν ὄρεσιν οὐσῶν. Ἐπειδὴ δὲ οὐ μέρος ἦν τῆς Μωαβιτῶν τὸ τῷ πολέμῳ συντετριμμένον, ἀλλ' ὅλη δι' ὅλου κατεδονήθη τε καὶ σεσάλευται μεθύοντος δίκην· ταύτῃ τοι φησὶν ἐκ περάτων εἰς πέρατα συναφθήσεσθαι τὴν βοὴν, τῶν ὀλολυζόντων δηλονότι, καὶ τὸν τοῖς ἀπολεῖσθαι μέλλουσι θρῆνον ἐκμελετᾷν εἰωθότων. Συνῆψε γὰρ ἡ βοὴ τὸ ὅριον τῆς Μωαβίτιδος, φησὶ, τῆς Ἀγαλλείμ, καὶ ὀλο- D λυγμὸς αὐτῆς ἕως τοῦ φρέατος τοῦ Ἐλείμ. Τὰς δὲ ἔξω πόλεις, καὶ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς τέρμασι κειμένας ὀνομάζει, τήν τε Ἀγαλλείμ φημι, καὶ τὸ φρέαρ τοῦ Ἐλείμ. Τεθεῖσθαι δὲ τὸν θρῆνον εἰς πᾶσαν αὐτῶν τὴν χώραν διαβεβαιούμενος, ὡς ἔφην, εἶτά φησιν, ὅτι Τὸ ὕδωρ τὸ Ῥεμμὼν πλησθήσεται αἵματος. Ἐνυδροτάτην δὲ εἶναι λόγος τὴν Ῥεμμών. Ἀλλὰ πλησθήσεται, φησὶν, αἵματος, ἐκεῖνό που λέγων, ὅτι ταῖς τῶν ὑδάτων δαψιλείαις φιλονεικήσει κατὰ τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν τῶν πιπτόντων τὸ αἷμα· καὶ πεφοινιγμένοι μὲν ὀφθήσονται ποταμοὶ, κατασχεδασθήσεται δὲ τῆς γῆς τὸ ὕδωρ, οὐκέτι καθαρὸν, οὔτε μὴν ὕδατος ὄψιν ἔχον, ἀλλ' ἑτερόχρουν καὶ αἱματοειδές. Ληφθήσεσθαι δὲ καὶ αὐτὴν ἐξ Ἀράβων φησὶν, ὥστε ἅπαν μὲν σπέρμα Μωάβ, καὶ Ἀριὴλ ἐξαρθῆναι,

Digitized by Google

τοῦτ' ἔστιν, ἀπολέσθαι τε καὶ δαπανηθῆναι. Τὸ γε μὴν ὑπολελειμμένον ἀποστελῶ, φησὶν, ὡς ἑρπετὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Πικροὶ γὰρ ὄντες ἀεὶ βαδιοῦνται πρὸς αἰχμαλωσίαν, καθάπερ τινὲς ὄφεις ταῖς τινῶν ἐπῳδαῖς γεγοητευμένοι, καὶ οἷον ἀπονυστάξαντες, εἰς τὸ ἀσυνήθως ἥμερον. Τὸ γάρτοι λέγειν Ἀποστελῶ, τὸ ἐκπέμψαι δηλοῖ. Ἔθος γὰρ τοῖς ἑλοῦσι χώραν ἢ πόλιν, οὐχὶ πάντας ἅρδην ἀπολύειν ἔσθ' ὅτε, δεδαπανημένης ὃ τῆς μαχιμωτάτης πληθύος, ἐν δορυλήπτων ποιεῖσθαι τάξει τοὺς περιλελειμμένους. Εἰ δὲ χρή τινα καὶ ταῖς ἱστορίαις ἐφαρμόσαι λόγον ἀναγκαῖον, ἱστέον, ὅτι ψυχὴ μὲν τῷ θείῳ φόβῳ τετειχισμένη, ἰσχυρά τέ ἐστι καὶ δυσάλωτος, καὶ τῆς τῶν μαχομένων αὐτῇ κατευμεγεθοῦσα χειρός. Νικᾷ γὰρ ἀρχάς τε καὶ ἐξουσίας καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου, τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Εἰ B δὲ δὴ παρατρέποιτο πρὸς ἃ μὴ προσῆκεν, ἔξω τε τῆς εὐθείας φέροιτο τριβοῦ, καὶ τὸ Θεῷ δοκοῦν παρατρέχουσα, πρὸς τὰ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ καταφέροιτο πάθη, καὶ τὸν τῆς εὐπειθείας ἀποσείσαιτο ζυγὸν, ἀγυμνοῖ πάσης αὐτὴν ἐπικουρίας, καὶ οἷον ἀτείχιστον αὐτὴν ἀποφαίνει, καὶ ἀνασφαλεῖ τοῖς πολεμοῦσιν ἐργάζεται, καταλειαίνει τε τὰς ἐφόδους τὰς ἐπ' αὐτῇ τοῖς πάθεσιν, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον ἰσχῦσαι διαφυγεῖν. Οὕτω παραδίδονται μὲν εἰς ἀδόκιμον νοῦν, καὶ γεγόνασιν εὐάλωτοι ταῖς ἐκτόποις ἐπιθυμίαις, σώζει δὲ αὐτὰς οὐδὲν, ἀλλ' εἰσὶν ὑπὸ πόδας ἐχθρῶν, ἀνάνδρως διερριμμέναι. Ἐὰν μὲν γὰρ κλείσῃ κατὰ τοὺς ἀνθρώπους, φησὶν, ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, τίς ἀνοίξει, καὶ τὴν παναλκῆ τοῦ παραδεδωκότος πλευνεκτήσει δεξιάν; C Μένωμεν τοίνυν ἐν τῷ θείῳ φόβῳ. Κερδανοῦμεν γὰρ οὕτω τῆς ἄνωθεν εὐμενείας τὴν χάριν· καὶ κατανεανευσόμεθα πνευματικῶς, καὶ ἁμαρτίας, καὶ παθῶν, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας ὀλίγα κομιδῇ φροντίζοντες, πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως καταντήσομεν, τὴν εὐκλεᾶ καὶ δοκιμωτάτην κατορθοῦντες ζωήν.

A semper ibunt in captivitatem, velut serpentes quidam aliquorum incantationibus præstigiisque fascinati, et præter solitum mansueti, conniventes. Dicendo enim, Mittam, amandare denotat. In more enim est his qui ceperunt regionem, vel civitatem, quandoque omnes delere funditus, sed multitudine pugnacissima consumpta, reliquos in classe numeroque captivorum ponere. Si vero historiis alium quempiam sermonem necessarium inserere liceat: tenendum est, animam Dei timore, velut muro obseptam, fortem esse et quodammodo invictam, et manum eorum, qui cum ipsa pugnant, superare. Vincit enim principatus, et potestates, mundi dominos, rectores harum tenebrarum, spiritualia nequitiæ in supercœlestibus. Sin divertat ad ea quæ non convenit, et extra rectum callem feratur, et Dei placita præteriens ac prætercurrens, ad mundanas cupiditates devolvatur, atque jugum obedientiæ respuat: omni eam denudat **253** subsidio, et velut sine maceria patentem efficit, hostibusque reddit incustoditam, viam præstruit et complanat assultibus cupiditatum contra eam, ita ut nullo modo possit effugere. Sic traduntur quidam in reprobam mentem, fiuntque expugnabiles, expositique monstrosis cupiditatibus, nec quidquam defendit eos, sed pedibus inimicorum projecti sunt ignaviter. Si enim, inquit, clauserit contra hominem universitatis Deus, quis aperiet [16]? et præpotentem tradentis dexteram quis superabit? Permaneamus itaque in timore Dei. Sic enim supernæ misericordiæ gratiam lucrifaciemus, peccatum ac cupiditates spiritualiter tanquam juvenes vincemus, et diaboli tyrannidem parvi admodum ducentes, laudatam et probatissimam vitam recte instituentes, ad præmium supernæ vocationis perveniemus.

Μὴ πέτρα ἔρημός ἐστι τὸ ὄρος Σιών; Ἔσῃ γὰρ ὡς πτηνοῦ ἀνιπταμένου νεοσσὸς ἀφῃρημένος, θυγάτηρ Μωάβ.

Κατεστράτευσε τῆς Σαμαρείας κατὰ καιροὺς Σαλμανασὰρ ὁ Ἀστύριος, εἷλέν τε τὰς ἐν αὐτῇ πόλεις· καὶ προσέτι τῶν τῆς Ἰουδαίας προστδίκησε πολλὰς, καὶ δορύληπτον ἀπεκόμισε πληθὺν εἰς τὴν ἑαυτοῦ. Ταύτης τε ἕνεκα τῆς αἰτίας, ἐπετώθαζον τῇ Σιὼν D ἤτοι τῇ Ἱερουσαλὴμ τὰ Μωαβιτῶν ἔθνη, καὶ πέτραν αὐτὴν ἠρημωμένην ὠνόμαζον, οὐκ αὐτῆς που τάχα καταμειδιῶντες οἱ τάλανες, ἀλλὰ τοῦ ἐπὶ πάντας Θεοῦ· καὶ γοῦν καὶ ἔφασκον τὴν σώζουσαν αὐτοὺς ἀτονῆσαι χεῖρα, ταύτης τε ἕνεκα τῆς αἰτίας ὑπὸ πόδας ἐλθεῖν τῶν ἐχθρῶν. Ὦ τοίνυν θυγάτηρ Μωάβ, φησὶν, ἐνήθει δὲ πάντως ὁ λόγος, μὴ πέτρα ἔρημός ἐστι τὸ ὄρος Σιών; Ἆρα μόνη, φησὶ, κέκμηκεν ἡ Σιών; ἆρα μόνη πέπτωκεν ὑπὸ πόδας ἐχθρῶν; καὶ τὴν τῶν ἐνοικούντων αὐτὴν νενόσηκεν ἐρημίαν; ἢ τοῖς ἔτι χείροσιν αὐτῆς περιπέπτωκας; Ληφθήσῃ γὰρ παρ' ἐχθρῶν, καὶ οἷον ἐκ καλιᾶς νεοσσὸς ἀφῃρη-

Cap. XVI. Vers. 1, 2. *Num petra deserta est mons Sion? Eris enim veluti avis volantis pullus ablatus, filia Moab.*

Oppugnavit Samariam capta opportunitate Salmanasarus Assyrius, cepitque ejus civitates, porro etiam Judææ multas male tractavit, et captivam multitudinem in suam regionem abduxit. Hanc ob causam illuserunt Sioni seu Jerusalem gentes Moabitarum, et petram desertam eam appellarunt: non tam irridentes eam miseri homines, quam eum qui est super omnes Deus, quippe dictitantes ejus manum opitulatricem elanguescere, et hanc ob rem etiam sub pedes venire hostium. O igitur filia Moab, inquit: usitata quidem est semper hæc oratio: num petra deserta est mons Sion? An, inquit, sola laboravit ac succubuit Sion; an sola corruit sub pedibus inimicorum? Et inopia incolarum afflictatur? Vel tu in deteriora quam ea sit, incidisti? capieris enim ab hostibus, et tanquam e nido pullus ereptus in alienam migrabis regionem, et inimicis

[16] Job XII, 14.

Digitized by Google

servies; erisque apud illos captiva, miserabilis et profligata, et servituti subjecta. Utile igitur et necessarium præceptum illud : « Si ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas super eum, quia videbit Dominus, et non placebit ei, et avertet furorem suum ab ipso [27]. » Non enim convenit alienis lætari calamitatibus, nec id quod vicino accidit, nostræ voluptatis occasionem ansamque facere : at si quis forte sit mœrore confectus, **254** condolere illi potius, et ad nostra peccata oculo intento, multum reformidare. ne et in nos cædentis ira deveniat.

VERS. 3, 4. *Deinde vero, Arnon, plura consule, et fac tegmen planctus ipsi semper : in meridianis tenebris fugitant, obstupuerunt. Non ab initio habitabunt* (1) *apud te fugitivi Moab. Erunt tegumenta vobis a facie persequentis, quia sublatum est auxilium tuum, et princeps periit conculcans super terra.*

Ad interpretandum difficilis est mens horum verborum, propter personarum in personas transitiones, et compositionis asperitatem, nec omnium intelligentiæ obviam. Verumtamen quoad potero, enitar explicare. Deleta itaque tota Moabitide, eversis urbibus, incensis domibus, et prorsus rabiose sævientibus Babyloniis, qui elabi poterant, Arnon se receperunt. Urbs autem hæc munitissima est, et Moabitidi contermina. Habetur igitur ad eam sermo. Tu autem, inquit, posthac, o Arnon, plura consule. Observa, inquit, quo pacto servare poteris superstites, eosque qui immanitatem vastatorum potuerunt evadere. Fac etiam tegmen planctus ipsi semper. Et fac, inquit, comminiscere aliquid humanum, latebra esto intolerabili luctu confectis. Fugitant enim in meridianis tenebris, id est, cum dies est, et sol in meridie lucet, ipsi mentis caliginem circumferunt. Satis est enim ad turbandum animum mortis metus : et summæ desperationis assultum tanquam noctem quamdam mentis offundit. Hinc etiam ait : Et obstupuerunt. Nam belli terroribus perculsi, tantum non mente sensuque privati sunt. At si acceperis, inquit, Moabitas, scito tamen planissime, quod servasti non omnes, sed exiguas tantum et paucas eorum qui exstincti sunt reliquias. Hoc puto ostendere velle, cum dicit : Non a principio habitabunt juxta te fugitivi Moab. Non, cum primum movebatur bellum, inquit, suscepisti profugos : nonne admodum pauci et rari qui effugere potuerunt? Itaque producta sunt ad finem ea quæ a Deo contra Moabitas dicta sunt. Periit enim, licet exigua, et vix quidem conservatæ sunt reliquiæ. Sed, o, inquit, Arnon, suscepisti Moabitas, **255** sperans fortassis eos quoque olim fore latibulum vobis a facie persequentis. Erit autem hoc minime. Unde?

[27] Prov. xxiv, 17, 18.

(1) Sec. Sept. ἀχθῇς, *ne ducaris, habitabunt*, etc.

μένος, εἰς ἑτέραν οἰχήσῃ χώραν, καὶ δουλεύσεις ἐχθροῖς, ἔσῃ τε παρ' αὐτοῖς αἰχμάλωτος οἰκτρὰ, καὶ κατερρίμμένη, καὶ ὑπὸ ζυγὰ δουλείας. Χρήσιμον οὖν ἄρα καὶ ἀναγκαῖον παράγγελμα τό· « Ἂν πέσῃ ὁ ἐχθρός σου, μὴ ἐπιχάρῃς αὐτῷ, ὅτι ὄψεται Κύριος, καὶ οὐκ ἀρέσει αὐτῷ· καὶ ἀποστρέψει τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ. » Οὐ γάρ τοι προσήκει ταῖς ἑτέρων ἐπιγάννυσθαι συμφοραῖς, οὐδὲ θυμηδείας ποιεῖσθαι πρόφασιν τὸ τῷ πέλας συμβεβηκὸς, κἂν εἴ τις εἴη τυχὸν τῶν καταλυπεῖν εἰωθότων, ἐπιστυγνάζειν δὲ μᾶλλον αὐτῷ, καὶ τοῖς ἰδίοις πταίσμασιν ἐνιέντας τὸν ὀφθαλμὸν, δεδιέναι σφόδρα, μὴ ἄρα πως καὶ ἐφ' ἡμᾶς ὁ τοῦ καταπαίοντος ἐπέλθοι θυμός.

Ἔπειτα δὲ, Ἀρνὼν, πλείονα βουλεύου, ποίει τε σκέπην πένθους αὐτῇ διὰ παντός· ἐν μεσημβρινῇ σκοτιᾷ φεύγουσιν, ἐξέστησαν. Μὴ ἀπαρχῆς παροικήσουσιν οἱ φυγάδες Μωάβ· ἔσονται σκέπη ὑμῖν ἀπὸ προσώπου διώκοντος, ὅτι ἦρθη ἡ συμμαχία σου, καὶ ὁ ἄρχων ἀπώλετο ὁ κατεπατῶν ἐπὶ τῆς γῆς.

Δυσερμήνευτος κομιδῇ τῶν προκειμένων ὁ νοῦς, διά τοι τάς τε τῶν προσώπων εἰς πρόσωπα μεταβάσεις, καὶ τὸ τῆς συνθήκης τραχὺ καὶ οὐ βάσιμον νῷ παντί. Πλὴν ὡς ἂν οἷός τε ὦ, πειράσομαι διειπεῖν. Πεπορθημένης τοίνυν ἁπάσης τῆς Μωαβιτῶν, πόλεών τε κατηρειπομένων, καὶ οἴκων ἐμπεπρησμένων, καὶ ἀπαξαπλῶς ἐκλελυττηκότων ἀγρίως τῶν Βαβυλωνίων, οἱ διαφυγεῖν ἰσχύσαντες μετῴκησαν εἰς τὴν Ἀρνῶν. Πόλις δὲ αὕτη τῶν ὀχυροτάτων, ὅμορός που τάχα τῇ Μωαβιτῶν. Ἔστι τοίνυν πρὸς αὐτὴν ὁ λόγος. Σὺ δὲ, φησὶ, μετὰ τοῦτο, ὦ Ἀρνῶν, πλείονα βουλεύου. Κατασκέπτου, φησὶ, τίνα τρόπον διασῶσαι δυνήσῃ τοὺς περιλελειμμένους καὶ διαφυγεῖν ἰσχύσαντας τῶν πεπορθηκότων τὴν ἀγριότητα. Ποίει τε σκέπην πένθους αὐτῇ διὰ παντός. Ναὶ, φησὶν, ἐσκέψω τι φιλάνθρωπον, σκέπη γένου τοῖς ἀφορήτῳ πένθει κατειλημμένοις. Φεύγουσι γὰρ ἐν μεσημβρινῇ σκοτιᾷ, τοῦτ' ἔστιν, ἡμέρας οὔσης, καὶ ἡλίου μεσημβρίζοντος αὐτοῖς σκοτιὰν ἔχουσι κατὰ νοῦν. Ἱκανὸς γὰρ λίαν ὁ τοῦ θανάτου φόβος καταθολῶσαι ψυχὴν, καὶ οἷόν τινα νύκτα καταχέαι τοῦ νοῦ τῆς εἰς ἄκρον δυσθυμίας τὴν ἔφοδον. Ταύτῃ τοί φησιν, ὅτι Καὶ ἐξέστησαν. Μόνον γὰρ οὐχὶ καὶ τοῦ φοβεῖν ἔξω γεγόνασιν, τοῖς ἐκ τοῦ πολέμου καταπτοουμένοι δείμασιν. Ἀλλ' εἰ καὶ δέξαιο, φησὶ, τοὺς ἀπό γε τῆς Μωαβιτῶν, ἀλλ' οὖν ἴσθι τοι καὶ μάλα σαφῶς, ὅτι σέσωκας οὐ πάντας, ἀλλὰ βραχὺ καὶ εὐαρίθμητον τῶν ἀπολωλότων λείψανον. Τοῦτο οἶμαι δηλοῦν ἐθέλειν λέγοντα· Μὴ ἀπαρχῆς παροικήσουσιν οἱ φυγάδες Μωάβ. Μὴ ἐν ἀρχαῖς ὄντος τοῦ πολέμου, φησὶν, ὑπεδέξω τοὺς φυγάδας· οὐκ εὐαρίθμητοι κομιδῇ καὶ ὀλίγοι παντελῶς οἱ διαφυγεῖν ἰσχύσαντες; Οὐκοῦν εἰς πέρας ἐνήνεκται τὰ εἰρημένα παρὰ Θεοῦ κατὰ Μωαβιτῶν. Ἀπόλωλε γὰρ εἰ καὶ βραχὺ, καὶ μόλις διασέσωσται λείψανον. Ἀλλ', ὦ, φησὶν, Ἀρνῶν, ὑπεδέξω τοὺς ἐκ

Digitized by Google

τῆς Μωαβιτῶν, προσδοκήσασα τάχα που, ὅτι καὶ αὐτοὶ κατὰ καιροὺς ἔσονται σκέπη ὑμῖν ἀπὸ προσώπου διώκοντος. Ἔσται δὲ οὐχὶ τοῦτο. Πόθεν; Ἦρθη γὰρ ἡ συμμαχία σου· καὶ ὁ ἄρχων ἀπώλετο ὁ καταπατῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Ὁ γὰρ ἀεί σοι συνασπίσας, φησὶ, τῆς Μωαβιτῶν ἡγούμενος, ὁ δεινὸς καὶ ὑπέροπτος, καὶ ὥσπερ τινὰ χοῦν καταπατεῖν εἰωθὼς τοὺς ἀνθεστηκότας, ᾤχετο καὶ ἀπόλωλεν. Ἦρθη γὰρ, καὶ ἐκ μέσου γέγονεν. Διδάσκει δὲ διὰ τούτων, ὅτι προσανῄρηται τοῖς Μωαβίταις, καὶ ἡ τοῦ δύνασθαί ποτε κρατῆσαι πάλιν αὐτοὺς ἐλπίς. Οἱ γὰρ ἀσεβεῖς ἐκ γῆς ὁλόρριζοι, φησὶν, ὀλοῦνται· θείου δὲ ὅλως ἐπιπηδῶντος θυμοῦ, ποῖον ἔσται τῶν πεπονθότων λείψανον; Ἢ τίς ὁ ἀναστῆσαι δυνάμενος, Θεοῦ καταστρέψοντος;

A Sublatum est enim auxilium tuum, et princeps periit conculcans super terram. Qui enim, inquit, suppetias tibi semper tulit, Moabiticæ terræ præfectus, acer et elatus, qui tanquam pulverem calcare solitus est eos qui rebellarunt, periit et interiit. Exterminatus est enim et sublatus e medio. Docet enim hisce, quod etiam sit ablata et præcisa Moabitis spes posse aliquando rursus superiores obtinere. Impii enim, inquit, radicitus de terra perdentur; divina autem ira omnino insiliente, cujusmodi erunt, eorum qui afflicti sunt reliquiæ? Vel quis restaurare potest, subvertente Deo?

Καὶ διορθωθήσεται μετ' ἐλέους θρόνος, καὶ B *καθιεῖται ἐπ' αὐτοῦ μετὰ ἀληθείας ἐν σκηνῇ Δαβίδ, κρίνων καὶ ἐκζητῶν κρῖμα, καὶ σπεύδων δικαιοσύνην.*

Ἐν τούτοις σαφῶς ἐπαγγέλλεται τὸ ἀπαλλαχθῆσθαι κατὰ καιροὺς τὸν Ἰσραὴλ τῆς ἀφορήτου ταλαιπωρίας, καὶ τῶν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας κακῶν. Κύρου γὰρ ἑλόντος τὴν Βαβυλωνίων ἀνέθη μὲν ὁ Ἰσραὴλ, ἀνεκομίσθη δὲ κατοικτειρόντος Θεοῦ εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, ἡγουμένων Ζοροβάβελ τοῦ Σαλαθιὴλ, ὃς ἦν ἐκ φυλῆς Ἰούδα καὶ Δαβίδ, καὶ μέν τοι καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου. Ὁ τοίνυν θρόνος, φησὶ, τοῦτ' ἔστιν, ἡ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις βασιλεία, διορθωθήσεται μετὰ ἐλέους, τοῦτ' ἔστιν, εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανήξει τάξιν, κατοικτείροντος Θεοῦ. Καθιεῖται δὲ πάλιν ἐπ' αὐτοῦ μετ' ἀληθείας ἐν σκηνῇ Δαβίδ, κρίνων καὶ ἐπιζητῶν κρῖμα. Καὶ σκηνὴν, ὡς ἔοικεν, ὀνομάζει τὰ βασίλεια, ἐν οἷς ποιούμενοι τὰς διατριβὰς ἐδίκαζον, ἐννόμως αὐτοὺς τοὺς τῆς βασιλείας διέποντας θάκους. Καὶ τό γε ἧκον εἰς τὸ Θεῷ δοκοῦν, ἐπιμεληταὶ δικαιοσύνης γεγόνασιν, εἰ καὶ τῆς ἀρετῆς ὑπημαρτήκασί τινες, ἀπονενευκότες ἐπὶ τὰ χείρω. Ἰστέον δὲ ὅτι μετὰ τὴν ἐκ τῆς Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, οὐκέτι διῃρημένως κατῳκήκασιν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς εἶναι μὲν ἐν τῇ Σαμαρείᾳ τὰς δέκα φυλὰς, καὶ τὸ ἥμισυ φυλῆς Ἐφραΐμ, βασιλεύοντος ἐπ' αὐτοῖς τινος, ἐν δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις τὴν Ἰούδα φυλὴν, καὶ τὸ ἥμισυ φυλῆς Μανασσῆ, πάλιν ἑτέρου καὶ ἰδικῶς βασιλεύοντός τινος ἐπ' αὐτῶν, ἀλλ' εἰς μίαν συνενεχθέντες διάνοιαν, κατῳκήκασιν ὁμοῦ τὰ Ἱεροσόλυμα, ἕνα λοιπὸν χρίοντες βασιλέα. Καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ διὰ φωνῆς προφήτου περὶ αὐτῶν εἰρημένον· Καὶ ἀναβήσονται ἐκ τῆς γῆς, καὶ κοπάσουσι μικρὸν τοῦ χρίειν βασιλέα καὶ ἄρχοντα. Πλὴν ὑπισχνεῖται Θεὸς τοῦ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις θρόνου τὴν ἐπανόρθωσιν, μονονουχὶ κατονειδίζων τὴν Μωάβ. Πεφλυάρηκε μὲν λέγουσα, ὅτι Πέτρα ἔρημός ἐστι τὸ ὄρος Σιών. Ἀλλά σοι μὲν, φησὶ, τοῦτο κἀκεῖνο συμβήσεται πλατὺ γελώσῃ κατὰ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ. Τοὺς δὲ πάντη τε καὶ πάντως ἐλεήσει Θεὸς, καὶ ἀνήσει μὲν τῶν συμβεβηκότων· ἀποκαταστήσει δὲ πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς τὴν παρ' αὐτοῖς βασιλείαν ἐπανορθῶσαι.

C

D

VERS. 5. *Et dirigetur cum misericordia solium, et sedebit in eo cum veritate in tabernaculo Davidis judicans et exquirens judicium, et accelerans justitiam*

In istis verbis aperte promittitur, Israelem suis temporibus a non ferenda infelicitate malisque quibus in captivitate oppressus erat, esse liberandum. Cum enim Cyrus Babyloniam cepisset, liberatus est Israel reductusque est Deo commiserante in sanctam civitatem, ducibus Zorobabelo filio Salathiel, qui erat ex tribu Juda et David, et Jesu filio Josedech magno sacerdote. Solium igitur, inquit, id est, Judaicum regnum instaurabitur cum misericordia, id est, in suum quasi proprium statum ac dignitatem restituetur miserante Deo : et residebit denuo in eo cum veritate, et in tabernaculo David, judicans et vestigans judicium. Et tabernaculum ut videtur nominat basilicas seu regias, in quibus commorabantur judicantes legitime eos qui sedem regni administrabant. Et quod ad Dei voluntatem attinet, justitiæ cultores exstiterunt etiamsi a virtute aberraverint quidam, ad deteriora declinantes. Sciendum autem est post reditum e Babylone, non jam divisim habitasse Israelitas, ut Samariæ decem tribus et dimidia tribus Ephraim essent, imperitante illis uno, Hierosolymis autem tribus Juda, et dimidium tribus Manassis, rursus privatim regnante altero : sed in unam mentem conflati ac conspirantes, incolebant simul Hierosolyma, unum porro regem inungentes. Hoc erat videlicet **256** voce prophetæ de illis dictum : Et ascendent de terra, et laborabunt paululum, ungendo regem et principem. Verum pollicitus est Deus Judaici throni instaurationem, tantum non probra in Moab jaciens. Scommata enim illa torsit, dicens : Petra deserta est mons Sion. Imo tibi, inquit ille, istud continget, quæ hianti ac largo ore rides Israelitas : horum vero prorsus penitusque miserebitur Deus, et ex his quæ acciderunt recreabit ac relaxabit, et in antiquam conditionem rediget, regnum eorum reformando.

Ἠκούσαμεν τὴν ὕβριν Μωάβ, ὑβριστὴς σφόδρα.

Προαναγωνήσας εὖ μάλα τὴν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας

VERS. 6. *Audivimus superbiam Moab, valde contumeliosus est.*

Cum declaraverit superius reditum Israelitarum

Digitized by Google

e captivitate, juxta prius expositam rationem, et quod iterum ad veterem formam principatus, nimirum regni ipsorum, futura sit reditio, recipit se de integro ad Moab, ad eosque sermonem transfert. Dictum est autem velut ex persona sanctorum prophetarum illud : Audivimus insolentiam Moab, valde insolens est. Collaudant enim per hæc veluti in judicio punientem Deum, debitumque ac dignum illis inferentem supplicium. Audisse se dicunt insolentiam Moab, primum illam vetustissimam historiam non ignorantes, quam divinus Moses exponit. Ut enim supra diximus, conduxit Balaamum Balachus, Ades, inquiens, exsecrare mihi Israelem, et præterea quamplurima facta sunt olim, ex fastu ac superbia Moabitarum, cum divina majestate pugnantia.

Superbiam sustuli.

Sanctis prophetis disertissime confitentibus audivisse se insolentiam Moabitidis, et scire se valde insolentem ipsam esse, ex adverso respondet Deus, et ait : Superbiam sustuli, hoc est, non quidem simpliciter fastuosam Moab, sed veluti reipsa fastum et ipsam insolentiam e medio tollendam curavi. Bellum enim gero cum superbis, et pugno cum his qui de se modeste sentire nolunt, imo frustra intumescunt, et alte tollunt supercilium, suæque naturæ ignorant imbecillitatem. Scriptum est autem [28.19], quod Dominus superbis resistit. Deinde docens quod juste puniat, et simpliciter pœnas non abs re inducat, accusationem intendit contra Moab, superbia veluti morbo intolerabiliter laborantem.

257 *Non sic divinatio tua, non sic.*

Sustuli, inquit, igitur ego superbiam, hoc est, excidi Moab, sed hæc tibi non prænuntiarunt vaticinia tua. Annuntiarunt enim falsidici vates, quod bellicas incursiones superabis, ac facile vinces adversarios, neque capi poteris ab hostibus, victisque illudes. Verum hæc ita se non habent, at plurimum abest, imo in diversum evenit, et non pro voto ac spe, rerum erit exitus. Difficile igitur et vere noxium irridentium sermones attendere, et præstigiatorum vocibus abripi, quæ juxta spem nunquam evenient.

Vers. 7. *Ululabit Moab : in Moabitide enim omnes plorabunt, inhabitantibus Deseth meditationes.*

Quod non ita ut exspectarant cecidit divinatio, sed aliter omninoque diverse, demonstrat liquido, cum ait : Plorabit Moab, etsi qui divinationem et magicam artem exercebant, ploraturam eam minime prædicebant, imo deletis hostibus, applausuros et insultaturos jacentibus. Igitur omnes, inquit, in Moabitide lamentabuntur. Et meditatio erit habitantibus Deseth. Civitas autem hæc Moab,

[28.19] Jac. IV, 6.

A ἐπάνοδον τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ ὅτι πάλιν ἀναφοίτησις ἔσται πρὸς τὸ ἀρχαῖον τῆς παρ' αὐτοῖς ἀρχῆς, ἤγουν βασιλείας, ἐπάνεισι πάλιν ἐπὶ τὴν Μωάβ, καὶ μεθίστησιν ἐπ' αὐτοὺς τὸν λόγον. Εἴρηται δὲ ὥσπερ ἐκ προσώπου τῶν ἁγίων προφητῶν, τὸ, Ἠκούσαμεν τὴν ὕβριν Μωάβ, ὑβριστὴς σφόδρα. Συναινοῦσι γὰρ διὰ τούτων, ὡς ἐν δίκῃ κολάζοντι τῷ Θεῷ, ὀφειλομένην τε καὶ πρέπουσαν αὐτοῖς ἐπενεγκόντι τὴν τιμωρίαν. Ἀκηκοέναι δέ φασι τὴν ὕβριν Μωάβ, πρῶτον μὲν τὴν ἀρχαιοτάτην ἐκείνην ἱστορίαν οὐκ ἠγνοηκότες, ἣν ὁ θεσπέσιος ἀφηγεῖται Μωσῆς. Ὡς γὰρ φθάσαντες εἴπομεν, κατεμισθοῦτο τὸν Βαλαὰμ ὁ Βαλὰκ · Δεῦρο, λέγων, ἐπάρασαί μοι τὸν Ἰσραήλ. Πλεῖστα δὲ ὅσα πρὸς τοῦτο πέπρακται κατὰ καιροὺς παρὰ τῆς Μωαβιτῶν ὑπεροψίας τῇ τοῦ Θεοῦ μαχόμενα

B δόξῃ.

Τὴν ὑπερηφανίαν ἐξῆρα.

Τῶν ἁγίων προφητῶν ἐναργέστατα διωμολογηκότων, ἀκηκοέναι τε τὴν ὕβριν Μωάβ, εἰδέναι τε ὅτι καὶ σφόδρα ἐστὶν ὑβριστής, ἀνταποκρίνεται Θεὸς καί φησι· Τὴν ὑπερηφανίαν ἐξῆρα· τοῦτ' ἔστιν, οὐχ ὑπέροπτον ἁπλῶς οὖσαν τὴν Μωάβ, ἀλλ' οἷον αὐτὸ χρῆμα γενομένην ὑπεροψίαν ἐκ μέσου γενέσθαι παρεσκεύασα. Πολεμῶ γὰρ ὑπερηφάνοις, καὶ μάχομαι τοῖς οὐ μέτρια φρονεῖν ἠρημένοις, εἰκῇ δὲ μᾶλλον ἐξογκουμένοις, καὶ ὑψοῦ τὴν ὀφρὺν ἀνατείνουσι, καὶ τῆς ἑαυτῶν φύσεως ἠγνοηκόσι τὴν ἀσθένειαν. Γέγραπται δὲ, ὅτι Κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται. Διδάσκων δὲ ὅτι κολάζει δικαίως, καὶ οὐ

C μάτην ἁπλῶς ἐπάγει τὰς δίκας, καταγορεύει τῆς Μωάβ ὡς ἀφορήτως νοσούσης τὴν ὑπεροψίαν.

Οὐχ οὕτως ἡ μαντεία σου, οὐχ οὕτως.

Ἐξῆρα μὲν οὐκ ἐγὼ τὴν ὑπερηφανίαν σου, φησὶ, τοῦτ' ἔστιν, ἐξέκοψα τὴν Μωάβ, ἀλλ' οὐ ταῦτά σοι προήγγελλον αἱ παρὰ σοῦ · ἁμαρτίαι. Ἐπηγγέλλοντο γὰρ ψευδοεποῦντες οἱ μάντεις, ὅτι καὶ κρείττων ἔσῃ τῆς τοῦ πολέμου προσβολῆς, καὶ νικήσεις εὐπετῶς τοὺς ἀνθεστηκότας, καὶ ἀνάλωτος ἔσῃ τοῖς ἐχθροῖς, καὶ ἡττωμένοις ἐπιτωθάσεις. Ἀλλ' οὐχ οὕτως αὐτ' ἔχει, πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Μᾶλλον γὰρ ἐξέβη πρὸς τὸ ἐναντίον, καὶ οὐ κατ' ἐλπίδα σὴν, τῶν πραγμάτων τὸ πέρας. Παγχάλεπον οὖν καὶ ἐπιζήμιον ἀληθῶς, τὸ τοῖς τῶν διαπαιζόντων προσέχειν λόγοις, καὶ ταῖς τῶν

D γοητῶν ἀποκομίζεσθαι φωναῖς, εἰς ἐλπίδας οὐκ ἐκβησομένας.

Ὀλολύξει Μωάβ. Ἐν γὰρ τῇ Μωαβίτιδι πάντες ὀλολύξουσι· τοῖς κατοικοῦσι Δεσὲθ μελετήσεις.

Ὅτι μὴ οὕτως ἐκβέβηκεν ἡ μαντεία, καθὰ προεδόκησαν, ἀλλ' ἑτεροτρόπως, καὶ εἰς πᾶν τοὐναντίον, διαδείκνυσι σαφῶς, λέγων· Ὀλολύξει Μωάβ, καίτοι τῆς μαντείας, ἤγουν τῇ τῶν μάγων τέχνῃ κεχρῆσθαι μεμελετηκότων οὐκ ὀλολύξειν αὐτὴν προηγορευκότων, ἀλλὰ γὰρ ἐπαλαλάξειν ἀπολωλόσιν ἐχθροῖς καὶ ἐπορχήσασθαι κειμένοις. Οὐκοῦν ἅπαντες, φησὶν, οἱ ἐν τῇ Μωαβίτιδι κατολολύξουσι· καὶ μελέτησις ἔσται τοῖς

Digitized by Google

κατοικοῦσι Δτσέθ. Πόλις δὲ καὶ αὕτη τῆς Μωάβ, οἱ κομμὸν τάχα που καὶ θρῆνον εὔρυθμόν τε καὶ εὐμελῆ καθ' ἑαυτῶν μελετήσαντες, διὰ τούτου σημαίνονται.

A qui lugubres cantiones et lamentationes numerosas contra se excogitarunt, hinc significantur.

Καὶ οὐκ ἐντραπήσονται πρὸς τὰ πεδία Ἐσεβῶν· πενθήσει ἄμπελος Σεβαμά. Καταπίνοντες τὰ ἔθνη, καταπατήσατε τὰς ἀμπέλους αὐτῆς ἕως Ἰαζήρ.

Vens. 8. *Et non reverebuntur campos Esebon, planget vitis Sebama. Qui absorbetis gentes, conculcate vites usque ad Jaser.*

Ὁ λόγος ἐστὶν ἐν τοῖς πρὸς αὐτοὺς τάχα που τοὺς τὴν Μωὰβ ἠρηκότας, Ἀσσυρίους τέ φημι καὶ Βαβυλωνίους, οἷς προστέταχε τὰ τῆς Ἐσεβὼν πεδία μὴ ἐντρέπεσθαι ἔτι καὶ αὐτὴν κατεμπρῆσαι τὴν Ἐσεβῶν· διατίθεται δὲ οὕτω καὶ τὴν Σαυαμὰ, ὡς πενθῆσαι καὶ τὰς οὔσας ἀμπέλους ἐν αὐτῇ. Πρὸς αὐτοὺς δὲ δή καί φησι· Καταπίνοντες τὰ ἔθνη. Ὑμῖν γὰρ ἐπιτάττω, φησὶν, ὦ τῶν ἐθνῶν ὀλετῆρες, καὶ ἀπλειστοί μοι καὶ ἀπηνέστατοι θῆρες, ἔθνη καταπίνοντες, καταπατήσατε τὰς ἀμπέλους αὐτῆς ἕως Ἰαζήρ. Πόλις δὲ καὶ αὕτη τῶν Μωαβιτῶν. Ἀμπέλους δὲ πάλιν ἐν τούτοις, τοὺς τῶν Μωαβιτῶν οἰκήτορας ὀνομάζει. Ἔθος γὰρ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ, καὶ δρυμοῖς καὶ ξύλοις καὶ μὴν καὶ ἀμπέλοις παρεικάζειν τοὺς ἐν ἑκάστῃ πόλει τε καὶ χώρᾳ. Καὶ γοῦν περὶ τοῦ Ἰσραὴλ φησιν· Ὁ γὰρ ἀμπελὼν Κυρίου Σαβαὼθ ὁ ἄνθρωπος τοῦ Ἰούδα, νεόφυτον ἠγαπημένον. Λέγων δὲ, ὅτι Καταπατήσατε τὰς ἀμπέλους αὐτῆς, δείκνυσι πάλιν, ὅτι μὴ τῆς τῶν Ἀσσυρίων χειρὸς ἔργον ἦν τὸ νικῆσαι τὴν Μωὰβ, ἀλλ' ἦν ὁ πάντα ἰσχύων Θεὸς ὑποφέρων τοῖς αὐτοῦ ποσὶ τοὺς ἀνθεστηκότας, καὶ τὸ δύνασθαι κρατεῖν τῆς ἐκείνων χειρὸς δωρούμενος.

In hisce sermo videtur esse ad eos qui Moab sustulerunt, ad Assyrios inquam, et Babylonios, quibus præcepit campos Esebon non revereri, id est, et ipsam Esebon incendere, et sic disponere Sebama, ut plangant vites quæ sunt in ea. Quibus etiam dicit: Absorbentes gentes. Vobis enim edico, inquit, o gentium pernicies et inexplebiles interfectores, qui tanquam crudeles et immanissimæ feræ gentes absorbetis, conculcate vites ejus usque ad Jaser. Est autem hæc et urbs Moabitarum. Vites rursus hic Moabitarum incolas nominat. Est enim familiare Scripturæ divino afflatu proditæ, et silvis, et lignis, et sane vitibus assimilare eos, qui in singulis urbibus sunt atque provinciis. Et certe de **258** Israele ait: Vitis enim Domini Sabaoth, domus Israel est, et homo Juda, novella planta dilecta. Cum dicit: Conculcate vites ejus, rursus ostendit, non fuisse opus fortitudinis Assyriorum, expugnare Moab, sed Deus erat omnipotens, qui ipsorum pedibus eos qui adversantur subjicit, et dat ut eorum manum valeant superare.

Οὐ μὴ συνάψητε, πλανήθητε τὴν ἔρημον, οἱ ἀπεσταλμένοι· ἐγκατελείφθησαν, διέβησαν τὴν ἔρημον.

Ne contingite, errate per eremum, qui missi estis: relicti sunt, pertransiverunt eremum (1).

Φασὶν ὅτι τῶν Ἀσσυρίων ἐμβεβληκότων, πλεῖστοι τῶν Μωαβιτῶν εἰς τὴν ὁμορόν τε καὶ γείτονα φυγόντες ἔρημον διαλανθάνειν ἐσπούδαζον, καὶ μόλις ἐσπούδαζον, κομιδῇ βραχεῖς τὸν ἀριθμὸν. Καὶ ἦν μὲν ἴσως οὐ χαλεπὸν τοῖς Βαβυλωνίοις κἀκείνους ἀνευρεῖν, ἐπαφιέντος Θεοῦ, καὶ μέχρις αὐτῶν ἐκτείνοντος τὴν ὀργήν. Ἐπειδὴ δὲ κολάζει μεμετρημένως φιλάνθρωπος ὤν, μονονουχὶ καὶ ἐντέλλεται τοῖς πεπορθηκόσι τὴν Μωὰβ, μὴ συνάπτειν τοῖς ἀπολωλόσι τοὺς φυγάδας, πλανᾶσθαι δὲ ὥσπερ ἐᾷν τὴν ἔρημον, τουτ' ἔστι, λήθῃ διδόναι καὶ παραπέμπεσθαι τὴν ἔρευναν τῶν ἐν αὐτῇ συνεδραμηκότων. Ταύτητοί φησι, πλανηθῆναί τε τὴν ἔρημον. Οἱ ἀπεσταλμένοι ὑμεῖς, φησὶν, οἱ διὰ τῆς ἐμῆς ὀργῆς ἀπεσταλμένοι πρὸς τὸ κατὰ κράτος ἐλεῖν τὴν Μωὰβ, πλανήθητε τὴν ἔρημον, λήθῃ δότε, καὶ παραπέμψασθε τὴν ἔρημον, διέβησαν γὰρ αὐτήν. Εἶτα ἐπέρριπται μεταξὺ τὸ, Ἐγκατελείφθησαν, ἐκεῖνο πάλιν διδάσκων, ὡς οὐκ ἂν ἐν τούτοις γέγονεν ἡ Μωαβιτῶν, εἰ μὴ προσκέκρουκεν οὐ μετρίως τῷ πάντα ἰσχύοντι Θεῷ.

Aiunt Assyriis irrumpentibus complures Moabitarum in conterminam et vicinam confugisse eremum, et latere studuisse, et numero paucissimos vix fuisse conservatos. Nec difficile fuit Babyloniis etiam illos invenire, Deo permittente, et ad eos usque iram extendente. Sed cum p'ectit moderate, benignus cum sit, tantum non in mandatis dat his qui everterunt Moab, non adjungere se his qui delent profugos, sed errare sinant velut per desertum, id est, oblivioni tradant, et indagationem mittant eorum qui istuc confluxerunt. Hinc ait: Errate in eremo. Vos qui missi estis, inquit, qui ex mea ira emittimini, ut vi capiatis Moab, errate per eremum, date oblivioni, et explorationem remittite: transierunt enim illam. Deinde illud interponitur, Relicti sunt, illud rursus docens, quod non in his malis versata fuisset Moabitica provincia, nisi Deum omnia valentem nimium offendisset.

Διὰ τοῦτο κλαύσομαι ὡς τὸν κλαυθμὸν Ἰαζὴρ, ἄμπελος Σεβαμά. Τὰ δένδρα σου κατέβαλεν Ἐσεβῶν, καὶ ἐλάλει, Ἐπὶ τῷ θερισμῷ καὶ ἐπὶ τῷ τρυγητῷ σου καταπατήσω, καὶ ἅπαντα πεσοῦνται,

Vens. 9, 10. *Propterea plorabo velut ploratum Jaser, vitim Sebama: arbores tuas dejecit Esebon,* [al. *Eleale*] *et dixit: In messe et in vindemia tua calcabo, et omnia cadent, et auferetur lætitia et exsultatio de*

(1) Τὴν ἔρημον; sec. Sept. et Hebr. θάλασσαν, *mare.*

Digitized by Google

vineis tuis, et in vineis tuis non lætabuntur, nec calcabunt vinum in torcularibus, nam cessavit.

Effingit propheticus sermo personam Moabitarum calamitatibus illacrymantem, et etiam Jaser, supra reliquas devastatæ. Sic et alias lugere ait, ita ut par fuit, ipsam Jaser. Vites autem et arbores appellat eos qui inhabitarunt civitates, enumeratque **259** subversas urbes Sabama et Esebon. Hostilis autem populus loquitur. In messe et in vindemia tua, inquit; at quid loquitur? Calcabo videlicet, et omnia cadent. Et ad hæc: Auferetur porro lætitia et exsultatio ex vineis tuis. Est enim festivitatis amans Moabita, plurimis cæremoniis prosequens dæmonas, pernoctans in aris, et ansam lætitiæ habens, semper sacrificare. Plorabit et flebit, omnique voluptate procul aberit. Non enim lætitia afficientur, non calcabunt vinum in torcularibus: nam cessavit. Non erit, inquit, fructus vitibus; peribunt enim cum ipsis quæ ab iis nata sunt. Et de vitibus, si exscindantur penitus, vera hæc oratio. Sin pertineat ad nos, velut exempli gratia de rebus humanis, docet rursus hic sermo, quod cum gignentibus ea quæ genita sunt exolescent, ut neque ipsis prægnantibus ulla ab hostibus tribuatur misericordia. Passam hoc fuisse Jerusalem dicimus in bello adversus Romanos. Servator nimirum dixit, prænuntians ea quæ illi eventura erant, quod obsideretur ab exercitu, accideretque væ parientibus et uterum gerentibus, illis diebus maxime.

καὶ ἀρθήσεται εὐφροσύνη καὶ ἀγαλλίαμα ἀπὸ τῶν ἀμπέλων σου· καὶ ἐν τοῖς ἀμπελῶσί σου οὐ μὴ εὐφρανθήσονται· καὶ οὐ μὴ πατήσουσιν οἶνον εἰς τὰ ὑπολήνια, πέπαυται γάρ

Ἀναπλάττει πρόσωπον ὁ προφητικὸς ἡμῖν λόγος, ἐπὶ ταῖς τῶν Μωαβιτῶν δακρυβρόου συμφοραῖς, καὶ τάχα που τῆς Ἰαζὴρ ὑπὲρ τὰς ἑτέρας πεπορθημένης· οὕτω καὶ τὰς ἄλλας κατολοφύρεσθαί φησιν, ὥσπερ ἂν πρέποι καὶ τὴν Ἰαζήρ. Ἀμπέλους δὲ καὶ δένδρα τοὺς ἐνοικοῦντας ταῖς πόλεσιν ὀνομάζει. Ἀπαριθμεῖται δὲ καὶ τὰς πεπορθημένας τῆς πόλεως Σαβαμὰ καὶ Ἐσεβῶν. Ὁ δέ γε τῶν πολεμίων δῆμος ἐλάλησεν. Ἐπὶ τῷ θερισμῷ σου καὶ ἐπὶ τῷ τρυγητῷ σου, φησίν· ἐλάλησε δὲ τί; Τὸ, Καταπατήσω δηλονότι, καὶ ἅπαντα πεσοῦνται. Καὶ πρὸς τούτοις ἔτι· Ἀρθήσεται εὐφροσύνη καὶ ἀγαλλίαμα ἐκ τῶν ἀμπέλων σου· ὁ γὰρ φιλέορτος Μωαβίτης, ὁ πλείστας τοῖς δαίμοσιν ἀνατιθεὶς τελετὰς, ὁ διανυκτερεύων ἐπὶ βωμοῖς, καὶ πρόφασιν εὐφροσύνης τὸ θύειν ἔχων ἀεί. Κατοιμώξει καὶ κλαύσεται, καὶ ἀπάσης θυμηδείας ἔσται μακράν. Οὐ γὰρ μὴ εὐφρανθήσονται· οὐδ' οὐ μὴ πατήσουσιν οἶνον εἰς τὰ ὑπολήνια, πέπαυται γάρ. Οὐκ ἔσται, φησὶν, ἐν ἀμπέλοις καρπός· συνοιχήσεται γὰρ αὐταῖς τὰ ἐξ αὐτῶν τικτόμενα. Καὶ ἐπὶ μὲν ταῖς ἀμπέλοις εἰ ἐκκόπειεν ὅλως, ἀληθὴς οὑτοσὶ λόγος. Εἰ δὲ δὴ γένοιτο πρὸς ἡμῶν, ὡς ἐνδυνάμει παραδειγμάτων ἐπὶ τὰ ἀνθρώπινα διδάσκει πάλιν ὁ λόγος, ὡς ὁμοῦ γονεῦσι τὰ ἐξ αὐτῶν οἰχήσεται, ὡς μηδὲ αὐταῖς ταῖς κυοφορούσαις δοθῆναί τινα παρὰ τῶν πολεμίων τὸν ἔλεον. Πεπονθέναι δὲ τοῦτο κατὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ φαμεν ἐν τῷ πρὸς Ῥωμαίους πολέμῳ. Καὶ γοῦν ἔφασκεν ὁ Σωτὴρ προσαπαγγέλλων τὰ συμβησόμενα αὐτῇ, ὅτι κυκλωθήσεται μὲν ὑπὸ στρατοπέδων· συμβήσεται δὲ τὸ οὐαὶ μάλιστα ταῖς τικτούσαις καὶ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.

Ver. 11. *Propterea venter meus super Moab velut cithara sonabit, et interiora mea velut murus quem renovasti.*

Διὰ τοῦτο ἡ κοιλία μου ἐπὶ Μωὰβ ὡς κιθάρα ἠχήσει, καὶ τὰ ἐντός μου ὡς τεῖχος, ὃ ἐνεκαίνισας.

Submotis, inquit, gaudio et lætitia de vineis tuis, et nullo in illis lætante, cum hoc usu venerit, fient interiora mea cithara et cantilena et modulatio super te. Tua enim enuntio mala, et percelebro infligtam tibi calamitatem. Et velut cithara quædam concinna resonabo, et sic percutiam, et exaudibile faciam carmen, velut murum quem renovasti. Dixit enim in principio visionis beatus propheta: Noctu peribit Moabitis; noctu enim destruetur murus Moabitidis. Cum autem nos sensum horum dictorum interpretaremur, diximus, terræmotu facto, murum disruptum fuisse Moabitidis, et ante hostium conflictum, tantum non de fundamentis commotum, ac Moabiticam regionem quasi tonitru perterrefecisse. Quem etiam refecerunt, sed irritum plane laborem in hoc **260** insumentes. Ceperunt namque facile citra laborem omnem terram Assyrii et Babylonii. Sonabunt igitur interiora mea, inquit, in tuis calamitatibus quasi cithara, et luctum adeo celebrem edam: quemadmodum scilicet murus, qui dejectus est, quem refecisti quidem, verum inutiliter. Etenim corruente sua

Ἀφῃρημένων, φησὶν, ἀγαλλιάματός τε καὶ εὐφροσύνης ἐκ τῶν ἀμπέλων σου, καὶ οὐδενὸς ἐν αὐτοῖς εὐφρανθησομένου, συμβεβηκότος δὲ τούτου κἀκείνου, γενήσεται τὰ ἐντός μου καὶ κιθάρα καὶ ᾠδὴ καὶ μέλος ἐπί σοι. Τὰ σὰ γὰρ ἐξαγγέλλω πάθη, καὶ διαβόητον ἀποφαίνω τὴν ἐπενεχθεῖσάν σοι συμφοράν. Καὶ ὥσπερ τις εὔρυθμος ἀναβοήσω λύρα, κατακτυπήσω δὲ οὕτως, καὶ ἐξάκουστον ἐργάσομαι τὴν ᾠδὴν, ὡς τεῖχος ὃ ἐνεκαίνισας. Ἕφη μὲν γὰρ ἐν ἀρχαῖς τῆς ὁράσεως ὁ μακάριος προφήτης· Νυκτὸς ἀπολεῖται ἡ Μωαβῖτις· νυκτὸς γὰρ ἀπολεῖται τὸ τεῖχος τῆς Μωαβίτιδος. Διερμηνεύοντες δὲ ἡμεῖς τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν, ἐλέγομεν, ὅτι σεισμοῦ γεγονότος, τὸ τῆς Μωαβίτιδος κατηρράγη τεῖχος, καὶ πρὸ τῆς τῶν πολεμίων ἐκβολῆς μονονουχὶ καὶ ἐκ βάθρων ἀναμοχλευθὲν κατεβρόντησε τῆς Μωαβιτῶν, ὃ δὴ καὶ ἀνεκαίνισαν, ἀνόνητον παντελῶς τὸν ἐπί γε τούτῳ δαπανήσαντες πόνον. Εἶλον γὰρ ἀμογητὶ τὴν σύμπασαν γῆν Ἀσσύριοί τε καὶ Βαβυλώνιοι. Ἠχήσει τοίνυν τὰ ἐντός μου, φησὶν, ἐπὶ ταῖς σαῖς συμφοραῖς ὡς κιθάρα, καὶ διαβόητον οὕτως τὸ σὸν ἐργάσομαι πάθος· καθάπερ ἀμέλει τὸ σὸν κατηνέχθη τεῖχος, ὃ ἐνεκαίνισας μὲν, πλὴν ἐπ' οὐδενὶ

Digitized by Google

τῶν χρησίμων. Πεπτωκότος γὰρ αὐτομάτως τοῦ τείχους, οὐδένα τῶν κατὰ πᾶσαν τὴν Μωαβιτῶν, ἤγουν καὶ ἑτέραις ὄντων πόλεσί τε καὶ χώραις ἔλαθεν τὸ συμβεβηκός.

Καὶ ἔσται ἐν τῷ ἐντραπῆναί σε, ὅτι ἐκοπίασε Μωὰβ ἐπὶ τοῖς βωμοῖς, καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὰ χειροποίητα αὐτῆς, ὥστε προσεύξασθαι, καὶ οὐ μὴ δύνηται ἐξελέσθαι αὐτόν.

Καὶ τὶ πρὸς τοῦτῳ, φησὶ, συμβήσεται πάλιν, ὅπερ σε γενήσεται πρὸς αἰσχύνης καὶ ἐντροπῆς· ματαίους γὰρ ἀνατλήσεις πόνους, ἀναπιμπλὰς μὲν αἱμάτων τοὺς παρὰ σοὶ βωμοὺς, καὶ ἀκαταλήκτους ποιούμενος τὰς θυσίας, καὶ λιτὰς προσάγων τοῖς χειροποιήτοις. Τεύξῃ τε οὐδενὸς τῶν εἰς ὄνησίν τε καὶ σωτηρίαν. Οὐ γάρ σε ὠνήσονται τῶν ἐπηρτημένων ἀπαλλάξαι κακῶν. Ποία γὰρ ἰσχὺς ἐν εἰδώλοις ἀψύχοις, ἃ καὶ τέχνης ἐστὶν ἀνθρωπίνης εὑρήματα, καὶ δημιουργοὺς ἔχουσι τοὺς προσκυνοῦντας αὐτά; Οὐκοῦν καθά φησιν ὁ μακάριος Δαβίδ· Ὅμοιοι αὐτοῖς γένωνται οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. Ἰστέον δὲ, ὅτι δεισιδαιμονέστεροι λίαν οἱ Μωαβῖται γεγόνασιν, οἰωνοσκοποί τε καὶ ψευδομάντεις, καὶ τερατολόγοι, καὶ πολὺ λίαν ἐπιθαρσήσαντες τοῖς ἐκ γοητείας κακοῖς. Ἔρρωντο γάρ ἴσως κατευμεγεθήσειν δύνασθαι τῆς τῶν πολεμίων χειρὸς, οὐ τοσοῦτον, ὥς γε οἶμαι, ταῖς τῶν τακτικῶν ἐμπειρίαις, ὅσον ταῖς ἐπικουρίαις τῶν παρὰ σφίσι θεῶν. Ἀλλ' ἡμαρτήκασι τῆς ἐλπίδος, ἄψυχον ὕλην διὰ θυσιῶν τε καὶ λιτῆς καλέσαντες εἰς ἐπικουρίαν.

Τοῦτο τὸ ῥῆμα ὃ ἐλάλησε Κύριος ἐπὶ Μωὰβ ἐπέτε καὶ ἐλάλησεν.

Αὕτη, φησὶν, ἡ ὅρασις, ἡ κατὰ τῆς Μωαβιτῶν λαληθεῖσα παρὰ Θεοῦ· ὁπότε καὶ ἐλάλησε, τοῦτ' ἔστιν, εἰ καὶ πρὶν τοὺς δι' ἐμοῦ γενέσθαι λόγους, πλεῖστά τε ἂν λελάληκε περὶ αὐτῆς, καὶ ἐπὶ μυρίοις αὐτὴν κατηγιάτο κακοῖς. Ὡς γὰρ ἔφην φθάσας, καὶ ὁ θεσπέσιος Μωσῆς τῆς τοῦ ἔθνους διαμέμνηται δυστροπίας, καὶ ἐν τοῖς ὅτι μάλιστα κατεστυγημένοις ποιεῖσθαι προστέταχεν. Ἔφη γοῦν· Οὐκ εἰσελεύσεται Ἀμμανίτης καὶ Μωαβίτης εἰς ἐκκλησίαν Κυρίου, καὶ ἕως δεκάτης γενεᾶς. Ἀπεκόμισέ ποτε καὶ τὸν Ἰσραὴλ τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης, καὶ προσκυνεῖν ἀνέπεισε τῷ Βεελφεγὼρ, ταῖς εἰς αἰσχρότητα τεθηγμένον ἡδοναῖς, καὶ γυναίων ὥραις σεσαγηνευμένον εἰς ἀπώλειαν. Οὐκοῦν λελάληκε μὲν περὶ αὐτῆς ὁ τῶν ὅλων θεός. Καὶ νῦν δὲ δι' ἐμοῦ τοῦτο γέγονεν ἐπ' αὐτῆς τὸ ῥῆμα, φησίν.

Καὶ νῦν λέγω, ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἐτῶν μισθωτοῦ ἀτιμασθήσεται ἡ δόξα Μωὰβ, σὺν παντὶ τῷ πλούτῳ τῷ πολλῷ, καὶ καταλειφθήσεται ὀλιγοστὸς καὶ οὐκ ἔντιμος.

Εἰς ἀνάμνησιν ἱστορίας ἡμᾶς καὶ νῦν ὁ προφητικὸς ἀποκομίζει λόγος. Ἀποφοιτήσασαι γὰρ τῶν Ἱεροσολύμων δέκα τοῦ Ἰσραὴλ φυλαὶ, καὶ τὸ ἥμισυ φυλῆς Ἐφραΐμ, κατῳκήκασιν ἐν τῇ Σαμαρείᾳ· προσκεκυνήκασι δὲ ταῖς χρυσαῖς· ἐνιέντος αὐτοὺς εἰς τοῦτο, καὶ δυσσεβῶς κατωθήσαντος Ἱεροβοὰμ τοῦ Νάβατ. Εἶτα καὶ ἑτέρας ἐπενόησαν ἐκεῖ τὰς ψευδο-

sponte muro, nemo erat vel in tota Moabitide, vel etiam in aliis urbibus ac provinciis, quem latebat quod acciderat.

Vers. 12. *Et erit tibi dedecori ac pudori, quod laboraverit Moab super aris, et ingredietur in manufacta sua ad supplicandum, et non poterunt eripere eam.*

Rursus continget et aliud quiddam præterea, quod tibi pudori erit et ignominiæ. Frustraneos enim labores exantlabis, sanguinibus altaria tua replendo, et juges sacrificationes faciendo, et manufactis supplicationes offerendo : consequeris autem nihil quod ad commodum salutemve pertineat : non enim ab te impendentibus malis poterunt liberare. Idolis enim inanimis quid tandem inest fortitudinis? quæ et humanæ artis inventa sunt, et artifices habent qui ea adorant. Itaque sicut beatus David ait : Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui fidunt in illis[20]. Sciendum autem, exstitisse Moabitas superstitiosissimos, et augures et vanos vates, et miraculorum jactatores, et præstigiis plurimum confisos. Existimabant enim se hostium manum devicturos, non tam, ut ego quidem censeo, usu peritiaque armorum, quam ipsorum deorum adminiculis. Verum spe frustrati sunt, qui inanimam materiam sacrificiis precibusque in auxilium vocarunt.

Hoc est verbum quod locutus est Dominus super Moab, quando et locutus est.

έφηνε προσκυνητάς, τὸ τῆς ἀληθείας αὐτοῖς ἐναστράψας φῶς· καὶ τοῖς τῆς ἐλευθερίας αὐχήμασι περιβαλών. Οὕτω καὶ αὐτός που φησὶν ὁ Σωτήρ· « Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου. Νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω. Κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. » Ὁρᾷς ὅτι δεδίκακε τῷ κόσμῳ, καὶ τὸν πάλαι τυραννήσαντα κατ' αὐτοῦ Σατανᾶν ἐκβέβληκεν, εἱλκυσέ τε πάντας πρὸς ἑαυτόν. Ἐγνώκασι γὰρ αὐτὸν καὶ Αἰγύπτιοι. Καὶ δὴ καὶ ἐπεγνωκότες ποιοῦσι θυσίας, εὔχονται δὲ καὶ εὐχάς, καὶ εἰς πέρας ἄγουσι τὰ ἐπηγγελμένα. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ μελῳδούμενον· « Εὔξασθε καὶ ἀποδῶτε τῷ Κυρίῳ Θεῷ ἡμῶν. » Ὅρα τοίνυν καινότητα πραγμάτων. Οἱ γὰρ πάλαι τοῖς δαιμονίοις καταθύειν εἰωθότες, οἱ τῷ Σατανᾷ προσκομίζοντες B τὰς λατρείας καὶ ἀνατιθέντες χαριστήρια, καὶ μὴν καὶ εὐχάς, ἦγουν ὑποσχέσεις ἀποπληροῦντες ἐσπουδασμένως· πεφωτισμένοι τὸν νοῦν διὰ Χριστοῦ, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας δόγμασιν ἐκλελαμπρυσμένοι, τῆς μὲν ἀρχαίας ἀποδραμοῦνται πλάνης, ἐπεγνωκότες δὲ ἅπαξ τὸν τῶν ὅλων γενεσιουργὸν καὶ Κύριον, αὐτῷ τὴν ἐν πνεύματι προσκομίζουσι λατρείαν, πανάγνους πληροῦντες εὐχάς, καὶ θυσίας ἀναφέροντες, οὐ τὰς δι' αἱμάτων ἔτι καὶ τῆς τῶν ἀλόγων σφαγῆς· πνευματικὰς δὲ μᾶλλον, ὡς ἔφην, καὶ εὐπροσδέκτους διὰ τὸ ἄμωμον.

amiciens. Ita etiam ipse dicit alicubi Servator: « Nunc judicium est hujus mundi : nunc princeps mundi hujus ejicietur foras. Et ego si exaltatus fuero de terra, omnes traham ad meipsum [63]. » Viden' illum, mundum judicasse? et Satanam olim contra ipsum tyrannidem exercentem ejecisse? ad se omnes traxisse? Noverunt etenim ipsum Ægyptii. Et ubi agnoverunt, faciunt sacrificia, vovent-que vota, et quæ sunt promissa exsequuntur. Istud enim est voce Davidis decantatum : « Vovete et reddite Domino Deo nostro [64]. » Intuere itaque novitatem rerum. Qui etenim quondam dæmoniis sacrificare consueverunt, qui Satanam cultu prosecuti sunt, grata consecrarunt carmina, et vota quoque adimpleverunt studiose : illuminati mente per Christum, et veritatis dogmatibus illustrati, ab antiquo errore refugerunt, et agnoscentes semel universitatis procreatorem et Dominum, ipsi in spiritu cultum offerunt, purissima vota implendo, et sacrificia offerendo, non jam per cruorem et brutorum cædem, sed, uti dicebam, spiritualia, et propter immaculatam puritatem accepta.

Καὶ πατάξει Κύριος τοὺς Αἰγυπτίους πληγῇ μεγάλῃ, καὶ ἰάσεται αὐτοὺς ἰάσει· καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον, καὶ εἰσακούσεται αὐτῶν, καὶ ἰάσεται αὐτούς.

Vers. 22. *Et percutiet Dominus Ægyptios plaga magna, et sanabit eos sanatione. Et convertentur ad Dominum, et exaudiet eos, et sanabit.*

Ὅταν ἐπισκέπτηται Θεὸς, πλήττει μὲν ἑσθ' ὅτε C τοὺς ἀνοσίως πεπραχότας, καὶ τὰς ὑπὲρ ὧν εἰς αὐτὸν πεπαρῳνήκασι πράττεται δίκας, ὀνίνησι δὲ σφόδρα κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον. Οὐ γὰρ ἠττώμενος ἐπιφέρει τὴν μάστιγα, μετατιθεὶς δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὸ ἄμεινον. Ἢ γὰρ ἐκ πλάνης μεθίστησιν εἰς ἀλήθειαν, ἢ καὶ ἀκαθέκτως ἀποκλίνοντας εἰς τὸ πλημμελεῖν τὰ αἰσχίω διδάσκει μεταμανθάνειν, καὶ μεταφοιτᾷν ἐπείγεσθαι πρὸς τὸ ἀρέσκον αὐτῷ. Τοιγάρτοι καὶ ὀνησιφόρον εἰδότες τὸ χρῆμα, τὸ παιδεύεσθαι φημὶ, κεκράγασι πρὸς αὐτὸν οἱ μακάριοι προφῆται· « Παίδευσον ἡμᾶς, Κύριε, πλὴν ἐν κρίσει, καὶ μὴ ἐν θυμῷ. » Καὶ πάλιν· « Κύριε, ἐν θλίψει ἐμνήσθημέν σου, ἐν θλίψει μικρᾷ ἡ παιδεία σου ἡμῖν. » Ἔφη δέ που καὶ πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγήν· Πόνῳ καὶ μάστιγι παιδευθήσῃ, Ἱερουσαλήμ. Παιδεύει τοίνυν οὓς D ἂν ἕλοιτο καὶ ἀγαπᾷ. Τοῦτο χαριεῖσθαι καὶ τοῖς Αἰγυπτίοις ὁ προφήτης φησί· Πατάξει γὰρ αὐτοὺς ὁ Κύριος πληγῇ μεγάλῃ, καὶ ἰάσεται αὐτοὺς ἰάσει. Εἰ γὰρ καὶ δέδονται τυχὸν τοῖς Ῥωμαίων στρατηγοῖς, καὶ τὸν πολέμου νόμων ἐξωπλισμένοι κεκρατήκασι τῆς γῆς οἱ ὑπ' αὐτοὺς δορυφόροι, ἀλλ' οὖν τόπον ἐσχηκότες παρ' αὐτοῖς τοῦ θείου κηρύγματος, τὴν μὲν ἐκ τοῦ πεπλανῆσθαι ζημίαν ἀπεφορτίσαντο, μετακεχωρήκασι δὲ πρὸς τὸ θεῖόν τε καὶ οὐράνιον φῶς, καὶ τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην ἀποκρουσάμενοι δόξαν, ὑγιᾶ λοιπὸν ἐσχήκασι τὴν καρδίαν. Ἐπιστραφήσονται γὰρ πρὸς Κύριον, καὶ εἰσακούσεται αὐτῶν, τοῦτ' ἔστιν, οἱ πά-

Quando visitat Deus, percutit quidem designantes impia, et quod in eum debacchati sunt, pœnas exigit, sed hac eadem ratione juvat. Non enim ira victus infert flagellum, sed in melius potius convertit. Vel enim ab errore traducit ad veritatem, **297** vel etiam incontinenter declinantes ad turpiter delinquendum, docet resipiscere, et celeriter ad id quod ipsi visum est sese recipere. Igitur cum scirent beati prophetæ rem utilem esse, castigari, inquam, clamarunt ad ipsum : « Castiga nos, Domine, verum in judicio, non in furore [65]. » Et rursum : « Domine, in afflictione meminimus tui, in afflictione exigua castigatio tua nobis. » Dixit etiam Synagogæ Judæorum : In dolore et verbere castigaberis, Jerusalem. Castigat itaque quos eligit et amat [66]. Hoc etiam largiturum Ægyptiis quoque ait propheta : « Percutiet enim eos Dominus plaga magna, et sanabit eos sanatione. » Etsi enim traditi sunt, puta Romanis ducibus, et jure belli armati eorum satellites terram subegerunt : attamen divina prædicatione locum apud eos habente, hoc erroris sui damno levati sunt, et ad divinam ac cœlestem lucem transierunt, et inveterata illa opinione depulsa, sano deinceps corde fuerunt. Convertentur enim ad Dominum, et exaudiet eos, id est, qui olim propter multam impietatem a Deo proscripti erant, de cætero discent non jam idolis abominandis pro his quæ fieri vellent, supplicationes offerre, sed ad

[63] Joan. XII, 31, 32. [64] Psal. XLIX, 14. [65] Jerem. X, 24. [66] Prov. III, 12.

Digitized by Google

ipsum clamabunt, qui cor sanat contritum. Erit autem non tardus Deus, sed potius ad annuendum illis paratus, propitius et placabilis. Causa igitur efficiens et concilians omnia bona omni homini est, natura ac vere Deum universitatis Creatorem et Dominum agnoscere.

λαι διὰ πολλὴν ἀσέβειαν ἐν ἀποστροφῇ γεγονότες τῇ παρὰ Θεῷ, μαθήσονται λοιπὸν οὐκέτι τοῖς βδελύγμασι προσάγειν τὰς ἱκεσίας, τὰς ὑπὲρ ὧν ἂν ἕλοιντο ποιεῖσθαι τυχὸν, πρὸς αὐτὸν δὲ μᾶλλον κεκράξονται τὸν ἰώμενον τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν. Ἔσται δὲ αὐτοῖς οὐ βραδὺς, ἕτοιμος δὲ μᾶλλον εἰς τὸ κατανεῦσαι Θεὸς, ἵλεώς τε καὶ εὐμενής. Πρόξενον οὖν ἄρα παντὸς ἀγαθοῦ γένοιτ' ἂν ἀνθρώπῳ παντὶ, τὸ εἰδέναι τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν, καὶ τὸν τῶν ὅλων Γενεσιουργὸν καὶ Κύριον.

VERS. 23. *Die illa erit via Ægyptiis ad Assyrios, et introibunt Assyrii in Ægyptum, et Ægyptii vadent ad Assyrios, et servient Ægyptii Assyriis.*

Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται ὁδὸς Αἰγυπτίοις πρὸς Ἀσσυρίους. Καὶ εἰσελεύσονται Ἀσσύριοι εἰς Αἴγυπτον, καὶ Αἰγύπτιοι πορεύσονται πρὸς Ἀσσυρίους, καὶ δουλεύσουσιν οἱ Αἰγύπτιοι τοῖς Ἀσσυρίοις.

Beatus Paulus de omnium nostrum Servatore Christo scribit quod ipse sit pax nostra [67]. Non enim modo superioribus administris, et sanctis spiritibus terræ incolas conjunxit, sed gentes cum gentibus congredi ac celebrare cœtus inter se instituit. Antequam enim hoc commercium aliorum cum aliis veniret, separatæ erant provinciæ et urbes, crebræ seditiones ac turbationes, bellorum passim impressiones, et vincentium contra victos palmæ ac præmia, et effrenata vis dominabantur, et quosvis quibuscunque 293 modis opprimere, nobile quiddam et sane quam admirabile ducebatur. Cæterum etiam hic nobis pax Christus factus est. Postquam enim evangelicis vaticiniis orbem terrarum collustrans, omnes viam pietatis docuisset, et ut charitatem erga Deum et erga se mutuo amplecterentur, illa antiqua obsoleverunt, vetera recesserunt, et nova facta sunt, sicuti scriptum est; obtinuit enim pax ubique gentium. Hoc etiam est, opinor, quod et alibi dicit propheta Isaias de omnibus gentibus : « Et concident gladios suos in aratra, et lanceas suas in falces, et non tollet gens in gentem gladium, et non discent amplius bellare [68]. » Nam cum uni jugo parerent omnes, spiritualiter quidem Dei, corporaliter autem Romanorum : sedatam et interbidam et belli expertem vitam vivunt, ut, omni liberati metu, etiam olim inimicissimi, alii cum aliis animorum conjunctione consentiant. Ægyptiis enim, inquit, via erit ad Assyrios, et Assyriis ad Ægyptios, et ibunt Ægyptii ad Assyrios, et servient Ægyptii Assyriis, non ut illis jugum servitutis injiciant, sed ut amoris vinculo captos et comprehensos teneant, et suavissimas societates coeant. Assyrios nominat orientalem regionem incolentes.

Ὁ μακάριος γράφει Παῦλος περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, ὅτι αὐτός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν. Οὐ γὰρ μόνον τοῖς ἄνω πνεύμασι λειτουργικοῖς καὶ ἁγίοις συνῆψε τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ γὰρ ἔθνεσιν ἔθνη συμβῆναι παρεσκεύασεν. Πρὸ μὲν γὰρ τῆς ἐπιδημίας τῆς εἰς ἄλληλα ἐπιμιξίας, ἀπενοσφίζετο χώρα τε καὶ πόλις, συχναί τε ἦσαν ἐξαναστάσεις καὶ πολέμων ἔφοδοι πανταχοῦ καὶ τῶν ἰσχυόντων ἆθλα τὰ τῶν ἡττωμένων, καὶ ἀνουθέτητος ἡ πλεονεξία, καὶ τὸ ἀδικεῖν οὗς ἂν δύναιτό τις, εὐκλείας εἶναί τι, καὶ τῶν ὅτι μάλιστα θαυμαστῶν ἐνομίζετο. Ἀλλὰ γέγονεν ἡμῖν εἰρήνη, καὶ κατὰ τοῦτο Χριστός. Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασιν περιαστράπτων τῇ ὑπ' οὐρανὸν, ἐδίδαξεν ἅπαντας τῆς εὐσεβείας τὴν ὁδὸν, καὶ τῆς εἰς Θεὸν καὶ ἀλλήλους ἀγάπης ἀντέχεσθαι, πέπαυται μὲν ἐκεῖνα πάλαι, παρῴχηκε δὲ τὰ ἀρχαῖα, καὶ γέγονε καινὰ, καθὰ γέγραπται. Κεκράτηκε γὰρ ἡ εἰρήνη πανταχοῦ. Καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶν, ὅ καὶ ἑτέρωθί πού φησιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας περὶ πάντων τῶν ἐθνῶν· « Καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα, καὶ οὐ μὴ ἄρῃ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. » Γεγονότες γὰρ ἅπαντες ὑπὸ ζυγὸν ἕνα, πνευματικῶς μὲν τὸν ὑπὸ Θεῷ, σωματικῶς δὲ τὸν ὑπὸ Ῥωμαίοις, τὸν ἠρεμαῖον καὶ ἀσύγχυτον, καὶ πολέμου δίχα διαζῶσι βίον, ὥστε παντὸς ἐξῃρημένου δείματος, καὶ τοὺς πάλαι πολεμιωτάτους ἀλλήλοις συμφέρεσθαι πρὸς ὁμοψυχίαν. Αἰγύπτιοι γὰρ, φησὶν, ὁδὸν ἕξουσι πρὸς Ἀσσυρίους, καὶ Ἀσσύριοι πρὸς Αἰγυπτίους. Καὶ πορεύσονται Αἰγύπτιοι πρὸς Ἀσσυρίους, καὶ δουλεύσουσιν οἱ Αἰγύπτιοι τοῖς Ἀσσυρίοις, οὐ ζυγὸν δουλείας ἐπιῤῥιπτούντων ἐκείνων, ἀλλὰ τοὺς τῆς ἀγάπης δεσμοὺς ἐνειλημμένους ἔχοντας, καὶ ἡδίστας ποιουμένους τὰς ἐπιμιξείας. Ἀσσυρίους γε μὴν ὀνομάζει τοὺς τὴν ἕω οἰκοῦντας χώραν.

VERS. 24, 25. *Die illa erit Israel tertius inter Assyrios et Ægyptios benedictus in terra cui benedixit Dominus Sabaoth, dicens : Benedictus populus meus qui in Ægypto, et qui in Assyriis, et hæreditas mea Israel.*

Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται Ἰσραὴλ τρίτος ἐν τοῖς Ἀσσυρίοις καὶ ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις εὐλογημένος ἐν τῇ γῇ, ᾗ εὐλόγησεν ὁ Κύριος Σαβαὼθ λέγων· Εὐλογημένος ὁ λαός μου ὁ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Ἀσσυρίοις, καὶ ἡ κληρονομία μου Ἰσραήλ.

Dicitur Israel primogenitus inter filios. Cum autem in Christum debaccharentur, gentibus subditi sunt, et secundam velut classem sortiti sunt. Ha-

Ὠνόμασται μὲν ὁ Ἰσραὴλ πρωτότοκος ἐν τέκνοις. Ἐπειδὴ δὲ πεπιῤῥώνηκεν εἰς Χριστὸν, κατόπιν τέθειται τῶν ἐθνῶν, καὶ δευτέραν ὥσπερ μετεκλήρωσατο

[67] Ephes. II, 14. [68] Isa. II, 4.

Digitized by Google

τάξιν. Τετήρηται γὰρ καὶ αὐτῷ τῆς ἐπιστροφῆς ὁ καιρός. Γέγραπται γοῦν, ὅτι « Ὅταν δὲ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται. » Ἄθρει δὴ οὖν, ἄθρει τρίτον ἐν τούτοις ὠνομασμένον, ἐν τοῖς Ἀσσυρίοις καὶ Αἰγυπτίοις. Ἀσσυρίους δέ φησιν ἐν τούτοις, ὡς ἔφην, τοὺς κατά γε τὴν ἑῴαν ἅπασαν γῆν, μάλιστα δὲ τὴν μέσην τῶν ποταμῶν, ἐν ᾗ καὶ εἶναί φασι γνησίους προσκυνητάς, καὶ ἀδελφὴν καὶ γείτονα τῆς Αἰγυπτίων ἐπιτηδεύοντας ἄσκησιν, ὡς ἰσάμιλλον ἔχειν τὴν τε εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν ἔφεσίν τε καὶ προθυμίαν, καὶ μέν τοι καὶ ἀρετήν. Τοιγάρτοι φησὶν ὁ τῶν ὅλων Θεός· Εὐλογημένος ὁ λαός μου, ὁ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν Ἀσσυρίοις· ἐπαριθμεῖται δὲ τρίτος ὁ Ἰσραήλ. Προσεπάγει γὰρ ὅτι Καὶ κληρονομία μου Ἰσραήλ. Καὶ τούτου δὲ τὴν πρόφασιν προαπέδειξεν ἡμῖν ὁ λόγος· κεκυριοκτόνηκε γὰρ καὶ τέθειται εἰς νῶτον, καθά φησιν ὁ Δαβίδ. Καὶ ἐν τοῖς περιλοίποις γέγονεν ὁ πρωτότοκος.

bent enim et illi destinatum sibi tempus suæ conversionis. Nam scriptum est : « Quando vero plenitudo gentium intraverit, tum omnis Israel salvus erit [69]. » Contemplare igitur, contemplare in his tertium denominatum inter Assyrios et Ægyptios. Assyrios hic dicit, ut aiebam, qui totam velut orientalem terram occupant, maxime eam quæ inter fluvios sita est, in qua etiam germanos et ingenuos adoratores esse ferunt, qui et cognatam et vicinam Ægyptiorum excolunt disciplinam, ita ut in bonarum rerum studio, alacritate et virtute 299 æquo prorsus marte decertare videantur. Proinde dicit universitatis Deus : Benedictus populus meus qui est in Ægypto, et qui in Assyriis, numeraturque tertius Israel. Subdit enim : Hæreditas mea Israel. Causam autem præsignificavit nobis oratio ; Dominum enim occidit, et positus est in tergum, quemadmodum ait David [70], et in reliquiis censetur primogenitus.

Τοῦ ἔτους οὗ εἰσῆλθεν Ταραθὰν εἰς Ἄζωτον, ἡνίκα ἀπεστάλη ὑπὸ Ἀρνὰ βασιλέως Ἀσσυρίων, καὶ ἐπολέμησε τὴν Ἄζωτον, καὶ κατελάβετο αὐτήν, τότε ἐλάλησε Κύριος πρὸς Ἡσαΐαν λέγων· Πορεύου καὶ ἄφελε τὸν σάκκον ἀπὸ τῆς ὀσφύος σου, καὶ τὰ σανδάλιά σου ὑπόλυσαι ἀπὸ τῶν ποδῶν σου· καὶ ἐποίησεν οὕτως, πορευόμενος γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος. Καὶ εἶπε Κύριος· Ὃν τρόπον πεπόρευται Ἡσαΐας ὁ παῖς μου γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος, τρία ἔτη ἔσται σημεῖα καὶ τέρατα τοῖς Αἰγυπτίοις καὶ Αἰθίοψιν· ὅτι οὕτως ἄξει βασιλεὺς Ἀσσυρίων τὴν αἰχμαλωσίαν Αἰγύπτου καὶ Αἰθιόπων, νεανίσκους καὶ πρεσβυτέρους, τὴν αἰσχύνην Αἰγύπτου.

CAP. XX. VERS. 1-4. *Anno quo ingressus est Tanathan in Azotum, quando missus ab Arna rege Assyriorum, et Azotum aggressus est et cepit, tunc locutus est Dominus Isaiæ, dicens : Vade, et exue a lumbo tuo saccum, et calceos tuos detrahe de pedibus tuis. Et fecit sic, incedens nudus et discalceatus. Et dixit Dominus : Quemadmodum ambulat Isaias servus meus nudus et discalceatus, sic tribus annis erunt signa et prodigia Ægyptiis et Æthiopibus, quia sic ducet rex Assyriorum captivitatem Ægypti et Æthiopum juvenes, senesque nudos et discalceatos, opertos dedecore Ægypti.*

γυμνοὺς καὶ ἀνυποδέτους, ἀνακεκαλυμμένους

Διαπεράνας εὖ μάλα τὸν ἐπὶ τοῖς Αἰγυπτίοις λόγον, καὶ τίνα τρόπον κεκλήσονται διὰ πίστεως εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν προηγορευκώς, οἰκονομεῖ τι πάλιν τῶν ὅσαπερ ἦν χρήσιμά τε καὶ ἀναγκαῖα πρὸς δύνησιν τοῖς ἐξ Ἰσραήλ· καὶ ποῖα δὴ ταῦτά ἐστιν, ὡς ἐν βραχέσιν ἐρῶ. Ἀφειδήσαντες γὰρ καὶ αὐτῆς τῆς εἰς τὸν διὰ Μωϋσέως νόμον αἰδοῦς, καὶ μὴν καὶ τῆς εἰς θεὸν ἀγάπης ὀλιγωρήσαντες, ἀσυνετώτατα κατεφέροντο πρός γε τὸ δεῖν εἰς πολύθεον καθικέσθαι πλάνησιν, καὶ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν λατρεῦσαι. Τοῖς δὲ ἅπαξ εἰς τοῦτο γνώμης ὠλισθηκόσιν ἀνεπιτήδευτον ἦν τῶν φαύλων οὐδέν. Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἐπηρίει πλειστάκις αὐτοῖς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς πολέμους καὶ μάχας, τοῦτο μὲν τοὺς ἀπό γε τῶν ὁμόρων ἐθνῶν, τοῦτο δὲ τοὺς παρὰ Περσῶν τε καὶ Μήδων· οἱ δέ γε τῆς Ἰουδαίας κατεξανιστάμενοι, τὰ ἕτερα τῶν ἐθνῶν προκαταδηοῦντες ἐσθ' ὅτε, δεινοῖς καὶ ἀφορήτοις δείμασιν ὁμιλεῖν παρεσκεύαζον τοὺς ἐξ Ἰσραήλ. Οἱ δὲ καίτοι δέον τὸν τῶν ὅλων ἐκμειλίσσεσθαι Θεὸν, καὶ ἀνοσίων μὲν ἀποφοιτᾷν σπουδασμάτων, μεταχωρῆσαι δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὸ αὐτῷ δοκοῦν, καὶ ἀπολογεῖσθαι λελυπημένῳ, διά γε τῆς ἐκ τῶν αἰσχιόνων εἰς τὸ ἄμεινον μεταδρομῆς, οὕτω τε τὴν παρ' αὐτοῦ καὶ μόνου σωτηρίαν ἐπιζητεῖν, καὶ τὴν

Cum sermoni de Ægyptiis finem optime imposuerit, et quemadmodum vocandi essent per fidem ad veritatis agnitionem prædixerit, rursus quod Israelitis perutile et pernecessarium est, apte intexit. Ea quæ sint paucis dicam. Contempta enim ipsius legis Mosaicæ religione, et charitate in Deum spreta, eo devoluti sunt imprudentissime, ut errore multorum deorum involverentur, et suarum manuum operibus servirent. Quo semel in animum demisso, nihil malorum non aggrediebantur. Qua de causa sæpenumero universitatis Deus bellis et præliis eos vexavit, cum per finitimas gentes, tum per Persas et Medos : qui in Judæam impressione facta aliis gentibus prius vastatis, Israelitas gravi et intolerando metu non raro exanimarunt. Hi vero cum universitatis Deum emollire et placare, et ab impiis studiis pedem referre, et potius ad Dei placitum se conferre, et se ei offenso purgare, atque a turpioribus ad meliora confugere, et ita ab eo salutem, et quidem 300 solam quærere, manumque semper conservantem et vindicantem expetere deberent : id sane miselli non fecerunt, sed corrogatis et emendicatis ab hominibus auxiliis, interdum finitimos quosdam ad hoc evocarunt, interim et

[69] Rom. xi, 25. [70] Psal. xx, 13.

Digitized by Google

vicinos Ægyptios, addentes iniquitatem iniquitati suæ, uti scriptum est [71] : et hoc ipso Deum omnipotentem ad iram exstimularunt. Dixit siquidem per unum e sanctis prophetis : « Et erat Ephraim columba amens, cor non habens ; invocavit Ægyptum, et ad Assyrios profecti sunt [72]. » Quin et per ipsum prophetam Isaiam : « Væ descendentibus in Ægyptum pro subsidio, qui in equis confisi sunt et curribus. Sunt enim multi, et eorum qui equis insident multitudo magna. Et non confisi sunt Sancto Israelis, et Deum non exquisiverunt ; et sapienter ipse inflixit illis mala, et verbum ejus non frustrabitur [73]. » Cum igitur Tanatha regis Assyriorum dux oppugnasset Azotum, vique cepisset (erat autem hæc regioni Judæorum vicina), exspectarunt Israelitæ se jamjam etiam citra laborem similia esse perpessuros. Hanc ob causam Ægyptiorum manu conducta, ad ferendum ipsis subsidium, Assyriorum phalangibus se voluerunt opponere. Vanam ergo esse eorum spem declarat Deus, et clare prædicit fore ipsos prædam Assyriorum potentiæ, et successu temporum capiendos, et captivorum in numero ac loco futuros. Ferunt enim Ægyptum fuisse sub manu Assyriorum diversis temporibus, et continuis tribus annis commisso cum ea prælio, vi totam cepisse, ac magna turba captivorum comitante suam in patriam rediisse. Præcipit ergo Deus prophetæ ut habitum captivis convenientem et consuetum sumat, id est, nuditatem et discalceationem. Nam victores captivorum non magnam plane rationem habent : hique eo miseriæ prolapsi, etsi essent juxta carnem nobiles, etsi ex infima plebe, uno calamitatis lino involvuntur, non vestem habentes, nec aliud quid vel ad ornatum, vel ad refocillationem ipsorum pertinens, sed ad hunc contemptum ex libidine capientium coguntur accedere. Jubetur itaque, ut dixi, divinus propheta saccum detrahere lumbo suo, et sandalia solvere, et mediam Jerusalem transire nudum et sine calceis. **301** Idque fecit non admodum sollicitus quomodo elegans aut venustus appareat : Deique decreto nihil adjecit, licet id grave et reprehensioni expositum videretur. Sed forte dixerit quispiam : Cur non præmonstravit potius Israelitis ea quæ processu temporum contingerent Ægyptiis ? cur adeo nudus ac discalceatus tam celebris propheta ambulavit, omni conveniente cultu neglecto ? Ad hoc dicimus eos prophetarum sermonibus non obtemperasse, imo cum prædicerent futura, increpasse : « Alia, inquiunt, nobis loquimini, et annuntiate nobis alium errorem [74]. » Hinc prudens hic vir, modestus, et omni virtute cumulatus, ac prophetiæ dono quasi coronatus, et in meditatione illustris, ipsum adeo saccum exuit, non mollem sane aut splendidam vestem, sed crassam potius et vilem ; ipsa etiam solvit pedum calceamenta, tali habitu ingrediens, ut qui ipsum videant, hoc mirentur, causasque sci-

A ἀεὶ σώζουσάν τε καὶ ἐπαμύνουσαν χεῖρα τοῦτο μὲν οὐκ ἔδρων οἱ δείλαιοι, ἐρανιζόμενοι δὲ τὰς ἐξ ἀνθρώπων ἐπικουρίας, ποτὲ μὲν τῶν ὁμόρων τινὰς ἐκάλουν εἰς τοῦτο, ποτὲ δὲ τοὺς γείτονας Αἰγυπτίους, προστιθέντες ἀνομίαν ἐπὶ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν, καθὰ γέγραπται, καὶ καταθήγοντες ὡς εἰς ὀργὰς καὶ ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ τὸν πάντα ἰσχύοντα Θεόν. Καὶ γοῦν ἔφη δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Καὶ ἦν Ἐφραὶμ περιστερὰ ἄνους, καὶ οὐκ ἔχουσα καρδίαν· Αἴγυπτον ἐπεκαλεῖτο, καὶ εἰς Ἀσσυρίους ἐπορεύθησαν. » Καὶ μὴν καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου· « Οὐαὶ, οἱ καταβαίνοντες εἰς Αἴγυπτον ἐπὶ βοήθειαν, οἱ ἐφ' ἵπποις πεποιθότες καὶ ἐφ' ἅρμασιν. Ἔστι γὰρ πολλὰ καὶ ἐφ' ἵπποις πλῆθος σφόδρα· καὶ οὐκ ἦσαν πεποι-
B θότες ἐπὶ τὸν Ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τὸν Θεὸν οὐκ ἐξεζήτησαν· καὶ αὐτὸς σοφὸς ἦγεν ἐπ' αὐτοὺς κακὰ, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ οὐ μὴ ἀθετηθῇ. » Τοῦ τοίνυν Ταναθὰν, στρατηγὸς δὲ οὗτος βασιλέως Ἀσσυρίων, πολεμήσαντος τὴν Ἄζωτον, ἑλών τε κατὰ κράτος αὐτὴν γείτων δὲ αὕτη τῇ τῶν Ἰουδαίων χώρᾳ· προσεδόκουν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ αὐτίκα δὴ μάλα καὶ αὐτοὶ καὶ λίαν ἀμογητὶ τὰ ἴσα παθεῖν. Ταύτης τε ἕνεκα τῆς αἰτίας τὴν Αἰγυπτίων χεῖρα καταμισθούμενοι πρὸς τὸ ἐπαμύνειν αὐτοῖς ταῖς Ἀσσυρίων φάλαγξιν ἀντεξάγειν ἤθελον. Ματαίαν τοίνυν αὐτῶν ἀποφαίνει τὴν ἐλπίδα Θεός· προαγορεύει δὲ σαφῶς, ὅτι τῆς Ἀσσυρίων δυνάμεως ἔργον[ἄγρα]ξονται καὶ αὐτοὶ, ἁλώσονταί τε κατὰ
C καιροὺς, καὶ ἐν δορυκτήτων ἔσονται τάξει. Φασὶ γὰρ ὅτι γέγονεν ὑπὸ χεῖρα βασιλέως Ἀσσυρίων κατὰ καιροὺς ἡ Αἰγυπτίων· καὶ ἐν ὀλίγοις ἔτεσι τρισὶν ἐγκαθεσθεὶς αὐτῇ, πᾶσάν τε ἑλὼν κατὰ κράτος, πλείστην ὅσην ἔχων αἰχμαλωσίαν, ὑπενόστησεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ. Ἐπιτάττει τοίνυν τῷ προφήτῃ Θεὸς, τὸ τοῖς αἰχμαλώτοις πρέπον τε καὶ σύνηθες σχῆμα λαβεῖν· τοῦτ' ἔστι, γυμνότητά τε καὶ ἀνυποδεσίαν. Τοῖς γὰρ ὅλως νενικημένοις οὐ πολὺς τῶν ἑαλωκότων ὁ λόγος· οἱ δὲ
D εἰς τοῦτο πεσόντες ταλαιπωρίας, κἂν εἴτε τινὲς εἶεν τῶν εὐγενῶν κατὰ σάρκα, κἂν εἴτε τῆς ἀγελαίου πληθύος, ἑνὶ τῷ τῆς ἀθλιότητος συνέχονται λίνῳ, οὐκ ἄμφιον ἔχοντες, ἦγουν ἕτερόν τι τῶν τελούντων εἰς κόσμον αὐτοῖς ἢ ἀνάπαυσιν, ἀτημελῶς δὲ οὕτως πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τοῖς ἑλοῦσι καταθυμίων, ὡς ἐξ ἀνάγκης ἐρχόμενοι. Προστάττεται τοίνυν, ὡς ἔφην, ὁ θεσπέσιος προφήτης, ἀφελεῖν τὸν σάκκον ἀπὸ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ, ὑπολύσασθαί τε τὰ σανδάλια, καὶ διὰ μέσης ἰέναι τῆς Ἱερουσαλὴμ γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος. Ἔδρα δὲ τοῦτο τοῦ δοκεῖν εὐσχήμων εἶναί τις, οὐ σφόδρα πεφροντικὼς, καὶ τῶν ἀρεσκόντων Θεῷ προστιθεὶς οὐδὲν, κἂν εἰ φαίνοιτό τι βαρὺ καὶ μώμου μεστόν. Ἀλλ' ἴσως πρὸς τοῦτο ἐρεῖ τις· Διὰ τί γὰρ μὴ μᾶλλον προηγόρευσε μόνον τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὰ συμβησόμενα τοῖς Αἰγυπτίοις κατὰ καιρούς ; Πεπόρευται δὲ οὕτως γυμνός τε καὶ ἀνυπόδετος ὁ διαβόητος ἐν προφήταις, τῆς αὐτῷ πρεπούσης εὐκοσμίας ἠφειδηκώς. Πρὸς δὴ τοῦτό φαμεν ὅτι τοῖς τῶν προφητῶν οὐκ ἐπείθοντο λόγοις, μᾶλλον δὲ καὶ ἐπετίμων τοῖς προαγορεύειν ἐθέλουσι τὰ ἐσόμενα, λέγοντες· « Ἄλλα

[71] Isa. xxx, 1 seqq. [72] Osee vii, 11. [73] Isa. xxxi, 1, 2. [74] Isa. xxx, 10.

Digitized by Google

ἡμῖν λαλεῖτε, καὶ ἀναγγέλλετε ἡμῖν ἑτέραν πλάνησιν.» Ταύτῃ τοι καὶ μάλα σαφῶς ὁ σώφρων, ὁ κόσμιος, καὶ ἀρετῆς ἁπάσης ἔμπλεως, ὁ προφητικῇ κατεστεμμένος χάριτι, καὶ ἐν ἀσκήσει περιφανὴς, καὶ αὐτὸν ἀποδύεται τὸν σάκκον, οὐ τρυφερὸν ἱμάτιον, παχὺ δὲ μᾶλλον καὶ εὐτελές· ἀπολύει δὲ καὶ τῶν ποδῶν τὰ σανδάλια, καὶ ἐν τῷ τοιῷδε βαδίζει σχήματι· ἵν' αὐτὸ δὴ τοῦτο θαυμάζοντες οἱ ὁρῶντες αὐτὸν, ἀναπυνθάνωνται τὰς αἰτίας, καὶ ἐφ' ὅτῳ τοῦτο πέπραχεν εἰδέναι σπουδάζοντες, πληροφορηθεῖεν· ὅτι ματαίαν ἔχουσι τὴν ἐπ' ἀνθρώποις ἐλπίδα· καὶ χρῆν δή που μᾶλλον αὐτοὺς γλίχεσθαι μὲν τῆς ἄνωθεν εὐημερίας, ἐπίκουρον δὲ ποιεῖσθαι φιλεῖν τὸν ἀεὶ σεσωκότα Θεόν. Γυμνοῦ τοίνυν καὶ ἀνυποδέτου περινοστοῦντος τὴν Ἰουδαίαν τοῦ μακαρίου προφήτου, καὶ πτοίας ἐγγινομένης τοῖς ὁρῶσιν αὐτὸν οὐ μικρᾶς, Εἶπεν, φησὶ, Κύριος· Ὃν τρόπον πεπόρευται Ἡσαΐας ὁ παῖς μου, γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος, τρία ἔτη ἔσται σημεῖα καὶ τέρατα τοῖς Αἰγυπτίοις καὶ Αἰθίοψιν. Ὡς γὰρ ἔφην Αἰγυπτίων ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς, καὶ μὴν καὶ τοὺς ἔχων αἰχμαλωσίαν, καὶ ταῖς Αἰγυπτίων ἀνασπαλήσας συμφοραῖς· τότε δὴ τότε λαμπρὸς οἶκοι πάλιν ἀνεκομίζετο.

A scitentur, et scire cupientes cur hoc fecerit, vanam se spem habuisse in hominibus, exploratum habeant : cum oportuisset potius, e supernis favorem ambire, Deumque sibi conciliare adminiculatorem, qui semper servavit. Proinde nudo et sine calceis perambulante Judæam beato propheta, cum spectatoribus non exiguus timor inculteretur, Dixit Dominus, inquit : Quemadmodum ambulat Isaias puer meus nudus et discalceatus, sic tribus annis erunt signa et prodigia in Ægyptios et Æthiopes. Nam, ut superius dixi, cum Assyriæ rex triennio toto Ægyptum, Æthiopesque vicinos, et Thebanorum terram accolentes depopulatus, complures captivos haberet, Ægyptiorum calamitatibus exsultans et insolescens : tunc, tunc illustris domum B iterum reducitur.

Καὶ ἠτηθήσονται αἰσχυνθέντες οἱ Αἰγύπτιοι ἐπὶ τοῖς Αἰθίοψιν, ἐφ' οἷς ἦσαν πεποιθότες οἱ Αἰγύπτιοι· ἦσαν γὰρ αὐτοῖς δόξα. Καὶ ἐροῦσιν οἱ κατοικοῦντες ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ· Ἰδοὺ ἡμεῖς ἦμεν πεποιθότες, τοῦ φυγεῖν εἰς αὐτοὺς εἰς βοήθειαν, καὶ οὐκ ἠδύναντο σωθῆναι ἀπὸ βασιλέως Ἀσσυρίων, καὶ πῶς ἡμεῖς σωθησόμεθα;

VERS. 5, 6. *Et erubescent victi super Æthiopibus, quibus confisi sunt Ægyptii; erant enim eis gloria. Et dicent habitatores insulæ istius : Ecce nos confisi sumus, ut confugeremus ad eos in auxilium, qui non potuerunt defendi contra regem Assyriorum. Et quo pacto servabimur nos?*

Τὰ πρόσοικα τῇ Θηβαίων ἔθνη βάρβαρα, Βλέμμυες δὲ οὗτοι, οἳ καὶ εἰσὶν Αἰθίοπες, εὐτεχνέστατα μὲν τὰς C βελῶν ἀφαιρέσεις ποιεῖσθαι μεμελετήκασι. Φαρμάκῳ δὲ ταύτας ἀποχρίοντες ὀλεθριωτάτῳ ἐπαφίασι τοῖς μαχομένοις· κἂν εἰ προσψαύσειαν, τεθνήξεται πάντως ὁ πληγείς, καὶ ὥσπερ τις ὀφιόδηκτος γεγονὼς παραχρῆμα πεσεῖται. Ἦν οὖν ἐν ἔθει καὶ τριβῇ Αἰγυπτίοις, πολέμου καὶ μάχης ἐπηρτημένων, τὰς τῶν Αἰθιόπων καταμισθοῦν τε φάλαγγας, καὶ μέγα φρονεῖν ἐπ' αὐτοῖς· ἀλλ' ἥλωσαν σὺν αὐτοῖς τῆς τῶν Ἀσσυρίων ἀνδρείας ἠττώμενοι. Αἰσχυνθήσονται τοίνυν οἱ Αἰγύπτιοι, φησὶν, ἐπὶ τοῖς Αἰθίοψιν, ἐφ' οἷς ἦσαν πεποιθότες. Κατειλημμένων γὰρ καὶ αὐτῶν καὶ νενικημένων, ἐροῦσιν οἱ ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ κατοικοῦντες· Ἰδοὺ ἡμεῖς ἦμεν πεποιθότες ποτὲ τοῦ φυγεῖν εἰς αὐτοὺς εἰς βοήθειαν, οἳ οὐκ ἠδύναντο σωθῆναι ἀπὸ βασιλέως Ἀσσυρίων· καὶ πῶς ἡμεῖς σωθησόμεθα; Νῆσον μὲν οὖν τὴν Αἴγυπτον ὀνομάζει, διά τοι τὸ εἶναι περίῤῥυτον ποταμοῖς, καὶ λίμναις ὑδάτων διεζῶσθαι πανταχοῦ· εἰσκομίζει γε μὴν τοὺς ἐνοικοῦντας αὐτὴν, τῆς ἐπὶ τοῖς Αἰθίοψιν ἐλπίδος καταγινώσκοντας. Εἰ γὰρ ἥλωσαν αὐτοὶ, φησὶν, πῶς ἂν ἐκσώσειαν τοὺς ἐπ' αὐτοῖς πεποιθότας; Ἀγαθὸν οὖν ἄρα τὸ ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον· καὶ ὡς φησιν ὁ προφήτης Ἱερεμίας· « Ἐπικατάρατος μὲν ἄνθρωπος ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον, καὶ στηρίζει σάρκα βραχίονος αὐτοῦ· εὐλογημένος γε μὴν, ὃς πέποιθεν ἐπὶ τῷ Κυρίῳ καὶ ἔσται Κύριος ἐλπὶς αὐτοῦ.» Ἀεὶ δέ πως ἡμᾶς ὁ προφητικὸς ὀνίνησι λόγος· κἂν

Accolæ Thebanorum sunt gentes barbaræ, Blemmyes, qui idem sunt Æthiopes, **302** homines peritissimi, telis mittendis atque torquendis exercitati, quæ veneno perniciosissimo inuncta, in eos quibuscum congrediuntur ejaculabantur : si tetigerint, percussus omnino moritur, et perinde atque a serpente morsus, confestim concidit. Erat igitur in more et consuetudine Ægyptiis, bello et pugna ingruente, Æthiopicas phalanges conductitias corrogare, et de illis plurimum superbire ; verum cum illis capti sunt fortitudine Assyriorum devicti. Erubescent igitur, inquit, Ægyptii in Æthiopibus quibus fidebant. Captis enim illis et superatis, dicent ejus insulæ habitatores : Ecce nos confisi eramus ut confugeremus ad eos auxilii gratia, qui non potuerunt contra regem Assyriorum defendi ; quonam pacto servabi- D mur nos? Insulam igitur Ægyptum nominat, eo quod fluminibus circumfluat et staguis aquarum undique cingatur. Introducit ejus habitatores seipsos spei in Æthiopibus collocatæ damnantes. Si etenim, inquit, capti sunt ipsi, confisos sibi qui servare poterunt? Melius est ergo sperare in Domino, quam confidere in homine, et, ut dicit Jeremias propheta : « Maledictus homo qui spem habet in homine, et innititur carni brachii sui : benedictus qui fidit Domino, et erit Dominus spes ejus [76].» Oratio autem prophetica nobis semper utilis est, et quanquam forte spiritualem enarrationem non habeat hæc historia, tamen haud exiguus fructus inde pervenit.

[76] Jerem. XVII, 5, 7.

Digitized by Google

Paulus enim dicit hæc figurate contigisse majoribus, ad nostram quoque admonitionem esse conscripta [75].

εἰ μὴ ἔχοι τυχὸν πνευματικῆς ἀφηγήσεως; τρόπον ἡ ἱστορία, ἀλλ' οὖν τὸ ἐξ αὐτῆς ὄφελος οὐ βραχύ. Φησὶ γὰρ ὁ Παῦλος, τυπικῶς συμβαίνειν τοῖς ἀρχαιοτέροις, γεγράφθαι γε μὴν πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν.

VISIO DESERTI.

Terminato pulcherrime sermone, qui de Ægyptiis inquam habitus est, cum a propheta, quando et quomodo per fidem ad agnitionem veri Dei vocarentur expositum sit : ad aliam visionem se confert, de eremo : nec simpliciter hic terræ desertæ et desolatæ facit mentionem, sed eremum vocat Babyloniam, quæ cum olim innumerabiles haberet incolas fortes et pugnacissimos, ira e supernis illata sic devastata est, ut omnino viris vacua remaneat, cum Cyrus Cambysis filius oppugnaret Babyloniam : B **303** cujus et alibi meminit propheta, inquiens : « Sic dicit Dominus uncto meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut audiant coram eo gentes : et civitates non concludentur [76]. » Hic illam superbam quondam, et contra omnem gentem elevatam, et in pugnis formidabilem, Babylonem, inquam, vi occupavit : facit autem et nunc propheta ejus mentionem et desertum nominat. Quomodo autem eo calamitatis delapsa sit, duabus de causis manifeste narrat, ut quidem ego censeo : vel ut Judæos a spe in illis collocata abducat : « Erat enim Ephraim columba amens, » quemadmodum ait alius e prophetis [77] : « Ægyptum invocavit, et ad Assyrios profecti sunt : » vel ut contristatos consoletur, quia vastata eorum regione, et exusto ipsorum templo, C Babylonem captivi abducti sunt cum uxoribus et liberis. Quo quidem perspicue docet, si ex præscripto legis vivere instituant, et divinarum præceptionum germani et ingenui custodes esse velint, Deum vastatores illos aggressurum. Narrationem igitur instituit propheta, habetque visionis contextus enallagen, et imitationes personarum. Nunc enim velut futurorum oculatus testis, et spectator a Deo sibi ostensa enarrat : nunc et quid temporum decursu et delapsu contingeret, spiritu prophetico ante denuntiat : nunc introducit insuper personam Babyloniorum, sese ob tam acerbas et inopinatas calamitates deplorantium. Proinde quasi contemplatus Persarum, et Medorum, et Elamitarum, contra Babylonem D expeditionem, ita ait : Obequitabunt et peragrabunt eremum.

ΤΟ ΟΡΑΜΑ ΤΗΣ ΕΡΗΜΟΥ.

Διαπεράνας εὖ μάλα τὸν ἐπί γέ φημι τοῖς Αἰγυπτίοις λόγον, πηνίκα τε καὶ ὅπως κεκλήσονται διὰ πίστεως πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ κατ' ἀλήθειαν ὄντος Θεοῦ διειπὼν ὁ προφήτης, μεταφοιτᾷ πρὸς ἑτέραν ὅρασιν τὴν περὶ τῆς ἐρήμου· καὶ οὐχ ἁπλῶς γῆς ἡμῖν ἐν τούτοις ἀοικήτου καὶ ἐρήμης ποιεῖται μνήμην· ἀλλὰ γὰρ ἔρημον ὀνομάζει τὴν Βαβυλωνίων, ἣ ποτε μὲν ἀριθμοῦ κρείττονας εἶχε τοὺς οἰκήτορας, δεινούς τε καὶ μαχιμωτάτους· ἠρημώθη δὲ οὕτως, ὀργῆς αὐτῇ τῆς ἄνωθεν ἐπενηνεγμένης, ὡς κένανδρον ἀπομεῖναι παντελῶς καταστρατεύσαντος τῆς Βαβυλωνίων Κύρου τοῦ Καμβύσου. Οὗ καὶ ἑτέρωθι διαμνημονεύει λέγων ὁ προφήτης· « Οὕτως λέγει Κύριος τῷ χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς, ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη. Πόλεις οὐ συγκληθήσονται. » Οὗτος εἶλε κατὰ κράτος τὴν ἀλαζόνα ποτὲ καὶ κατὰ παντὸς ἔθνους ἐπαιρομένην, καὶ δυσάντητον ἐν μάχαις, τὴν Βαβυλῶνά φημι. Ποιεῖ δὲ μνήμην καὶ νῦν ὁ προφήτης αὐτῆς, καὶ ἔρημον μὲν ὀνομάζει. Τίνα δὲ τρόπον ἀθλιότητος εἰς τοῦτο κατώλισθεν, ἀφηγεῖται σαφῶς δύο τούτων ἕνεκα καθάπερ ἐγῷμαι. Ἡ γὰρ ἵνα τοὺς Ἰουδαίους ἀποστήσῃ τῆς ἐλπίδος· « Ἦν γὰρ Ἐφραὶμ περιστερὰ ἄνους, » καθά φησιν εἷς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Αἴγυπτον ἐπεκαλεῖτο, καὶ εἰς Ἀσσυρίους ἐπορεύετο· » ἢ ἵνα παρακαλέσῃ λελυπημένους, ὅτι πεπόρθηται μὲν αὐτῶν ἡ χώρα, ἐμπέπρησται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ νεὼς, δορύληπτοι δὲ γυναιξὶν ὁμοῦ καὶ τέκνοις ἀπεκομίσθησαν εἰς τὴν Βαβυλῶνα. Τοῦτο δὲ ἦν διδάσκοντος ἐναργῶς, ὅτι καὶ τῶν πεπορθηκότων αὐτοὺς κατεξαναστήσεται Θεὸς, εἰ ζῆν ἕλοιντο κατὰ νόμον, καὶ τῶν θείων ἐνταλμάτων αὐτοῦ γνήσιοι γενέσθαι φύλακες. Οὐκοῦν ἀφηγεῖται μὲν ὁ προφήτης. Ἔχει γε μὴν τὸ τῆς ὁράσεως ὕψος προσώπων ἐναλλαγάς. Ποτὲ μὲν γὰρ ὡς αὐτόπτης τῶν ἐσομένων, καὶ θεωρὸς ἤδη γεγονὼς, ἐξηγεῖται τὰ παραδεδιγμένα αὐτῷ παρὰ Θεοῦ· ποτὲ δὲ καὶ τί συμβήσεται κατὰ καιροὺς προφητικῷ πνεύματι προαναφωνεῖ· εἰσκομίζει δὲ καὶ τὸ Βαβυλωνίων ἔσθ' ὅτε πρόσωπον κατοιμωζόντων ἑαυτοὺς ἐπὶ ταῖς οὕτω δειναῖς καὶ ἀδοκήτοις συμφοραῖς. Ὡς τεθεαμένος τοίνυν τὴν Περσῶν τε καὶ Μήδων, καὶ μὴν καὶ Ἐλαμιτῶν κατὰ τῆς Βαβυλῶνος ἐκστρατιὰν, οὕτω φησί· Καθιππεύσουσί τε καὶ διελεύσονται τὴν ἔρημον.

Ὡσανεὶ καὶ ἀνέμων καταιγὶς δι' ἐρήμου διέλθοι.

Τὴν κόνιν εἶναι ἀναστᾶσα, καὶ μονονουχὶ συγχέουσα τὸ πᾶν. Προσεπάγει δέ·

Ὅτι φοβερὸν τὸ ὅραμα καὶ σκληρὸν ἀνηγγέλη μοι.

Ἱκανὴ γὰρ λίαν, καὶ ψιλὴ καὶ μόνη τῶν πολεμίων ἡ θέα, καὶ τῶν μαχίμων ἡ ἀλκιμωτάτη πληθὺς κα-

CAP. XXI. VERS. 1. *Sicut venti tempestas desertum pertransit.*

Pulverem excitans, et omnia susque deque miscens. Addit :

VERS. 2. *Horribilis visio, et dura annuntiata est mihi.*

Sufficit enim nudum et solum hostium spectaculum, et virorum bellicosorum multitudo fortissima

[75] I Cor. x, 11. [76] Isa. XLV, 1. [77] Osee, 7, 11.

Digitized by Google

εσκευασμένη πρὸς πόλεμον, σκληρὸν ἐμποιῆσαι δεῖμα τοῖς θεωμένοις. Ἀλλ' οὐ τεθεᾶσθαί φησι μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ, Ἀνηγγέλη μοι, φησίν· ὁμοῦ γὰρ τῇ θέᾳ, καὶ τῶν πραγμάτων τὴν ἔκβασιν ἐδιδάσκετο, δῆλον δὲ ὅτι παρὰ Θεοῦ.

Ὁ ἀθετῶν ἀθετεῖ, καὶ ὁ ἀνομῶν ἀνομεῖ.

Ἀνεπίπληκτον, φησὶ, τῶν ἐπιόντων τὸ θράσος. Οὐ γὰρ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις ἀνάπτονται πρὸς τὸ ἥμερον· ἀλλ' οὐδέ τις τῶν ἐν αὐτοῖς διενθυμεῖταί τι τῶν ἡκόντων· ἀνομεῖ δὲ ἀκαθέκτως, καὶ ἀθετεῖ κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν, οὐ φειδοῦς ἐνούσης τινός· Οὐ γὰρ εἰς ἔλεον βλέπουσιν, ἀλλ' ἔργον αὐτοῖς τὸ ἐσπουδασμένον ἔσται, φησὶν, τὸ ἀνομεῖν τε καὶ ἀθετεῖν. Ἔφη τι τοιοῦτον καὶ διὰ φωνῆς τοῦ αὐτοῦ, πρὸς τοὺς τῆς Ἀσσυρίων οἰκήτορας· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ὑμῖν τοὺς Μήδους, οἳ οὐ λογίζονται ἀργύριον, οὐδὲ χρυσίου χρείαν ἔχουσι. Τοξεύματα νεανίσκων συντρίψουσι. Θεοῦ γὰρ ὀργὴν τοῖς πλημμελοῦσιν ἐπάγοντος, οὐδὲν ἔσται τὸ ἐπικουρεῖν δυνάμενον. Θηριοπρεπὴς δὲ μᾶλλον τοῖς ἐθέλουσι καταδηοῦν τοὺς ἐφ' οἷς ἂν τρέχοιεν, ἐνοικίζεται νοῦς.

Ἐπ' ἐμοὶ οἱ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ πρέσβεις τῶν Περσῶν ἐπ' ἐμὲ ἔρχονται. Νῦν στενάξω, καὶ παρακαλέσω ἐμαυτόν. Διὰ τοῦτο ἐνεπλήσθη ἡ ὀσφύς μου ἐκλύσεως, καὶ ὠδῖνες ἔλαβόν με, ὡς τὴν τίκτουσαν· ἠδίκησα τοῦ μὴ ἀκοῦσαι, ἐσπούδασα τοῦ μὴ βλέπειν. Ἡ καρδία μου πλανᾶται, καὶ ἡ ἀνομία με βαπτίζει, ἡ ψυχή μου ἐφέστηκεν εἰς φόβον.

Προσωποποιΐας ἔχει δύναμιν ὁ ἔν γε τουτοισὶ λόγος. Εἰσκομίζεται γὰρ ὁ Ἀσσύριος, καὶ δεδιὼς τὴν ἔφοδον, καὶ τῶν πολεμίων τὰς φάλαγγας οὐκ ἠγνοηκὼς, καὶ ἐπὶ τίνας αὐταῖς ὁ τοῦ πολέμου σκοπὸς. Οὐ γὰρ ἐφ' ἑτέρους τινὰς, ἀλλ' ἐμοὶ, φησὶν, οἱ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ πανάριστοι τῶν Περσῶν ὡρμήκασι. Στενάξω δὴ οὖν καὶ παρακαλέσω ἐμαυτόν. Τοῖς γὰρ ἐν ἐσχάτῃ συμφορᾷ γεγονόσι δοκεῖ προσεῖναί τις παραμυθίας τρόπος, τὸ θρηνεῖν τε καὶ ὀλοφύρεσθαι. Ἐκθλίβεται γὰρ ἐξ ὀδύνης τὸ δάκρυον. Πρᾶγμα δὲ ξένον εἰ θρηνοῦσιν Ἀσσύριοι, σκληροὶ καὶ ἀγέρωχοι γεγονότες ἀεὶ, ἐξοφρυωμένοι τε ἄγαν κατὰ πάντων τῶν ἐθνῶν, καὶ οὐκ εὐάντητον ἔχειν οἰόμενοι τὴν ἀντίστασιν. Ἀλλ' οἱ θρασεῖς οὕτω καὶ φρονήμασι τοῖς ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐξογκούμενοι, γυναικοπρεπὲς εἰσδέχονται τὸ δάκρυον, καὶ θρῆνον ἐφ' ἑαυτοῖς ἀρτύουσι, πρὸ τῆς τοῦ πολέμου πείρας κατακλώμενοι πρὸς ἀσθένειαν. Ἐνεπλήσθη γὰρ ἡ ὀσφύς μου ἐκλύσεως, καὶ ὠδῖνες ἔλαβόν με ὡς τὴν τίκτουσαν. Ἀλλ' ὅτου δὴ χάριν τὰ τοιαῦτά σοι συμβήσεται, φησὶν, ὦ Ἀσσύριε; Φράσαις ἂν τῷ ἐρομένῳ· Ναὶ, φησίν· οἶδα γὰρ προσκεκρουκὼς διὰ πολλὴν ἁμαρτίαν τῷ πάντων κρατοῦντι Θεῷ. Ἠδίκησα τὸ μὴ ἀκοῦσαι, ἐσπούδασα τὸ μὴ βλέπειν. Κατὰ τοῦτο, φησὶν, ἐμαυτὸν ἠδίκησα, ὅτι μεμελέτηκα πολὺ τὸ δυσήκοον, καὶ σπουδῆς ἔργον ἐθέμην τὸ μὴ βλέπειν, τοῦτ' ἔστι, τίς ὁ φύσει καὶ ἀληθῶς ἐστι Θεός. Ἤκουον μὲν γὰρ τὴν Ἰουδαίων λατρείαν, εἶλον κατὰ κράτος τὴν ἁγίαν πόλιν, πεπόρθηκα τὸν νεών. Ἔσχον ἐκ παραδόσεως τὴν μετρίαν εἴδησιν τῶν ἐντεταλμένων τοῖς ἐξ Ἰσραήλ. Μᾶλλον δὲ καὶ ὁ προφήτης Ἰωνᾶς

A ad bellum instructa, timorem vehementem injicit spectatoribus. Sed non spectari tantum dicit, sed, Annuntiatum est mihi, inquit; simul enim cum spectaculo rerum eventum docuit, a Deo scilicet.

Prævaricans prævaricatur, iniquus inique agit.

304 Imperterritam esse ait, et proruptam grassatorum audaciam, qui non ratiociniis humanis revocantur ad placabilitatem, sed nemo eorum quidquam cum officio et decoro conjunctum cogitat, at
B prævaricatur, nec reprimi potest, nulloque suffusus pudore pro sua libidine opprimit : Non enim misericordiam spectant, sed opus, inquit, horum et hoc studium est, iniqua agere, et opprimere. Huic non dissimile dixit voce ejusdem ad Assyriorum habitatores : Ecce induco ego vobis Medos, qui argentum non curant, nec auro opus habent. Arcus juvenum conterent. Deo enim iram delinquentibus infligente, nihil opem afferre poterit : imo et in illis qui quos incursant, perdere aggrediuntur, bellaina mens insidet.

Vers. 3, 4. *In me Elamitæ, et Persarum legati in me venient. Nunc ingemiscam et consolabor meipsum. Propterea impleti sunt lumbi mei dissolutione, et dolores ceperunt me sicut parientem : injuste egi ne audirem, operam dedi ne viderem. Cor meum aberrat, et iniquitas me demergit, anima mea conjecta est in timorem.*

Prosopopœiæ vim habet hæc oratio. Inducitur
C enim Assyrius, impetum pertimescens, et hostium phalanges non nesciens, et contra quem hujus belli scopus tendat. Non enim, inquit, contra alium quemque, sed contra me Elamitæ et præstantissimi omnium Persarum fecerunt impetum. Ingemisco igitur et consolabor meipsum. Qui namque in ultimis ærumnis sunt, his consolationis genus quoddam esse videtur, flere et plorare. Extunditur enim ex dolore lacryma. Novum vero et peregrinum, Assyrios, duros et fastuosos semper, et contra omnes gentes superciliosissimos, quorum occursus ominosus, et formidabilis esse putabatur, lacrymari. Cæterum hi tam audaces et animis supra homines tumidis, muliebriter fundunt lacrymas, et ante belli
D periculum debilitate fracti et contusi, fletum sibi ipsis consciscunt et eliciunt. Repleti sunt enim, inquit, lumbi mei dissolutione, et dolores ceperunt me sicut parturientem. Sed quamobrem tibi contingent hæc, inquit, o Assyrie? Dic roganti : Næ, inquit, conscius mihi sum offendisse multis peccatis omnipotentem Deum. Injuste egi ne audirem, **305** operam dedi ne viderem. In hoc, ait, meipsum damno, et inique feci, quod insigni pervicacia, et in audiendo pertinacia usus sim, et operam dedi ne viderem, id est, quis sit ille natura et vere Deus. Audieram enim Judæorum cultum, sanctam urbem vi cepi, templum everti, ex disciplina auditu percepta, mediocrem cognitionem eorum quæ Israelitico populo præcepta erant consecutus sum : imo

Digitized by Google

prophcta Jonas a Deo missus est, ut prædicet, et dicat : « Adhuc tres dies et subvertetur Ninive[78]; » mox pertimui minas, et egi pœnitentiam, sed injuste iterum feci, ne audirem, et studio annixus sum, ne viderem quæ vidisse oportuit. Aberravit enim cor meum, et demersit me iniquitas, quodammodo obruens. Hinc et anima mea conjecta est in timorem, fui enim in metu extremo. Hæ igitur voces esse possunt Assyriorum. Familiare enim est prophetis voces et personas affingere propter utilitatem audientium.

Vers. 5. *Parate mensam, bibite, edite. Surgite, principes, arripite clypeos.*

Dixeram orationem propheticam multis interdum personarum varietatibus distingui pulcherrime : omnino igitur qui scire hæc et referre probe volunt, talia debent observare. Perspicua igitur erit et nihil abrupti, nihil difficultatis habebit horum dictorum intelligentia. Induxit ergo personam Assyriorum apud sese flentium, et timiditate confractorum, et de malis futuris intolerabili timore dolentium. Dein tempus commemorat quo eos capi et immedicabiles in ærumnas incidere contingeret, et causam iræ contra illos declarat. Scripsit enim beatus Daniel : « Baltasar regem apparasse cœnam magnatibus suis, millibus coram millibus vinum[79]. » Dein ait, et sacra vasa ex Hierosolymis sumpta olim obtulisse impie, et bibisse ex illis cum ipsum, tum pellices ejus et concubinas. Hoc autem aliud nihil erat quam contra divinam majestatem magno elatoque animo se efferre, et adversus Israelitarum ducem et præsidem erigi : quasi suum populum nullo modo juvare posset. Bibente igitur Baltasaro, et sacra vasa **306** tamen non irridente : Apparuit, inquit articulus manus et scripsit in pariete, *Mane, Thecel, Phares*[80], quam scripturam divinus Daniel interpretatus est, Assyrium alloquens : Disrupit Deus regnum tuum, et divisit illud, ac datum est Medis et Persis. Hujus historiæ, ut ego quidem censeo, meminit propheta affatus veluti ipsos principes, seu magnates et Baltasar : Parate mensam, bibite, edite. Surgite, principes, arripite clypeos, luxu diffluite, inquit, in mensis intemperantibus (est autem hæc oratio usitata), exsaturamini bibentes inexplebiliter. Quid deinde? Bella excipient celebritatem et non longe aberit ut patiamini, sed ab ipsa compotatione ad arma curretis et quæretis clypeos. Est enim vere gravissimum contra Deum efferri et contra majestatem, qua nihil est sublimius, animos et spiritus tollere. Traditus est enim Assyriis Israel : Deo propter summam iniquitatem captivitatis pœnam irrogante. Non enim par fuit eos ad hanc stupiditatem et in has stultas cogitationes consulto devenire, ut cogitarent et in animum inducerent se manum superare posse ejus qui

[78] Jon. III, 4. [79] Dan. v, 1 seqq. [80] Ibid. 25.

ἀπεστάλη παρὰ Θεοῦ κηρύσσων καὶ λέγων· « Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὴ καταστραφήσεται· » καταδείσας δὲ παραχρῆμα τὴν ἀπειλὴν, μετενόησα μὲν, ἀλλ' ἠδίκησα πάλιν μὴ ἀκούσας, καὶ ἐν σπουδῇ τέθειταί μοι τὸ μὴ ὁρᾷν ἅπερ ἦν ὁρᾷν ἀναγκαῖον. Πεπλάνηται γὰρ ἡ καρδία μου. Καὶ ὑποβρύχιόν με πεποίηκεν ἡ ἁμαρτία, καταχωννῦσα τρόπον τινά. Ταύτῃ τοι καὶ ἡ ψυχή μου ἐφίστηκεν εἰς φόβον· γέγονα γὰρ ἐν δείμασι τοῖς τῶν ἐσχάτων. Αὗται τοίνυν φωναὶ τῶν Ἀσσυρίων εἶεν ἄν. Ἔθος γὰρ τοῖς ἁγίοις προφήταις προσωποποιεῖν τὰς φωνὰς, διὰ τὸ τοῖς ἀκροωμένοις χρήσιμον.

Ἑτοιμάσατε τράπεζαν, πίετε, φάγετε. Ἀναστάντες οἱ ἄρχοντες, ἑτοιμάσατε θυρεούς.

Ἔφην ὅτι τῆς προφητείας ὁ λόγος εἰς πολλὰς ἔσθ' ὅτε προσώπων διαφορὰς εὖ μάλα διαποικίλλεται· δεῖ δὲ δὴ πάντως τοὺς, οἵπερ ἂν ἕλοιντο συνιέναι τε καὶ ἀπαγγέλλειν ὀρθῶς, ἐπιτηρεῖν ἀκριβῶς τὰ τοιάδε. Σαφὴς γὰρ ἂν οὕτω γένοιτο, καὶ οὐδὲν ἔχουσα τὸ ἄνωντες εἰς δυσχερείαν τῶν λεγομένων ἡ γνῶσις. Εἰσκεκόμικε τοίνυν τὸ τῶν Ἀσσυρίων πρόσωπον κλαιόντων ἐφ' ἑαυτοῖς, καὶ συντεθραυσμένων μὲν εἰς δειλίας, ἀφόρητον δὲ τὸν ἐπί γε τοῖς μέλλουσιν ἔσεσθαι κακοῖς ὠδινόντων τὸ δεῖμα. Εἶτα μέμνηται τοῦ χρόνου, καθ' ὃν αὐτοὺς ἁλῶναί τε καὶ ταῖς ἀνηκέστοις συμφοραῖς περιπεσεῖν συμβήσεται· καὶ μὴν καὶ αὐτὴν καθίστησιν ἐναργῆ τῆς ἐπ' αὐτοῖς γεγενημένης [ὀργῆς] τὴν αἰτίαν. Γέγραφε γὰρ ὁ μακάριος Δανιὴλ, ὅτι « Βαλτάσαρ ὁ βασιλεὺς ἐποίησε δεῖπνον τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ· χιλίοις κατέναντι τῶν χιλίων ὁ οἶνος. » Εἶτά φησιν, ὅτι καὶ τὰ ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ληφθέντα κατὰ καιροὺς ἅγια σκεύη προσεκόμικεν ἀνοσίως, καὶ ἔπινον ἐν αὐτοῖς αὐτὸς καὶ αἱ παλλακαὶ αὐτοῦ, καὶ αἱ παράκοιται αὐτοῦ. Τοῦτο δὲ ἦν ἕτερον οὐδὲν, πλὴν ὅτι μεγαλαυχεῖν κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης· κατεπαίρεσθαί τε τοῦ προεστηκότος τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον ὀνῆσαι δεδυνημένου τὸν ἴδιον λαόν. Πίνοντος τοίνυν τοῦ Βαλτάσαρ, καὶ μονονουχὶ γελῶντος τὰ σκεύη τὰ ἅγια· Ὤφθη, φησὶν, ἀστράγαλος χειρὸς, καὶ ἔγραφεν ἐν τῷ τοίχῳ, *Μανῆ Θεκὲλ Φαρές*· διερμηνεύων τὴν γραφὴν ὁ θεσπέσιος Δανιὴλ, ἔφη πρὸς τὸν Ἀσσύριον· Διέῤῥηξεν ὁ Θεὸς τὴν βασιλείαν σου, καὶ ἐμέρισεν αὐτὴν, καὶ ἐδόθη Μήδοις καὶ Πέρσαις. Ταυτησὶ τῆς ἱστορίας, ὥς γε οἶμαι, διαμέμνηται νυνὶ, καί φησιν ὁ προφήτης ὡς πρός γε αὐτοὺς τοὺς ἄρχοντας, ἤτοι μεγιστᾶνας, καὶ μέν τοι τὸν Βαλτάσαρ· Ἑτοιμάσατε τράπεζαν, πίετε, φάγετε· ἀναστάντες οἱ ἄρχοντες, ἑτοιμάσατε θυρεούς· σπαταλήσατε, φησὶν, ἐπὶ τραπέζαις ἀσώτοις· ἐν ἕθει δέ πώς ἐστιν ὁ λόγος· κατακορέσθητε πίνοντες ἁπλήστως. Καὶ τί μετὰ τοῦτο; Πόλεμοι διαδέξονται τὴν πανήγυριν, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν τὸ παθεῖν· ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ τοῦ πότου δραμεῖσθε πρὸς ὅπλα, καὶ ζητήσετε θυρεούς. Παγχάλεπον γὰρ ἀληθῶς τὸ κατεπαίρεσθαι Θεοῦ, καὶ καταθρασύνεσθαι δόξης, ἧς ἐπέκεινα τῶν ὄντων οὐδέν. Δέδοται μὲν γὰρ τοῖς Ἀσσυρίοις ὁ Ἰσραὴλ· Θεοῦ τὸ χρῆναι

Digitized by Google

παθεῖν αὐτοὺς τὴν αἰχμαλωσίαν διὰ πολλὴν ἁμαρτίαν ἐπενηνοχότος. Οὐ μὴν ἔδει ἠρηκότας εἰς τοῦτο πεσεῖν ἀμαθίας καὶ ἀσυνέτων ἐννοιῶν, ὡς οἴεσθαι καὶ φρονεῖν τὴν τοῦ σώζειν αὐτοὺς ἐθέλοντος πλεονεκτῆσαι τοῦ πάντα ὑπερκειμένου καὶ ἀνεστηκότος τὴν κτίσιν ὡς Θεοῦ.

A servare illos volebat, et ineffabilem Dei quæ super omnia exstat et eminet, potentiam debellare.

Ὅτι οὕτως εἶπε Κύριος πρός με· Βαδίσας σεαυτῷ στῆσον σκοπόν· καὶ ὃ ἂν ἴδῃς, ἀνάγγειλον. Καὶ εἶδον ἀναβάτας ἱππεῖς δύο· ἀναβάτην ὄνου, καὶ ἀναβάτην καμήλου.

Ἔθος τοῖς ἁγίοις προφήταις ἐν τῷ τῆς θεοπτίας ἤτοι τῶν ὁράσεων καιρῷ, συλλέγειν ὥσπερ ἐν ἑαυτοῖς τὸν νοῦν, καὶ ἀπερισπάστῳ διανοίᾳ κατασκέπτεσθαι τὰ δεικνύμενα παρὰ Θεοῦ, καὶ οἷον ὑψοῦ καὶ ἐν ἀποῤῥήτῳ τινὶ περιωπῇ γεγονότας τῶν θείων ἐπακροᾶσθαι λόγων. Καὶ γοῦν ἔφη τις τῶν ἁγίων προφητῶν· « Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου στήσομαι, καὶ ἐπιβήσομαι ἐπὶ πέτραν, καὶ ἀποσκοπεύσω, τοῦ ἰδεῖν τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ, καὶ τί ἀποκριθῶ ἐπὶ τὸν ἔλεγχόν μου. » Τοιοῦτόν τι νῦν ὁ προφήτης διδάσκει, καί φησιν ἀκοῦσαι παρὰ Θεοῦ· Βαδίσας σεαυτῷ στῆσον σκοπὸν, καὶ ὃ ἐὰν ἴδῃς ἀνάγγειλον· καὶ οὐχ ἕτερόν τινα σκοπὸν ἱστᾷν ἐκελεύετο, ἀλλ' ἑαυτόν που πάντως εὐτρεπίσαι πρὸς θεοπτίαν, καὶ οἷόν τινα σκοπὸν ὑψοῦ γεγονότα τῷ νῷ, καταθρεῖν τὰ ἐσόμενα, καὶ ὄψει δέχεσθαι τῶν πραγμάτων τὴν θέαν. Εἶδον οὖν, φησὶν, ἀναβάτας ἱππεῖς δύο· ἀναβάτην ὄνου, καὶ ἀναβάτην καμήλου. Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν, ὁ τῶν Ἀσσυρίων θρῆνος διδάξει σαφῶς. Ἔφασκε γάρ· Ἐπ' ἐμοὶ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ πρέσβεις τῶν Περσῶν πρὸς ἐμὲ ἔρχονται· καὶ Ἐλαμῖται μὲν βάρβαρον ἔθνος, καμήλοις ἐποχεῖσθαι μεμελετηκός. Ὁ δέ γε ἀναβάτης τῆς ὄνου τίς ἂν ἕτερος εἴη παρά γε τοὺς Περσῶν ἐξειλεγμένους; οὓς δὴ καί φασιν ἡμιόνοις τε καὶ σκιαδίοις (1) ἐμβεβηκότας ἰέναι πρὸς μάχην, ὡς ἂν μή τις αὐτοὺς ἀπονευρώσῃ πόνος. Ἐπειδὰν δὲ τὸν τῆς μάχης ἴδωσι χῶρον, τὸ τηνικάδε τῶν σκιαδίων καταπηδήσαντες, ἵπποις κέχρηνται ἐξειλεγμένοις. Ὄνου τοίνυν ἀναβάτην τὸν ταῖς ἡμιόνοις ἐποχούμενόν φησιν. Εἰ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον θεάσασθαι μὲν εἰκὸς τὸν προφήτην, ἵπποις ἐποχούμενον τῶν πολεμίων τὸ στῖφος, ἑπομένην δὲ πληθὺν καμήλων καὶ ἡμιόνων, ἠὐτρεπισμένων τάχα που πρὸς τὴν τῶν λαφύρων μετακομιδήν. Τοῦτο γὰρ ἐτέρωθί πού φησιν· « Ἐν τῇ θλίψει καὶ τῇ στενοχωρίᾳ, λέων καὶ σκύμνος λέοντος· ἐκεῖθεν καὶ ἀσπίδες καὶ ἔγγονα ἀσπίδων πετομένων, οἳ ἔφερον ἐπ' ὄνων καὶ καμήλων τὸν πλοῦτον αὐτῶν. » Λέοντα γὰρ καὶ σκύμνον λέοντος τὸν Κύρον ἐκάλει, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῷ Πέρσας τε καὶ Μήδους. Ἀσπίδας δὲ καὶ ἀσπίδων ἔγγονα πετομένων· τοῦτο ἔστιν, ὀξέως διάττειν καὶ πτηνοῖς ἐν ἴσῳ φέρεσθαι μεμελετηκότας, τοὺς ἐκ τῶν ἑτέρων ἐθνῶν, οἷς καὶ ἐποχεῖσθαι καμήλοις ἐν ἔθει καὶ τριβῇ.

VERS. 6, 7. *Quia sic dixit Dominus mihi : I, tibi constitue speculatorem, et quod videris, renuntia. Et vidi sessores equites duos : sessorem asinæ, et sessorem cameli.*

In more est sanctis prophetis, divinæ contemplationis seu visionum tempore, velut in se ipsis animum cogere et colligere, et acerrima attentissimaque cogitatione a Deo res ostensas perlustrare, et velut in sublimi ac secreta specula divinis B verbis aurem præbere. Quippe ex sanctis prophetis quidam dixit : « In custodia mea stabo, et conscendam petram, et speculabor, ut videam quid loquetur in me, et quid respondeam ad castigationem meam [81]. » Hoc itaque propheta docet se a Deo audire : I, et constitue speculatorem, et quod videris renuntia. Non jubetur alium speculatorem statuere, at seipsum omnino ad divinam contemplationem comparare, et velut speculatorem in edito loco, animo ac mente, factum, circumspicere futura, et rerum inspectionem visu aspectuque consequi. Vidi igitur, ait, sessores equites duos, **307** sessorem asinæ, et sessorem cameli. Et quid hoc est, lamentatio Assyriorum plane docebit. Dixit enim : In me Elamitæ, et legati Persarum C ad me veniunt. Elamitæ gens barbara sunt, et camelis vehi solita. Sessor autem asinæ quis alius sit præter electos et eximios Persarum viros? quos aiunt mulis et sciadiis conscensis, ad pugnam fuisse, ne quis eos labor enervet : ubi autem pugnæ locum vident, tum e sciadiis desultantes, equis utuntur lectissimis. Asinæ ergo insessorem dicit, eum qui mulabus vectus est. Vel etiam alio modo : verisimile est vidisse prophetam, hostium cuneum equis vectum, et camelorum et mulorum instructorum multitudinem sequentem, fortassis ad spolia avehenda. Hoc siquidem dicit alibi : « In afflictione et angustia leo et leunculus : ibi, et aspides et progenies aspidum volantium, qui portabant asinis et D camelis divitias suas [82]. » Leonem siquidem et catulum leonis Cyrum vocavit, et Persas sub eo Medosque : aspidas et aspidum volantium progeniem, id est, qui propere præcurrere, et avium in morem ferri solent, eos dicit qui ex aliis erant gentibus, quos etiam camelis vehi in more positum erat et consuetudine.

Ἀκρόασαι ἀκρόασιν πολλὴν, καὶ κάλεσον Οὐρίαν εἰς τὴν σκοπιὰν Κυρίου.

VERS. 8. *Audi auditionem multam, et voca Uriam in speculam Domini.*

Διωμολόγηκεν ὁ προφήτης, ὡς θεάσαιτό τινας

Confessus est propheta vidisse se quosdam

[81] Habac. II, 1. [82] Isa. XXX, 6.

(1) Σκιάδια videntur fuisse currus quidam ceu umbraculo quodam operti.

Digitized by Google

ascensores, equites duos, cameli et asinæ : qui autem fuerint, superius diximus. Semel autem speculatus, jussus est deinceps quæ ex ea incursione futura sunt, docere, et calamitatis Chaldæorum narrationem terribilem inducere. Multa enim auditio ejusmodi est revera. Nam quæ Babyloni contigerunt, horrenda erant, nec ulla oratione exprimi poterant, et in summum venerunt malorum. Cyrus etenim sic eam cepit, ut prorsus desertam reddiderit, et qui in ea erant interemerit, et eos demum qui in speluncis insidiabantur, et omnino se posse latere sperabant. Etenim dixit ei universitatis Deus : « Dabo tibi thesauros tenebrosos, occultos, a conspectu remotos aperiam tibi [83]. » Inducitur etiam persona Jerusalem velut Babylonem alloquentis : Ne gaudeto, o inimica mea, de me ; **308** si ceciderim, resurgam : si in tenebris sedero, Dominus mihi lux erit. Iram Domini feram, quia peccavi ei, donec ipse justificet justitiam meam, et faciat judicium meum, et educat me in lucem, videamque justitiam ejus. Videbit inimica mea et circumfundetur pudore, quæ dicit mihi : Ubi Dominus Deus tuus ? oculi mei videbunt eam. Jamjam conculcanda est, quasi lutum in viis. Dies lituræ lateris, deletio tua dies illa : qua videlicet a Persis et Medis et Elamitis vastata et delecta est, ut dixi. Audi igitur, inquit, auditionem multam, id est, de captivitate longam et horribilem narrationem. Et voca Uriam in speculam Domini. Uriam dicunt fuisse quemdam legis ministerio maxime conspicuum. Voca, inquit, testem factæ tibi speculationis, videlicet visionis, Uriam, et doceatur abs te futura. Postquam enim prophetarum enarrationibus minus credentes, dixerunt : « Alia nobis loquamini, et annuntiate nobis alterum errorem [84] ; » hinc et appositissime universorum Deus, Judæorum honoratissimos adhibuit testes eorum quæ ostensa sunt diversis temporibus, ut qui velut in visione prophetica prophetiæ spiritum haberent, ut nisi illorum verbis morem gerere voluissent, saltem animarent illos hi, qui apud eos ornati et honorati sunt legali sacerdotio.

A ἀναβάτας ἱππεῖς δύο, καμήλου τε καὶ ὄνου· καὶ τίνες ἂν εἶεν οὗτοι, φθάσαντες ἤδη προείπαμεν. Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ τεθέαται, προστάττεται λοιπὸν τὰ ἐκ τῆς ἐφόδου μανθάνειν ἐπείγεσθαι, καὶ τῆς τῶν Χαλδαίων συμφορᾶς τὰ φρικτὰ διηγήματα. Πολλὴ γὰρ ἀκρόασις ἡ τοιάδε κατὰ τὸ ἀληθές. Τοιγάρτοι τῇ Βαβυλῶνι συμβεβηκότα φρικτά, καὶ λόγου πέρα παντὸς, καὶ εἰς ἄκρον ἥκοντα κακῶν. Εἶλε γὰρ οὕτως ὁ Κύρος αὐτὴν, ὥστε καταστῆσαι μὲν ἐρήμην αὐτὴν εἰς ἅπαν, ἀνελεῖν δὲ τοὺς ἐν αὐτῇ, καὶ ἐξ αὐτῶν τε τῶν σπηλαίων σαγηνεύοντα τοὺς ὅλως δύνασθαι λαθεῖν προσδοκήσαντας. Καὶ γοῦν ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὅτι Δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινοὺς, ἀποκρύφους, ἀοράτους ἀνοίξω σοι. » Εἰσφέρεται δέ που καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸ πρόσωπον ὡς πρός B γε τὴν Βαβυλῶνα λέγον· Μὴ ἐπίχαιρέ μοι, ἡ ἐχθρά μου, ὅτι πέπτωκα καὶ ἀναστήσομαι· διότι ἐὰν καθίσω ἐν τῷ σκότει, ὁ Κύριος φωτιεῖ με. Ὀργὴν Κυρίου ὑποίσω, ὅτι ἥμαρτον αὐτῷ, ἕως οὗ δικαιῶσαι αὐτὸν τὴν δικαιοσύνην μου, καὶ ποιήσῃ τὸ κρίμα μου, καὶ ἐξάξει με εἰς τὸ φῶς· καὶ ὄψομαι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. Καὶ ὄψεται ἡ ἐχθρά μου, καὶ περιβαλεῖται αἰσχύνην, ἡ λέγουσα πρός με, Ποῦ Κύριος ὁ Θεός σοῦ ; οἱ ὀφθαλμοί μου ἐπόψονται αὐτήν. Νῦν ἔσται εἰς καταπάτημα ὡς πηλὸς ἐν ταῖς ἐξόδοις. Ἡμέραι ἀλοιφῆς πλίνθου, ἐξάλειψίς σου ἡ ἡμέρα ἐκείνη· καθ' ἣν δηλονότι πεπόρθηται μὲν ὑπὸ Περσῶν τε καὶ Μήδων καὶ Ἐλαμιτῶν, ἠρήμωται δὲ, ὡς ἔφην. Ἀκρόασαι τοίνυν, φησὶν, ἀκρόασιν πολλὴν, τοῦτ' ἔστι, τὰ ἐπὶ τῇ ἁλώσει μακρὰ καὶ φρικτὰ διC ηγήματα· καὶ κάλεσον Οὐρίαν εἰς τὴν σκοπιὰν Κυρίου. Οὐρίαν φασί τινα γενέσθαι τῶν ὅτι μάλιστα διαφανεστάτων ἐν ἱερουργοῖς τοῖς κατὰ τὸν νόμον. Παράλαβε τοίνυν, φησὶ, μάρτυρα τῆς δεικνυμένης σοι κατασκοπῆς, ἤγουν ὁράσεως, τὸν Οὐρίαν, καὶ διδασκέσθω παρὰ σοῦ τὰ ἐσόμενα. Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς τῶν προφητῶν διηγήμασιν ἀπειθοῦντες ἔφασκον· « Ἄλλα ἡμῖν λαλεῖτε, καὶ ἀναγγέλλετε ἡμῖν ἑτέραν πλάνησιν, » ταύτητοι καὶ λίαν οἰκονομικῶς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τοὺς παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐντιμοτάτους ἐποιεῖτο μάρτυρας τῶν δεικνυμένων κατὰ καιροὺς, ὡς ἐν ὁράσει προφητικῇ, τοῖς τὸ τῆς προφητείας ἔχουσι πνεῦμα, ἵν' εἰ μὴ βούλοιντο τοῖς παρ' αὐτῶν καταπείθεσθαι λόγοις, κἂν οὖν ἐκείνοις θαρσήσειαν, οἳ τῇ κατὰ νόμον ἱερωσύνῃ τετίμηνται παρ' αὐτοῖς.

Et dixit : Steti semper die, et in castris steti per totam noctem, et ecce ille venit ascensor bigæ.

D *Καὶ εἶπεν· Ἔστην διὰ παντὸς ἡμέρας, καὶ ἐν τῇ παρεμβολῇ ἔστην ὅλην τὴν νύκτα· καὶ αὐτὸς ἔρχεται ἀναβάτης ξυνωρίδος.*

Jussus propheta sibi constituere speculatorem, et apte denuntiare quidquid ei a Deo ostensum esset : Steti, inquit, per totam diem et per totam noctem. Et ecce ille venit ascensor bigæ. Quisnam ille ? Persa et Elamita, vel exercitus præfectus, id est, Cyrus.

Κεκελευσμένος ὁ προφήτης ἑαυτῷ στῆσαι σκοπὸν, ἀπαγγεῖλαί τε σαφῶς, ὅπερ αὐτῷ δειχθείη παρὰ Θεοῦ· Ἔστην, φησὶ, διὰ παντὸς ἡμέρας, καὶ δι' ὅλης νυκτός· καὶ ἰδοὺ αὐτὸς ἔρχεται ἀναβάτης ξυνωρίδος. Αὐτὸς ἄρα τίς ; ὁ Πέρσης τε καὶ Ἐλαμίτης, ἤγουν ὁ τῆς στρατιᾶς ἡγούμενος, τοῦτ' ἔστιν, ὁ Κύρος.

Vers. 9. *Et respondens ait : Cecidit Babylon, et omnes imagines ejus, et manufacta ejus contrita sunt in terram.*

Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν· Πέπτωκε Βαβυλὼν, καὶ πάντα τὰ ἀγάλματα αὐτῆς, καὶ τὰ χειροποίητα αὐτῆς συνετρίβησαν εἰς τὴν γῆν.

Cum dixisset propheta : Ecce ille venit ascensor

Τοῦ προφήτου λέγοντος· Ἰδοὺ αὐτὸς ἔρχεται

[83] Isa. XLV, 3. [84] Isa. XXX. 10.

Digitized by Google

ἀναδάστης ξυνωρίδος, τίνα τρόπον τὰ τῆς ἐφόδου πραχθήσεται, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν εὖ μάλα τεθεαμένου, λοιπὸν ἀποκρίνεται Θεὸς καί φησιν· Πέπτωκε Βαβυλών, τοῦτ' ἔστιν, ἡ ἀλαζών, ἡ ὑβρίστρια, ἡ σφῦρα πάσης τῆς γῆς, καθά φησιν Ἱερεμίας· ἡ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι θηριοπρεπῶς ἐπεμβαίνουσα, ἡ γαυρὸν αἴρουσα τὸν αὐχένα, χώρας τε καὶ πόλεις καταλειαίνουσα. Πέπτωκε, φησὶ, τοῦτ' ἔστιν, ἀπώλετο παντελῶς· ᾤχετο καὶ πεπάτηται, καὶ κατερριμμένη παντελῶς, καὶ ὑπὸ πόδας τῶν ἡρηκότων ὁρᾶται κειμένη λοιπόν. Συνετρίβη δὲ καὶ πάντα αὐτῆς τὰ ἀγάλματα καὶ τὰ χειροποίητα. Γῆ γὰρ τῶν γλυπτῶν ἐστι, καθά φησιν ἕτερος τῶν ἁγίων προφητῶν· ἐπεποίθει δὲ λίαν ἐπὶ τοῖς ψευδωνύμοις θεοῖς· καὶ ταῖς παρ' αὐτῶν ἐπικουρίαις σώζεσθαι προσδοκήσασα, πεπάτηται σὺν αὐτοῖς, καὶ ὁμοῦ τοῖς ἰδίοις συνετρίβη σεβάσμασιν.

A bigæ, et quomodo hæc incursio fieret, et quod non longe abesset, optime contemplaretur: respondet Deus, et inquit: Cecidit Babylon, id est, superbus **309** et insolens universæ terræ malleus, ut inquit Jeremias, et quæ omnes gentes belluino more invadit, quæ elatam cervicem tollit, quæ provincias, quæ urbes solo æquat. Concidit, inquit, id est, funditus periit, interiit et conculcata est, et projecta deinceps, et pedibus victorum subjecta conspicitur. Contritæ sunt etiam omnes ejus imagines et manufacta. Terra enim est sculptilium, sicuti dicit alius e sanctis prophetis, et falso nominatis diis magnopere confisa est, illorumque ope servari sperans cum illis calcata est, et simul cum numinibus contrita. B

Ἀκούσατε, οἱ καταλελειμμένοι, καὶ ὀδυνώμενοι, ἀκούσατε ἃ ἤκουσα παρὰ Κυρίου Σαβαὼθ, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ ἀνήγγειλεν ἡμῖν.

Ἀπεκομίσθη μὲν αἰχμάλωτος ὁ Ἰσραὴλ, καὶ ἐδεδούλευκε τοῖς Βαβυλωνίοις, ἐφιέντος Θεοῦ διὰ πολλὴν ἁμαρτίαν καὶ ταῖς οὕτω μακραῖς αὐτὸν ἐναλῶναι συμφοραῖς. Ἀπομεμενήκασί γε μὴν ἔν τε Ἱεροσολύμοις, καὶ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ πολλοί· πλὴν διατέλουν στένοντές τε καὶ ὀδυνώμενοι, πεπορθημένης αὐτοῖς τῆς χώρας· κατεμπρησθέντος δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ ναοῦ, ἠρημωμένης δὲ κατὰ κράτος τῆς Ἱερουσαλήμ. Φάρμακον τοίνυν ἐπικουρίας αὐτοῖς εἰς παράκλησιν ἐξυφαίνει χρησίμως ὁ προφήτης τὴν ὅρασιν, καί φησι πρὸς αὐτούς· Ἀκούσατε, οἱ καταλελειμμένοι καὶ ὀδυνώμενοι, ἀκούσατε ἃ ἤκουσα παρὰ Κυρίου Σαβαώθ. Ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ ἀνήγγειλεν ἡμῖν. Ἤδει γὰρ, ἤδει τὴν Βαβυλωνίων συμφορὰν θυμηδείας αὐτοῖς ἐσομένην πρόξενον, καὶ τὰ κατὰ τῶν λελυπηκότων διηγήματα παρακλήσεως ἔσεσθαι τρόπον τοῖς οὕτω πεπορθημένοις. C

Vers. 10. *Audite, derelicti et dolentes, audite quæ audivi a Domino Sabaoth, Deus Israel annuntiavit nobis.*

Abductus est captivus Israel, et serviit Babyloniis, Deo propter multa flagitia immittente, et permittente diuturnis eum involvi calamitatibus. Remanserunt quidem Hierosolymis et in Judæa multi, at suspirantes jugiter et dolore affecti, regione ipsorum vastata, temploque ipso incenso, et vi deletis Hierosolymis. Pharmacum igitur auxiliare ipsis ad consolationem commode subtexit propheta hanc visionem, dicitque illis: Audite, derelicti et dolentes: audite quæ audivi a Domino Sabaoth. Deus Israelis annuntiavit nobis. Noverat enim, noverat Babyloniorum calamitatem illis conciliaturam lætitiam, et illis sic excisis eversisque, jucundas fore narrationes contra eos quos affecerunt molestia.

ΤΟ ΟΡΑΜΑ ΤΗΣ ΙΔΟΥΜΑΙΑΣ.

Καὶ τῆς προκειμένης ὁράσεως οἶμαι δὴ δεῖν προαφηγήσασθαι τὴν ὑπόθεσιν. Συνεῖεν γὰρ ὧδέ τε καὶ οὐχ ἑτέρως οἱ ἐντευξόμενοι. Δύο τοίνυν γενέσθην υἱοὶ τῷ Ἰσαὰκ, Ἡσαῦ τε καὶ Ἰακώβ· καὶ ὁ μὲν Ἡσαῦ Ἐδὼμ ἐπεκλήθη, τοῦτ' ἔστι, γήϊνος· τοιοῦτος γὰρ ἦν ὁ βίος αὐτῷ, καὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ, καθὰ γέγραπται. Ἰακὼβ δὲ ἦν ἀνὴρ ἄπλαστος, οἰκῶν οἰκίαν· ἔφη γὰρ οὕτω περὶ αὐτοῦ τὸ Γράμμα τὸ ἱερόν· Καὶ γεγόνασι μὲν ἐξ Ἰακὼβ, ὃς μετωνόμασται καὶ Ἰσραὴλ, Ἰουδαῖοι· ἀπὸ δέ γε οὖ Ἡσαῦ, ἦγουν τοῦ Ἐδὼμ, οἱ Ἰδουμαῖοι, ἦγουν οἱ Ἀγαρηνοί, εἰσὶ δὲ οὗτοι Σαρακηνοί. Οὐκοῦν ἀδελφοὶ καὶ ἀγχίσποροι τοῖς ἐκ Ἰσραὴλ γεγόνασιν οἱ Ἰδουμαῖοι· ἦσαν δὲ καὶ ἀλλήλοις ὅμοροί τε καὶ ἀγχιτέρμονες ἥ τε τῶν Ἰουδαίων καὶ ἡ τῶν Ἰδουμαίων χώρα. Ἀλλ' οὔτε τὸ συγγενὲς, οὔτε μὴν τὸ γειτνιᾷν ἀλλήλοις, ἐβράβευε τοῖς γένεσι τὴν ὁμοψυχίαν. Διεφέροντο γὰρ καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἔθεσί

VISIO IDUMÆÆ.

Et hujus etiam visionis argumentum primum exponendum arbitror: hac enim sola ratione qui hæc legent, intelligent. Erant proinde Isaaco filii duo, Esau et Jacob, et hic quidem Esau, Edom cognominatus est, id est, Terrenus: talis enim ei fuit victus vitæque ratio, et edulio solo vendidit jus primogenituræ suæ, quemadmodum scriptum est[88]. Jacob autem doli fucique nescius erat, domi habitans: de eo enim sic dixit sacra Scriptura: Ex Jacobo, qui nomen quoque Israelis adeptus est, Judæi nati sunt; ab Esau vero sive Edom, Idumæi **310** sive Agareni, hi sunt autem Saraceni. Itaque fratres, et semine sanguineque propinqui Israelitis fuerunt Idumæi, et confinis fuit Judæorum et Idumæorum regio ac contermina. Sed neque generis conjunctio, neque vicinitas eorum inter se conciliare potuit et alere inter hos cognatos benevolentiam. Nam dissenserunt, et Idumæi Græcorum juxta mores leges-

[88] Gen. xxv. 31 seqq.

Digitized by Google

que viventes, Judæorum provinciam sæpe prædati sunt, et perpetrare in eos ausi sunt omnium turpissima. Quippe Ægyptiacæ sævitiæ jugo aliquando exonerantes se Israelitæ, in terram patribus promissam migrarunt. « Misit, inquit, legatos Moses ex Cades ad regem Edom, dicens : Hæc dicit frater tuus, Israel : Tu scis omnem laborem qui invenit nos : et descenderunt patres nostri in Ægyptum, habitavimusque in Ægypto dies complures, et vexarunt nos Ægyptii ac patres nostros. Clamavimus autem ad Dominum, et exaudivit Dominus vocem nostram, et misso angelo, eduxit nos ex Ægypto, et nunc sumus in Cades civitate ex parte finium tuorum : transibimus per terram tuam : non proficiscemur per agros, nec per vineas : non bibemus aquam ex lacu tuo : via regia ibimus : non declinabimus ad dextram, nec ad sinistram, donec præterierimus fines tuos. Dixit autem ei Edom : Non transibis per me, alioqui in bellum egrediar contra te [86]. » Videsne quam fuerint duri, quam ab omni misericordia alieni Idumæi, idque etiam erga fratres? Sed non hoc tantum eorum proruperunt scelera, sed et aliud quiddam et impium et immite admiserunt. Capta enim Judæorum regione a Babylonio, incensoque templo, vastatis Hierosolymis, ea in cives patraverunt quæ nulla consectari potest oratio. Deinde cum eorum aliquot, qui a gladio Persico immunes et salvi evaserant, ad regionem Judæorum, ut finitimam et ut ad fratres et consanguineos fugissent : isti quamquam succurrere ut fratribus, misereri ut miserorum, refocillare ac restituere ut amicos debuissent, belluine invaserunt, et crudelitatem suam in profugos exercuerunt. Ob hoc ipsum graviter insimulavit eos universitatis Deus, voce Abdiæ prophetæ. Scriptum est enim sic : « Illo die, ait Dominus, perdam sapientes ex Idumæa, **311** et intelligentiam de monte Esau, et consternabuntur bellatores tui qui ex Theman, ut auferatur homo de monte Esau, propter cædem et impietatem in fratrem tuum Jacob. Operiet te ignominia, et exterminaberis in æternum : a quo die restitisti ex adversa parte, in die alienigenarum captivum ducentium exercitum ejus : et alienigeni ingressi sunt in portas ejus : et de Jerusalem jecerunt sortes : et tu eras quasi unus ex illis [87]. » Ecce, ut Persicæ crudelitatis imitatores exstiterunt, et qui salutem exspectabant, et propterea tanquam ad fratres et vicinos ibant, eos trucidarunt immaniter. Quare Babylonii cum Judæorum regionem cepissent, reducti deinceps in suam patriam, obiter depopulati sunt Idumæam. Ceperunt enim omnes facile sane, et absque pulvere, Dei ira illis imminente. Et rursus dixit voce Abdiæ : « Propterea prope est dies Domini super omnes gentes : quemadmodum fecisti, ita erit tibi : retributio tua retribuetur in caput tuum [88]. » Hoc igitur est quasi brevi compendio, ejus quæ præmanibus est visionis argumentum. Progrediendum

A τε καὶ νόμοις διαζῶντες Ἰδουμαῖοι, κατελήζοντο συχνῶς τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν, καὶ πάντων αἴσχιστα δρᾷν εἰς αὐτοὺς ἀπετόλμων. Καὶ γοῦν ὅτε τῆς Αἰγυπτίων πλεονεξίας ἀποφορτισάμενοι τὸν ζυγὸν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ἀνεφοίτων εἰς τὴν γῆν τὴν τοῖς πατράσιν ἐπηγγελμένην, « Ἀπέστειλε, φησὶν, ὁ Μωσῆς ἀγγέλους ἐκ Κάδης πρὸς βασιλέα Ἐδὼμ, λέγων· Τάδε λέγει ὁ ἀδελφός σου Ἰσραήλ· Σὺ ἐπίστῃ πάντα τὸν μόχθον τὸν εὑρόντα ἡμᾶς· καὶ κατέβησαν οἱ πατέρες ἡμῶν εἰς Αἴγυπτον, καὶ παρῳκήσαμεν ἐν Αἰγύπτῳ ἡμέρας πλείους· καὶ ἐκάκωσαν ἡμᾶς οἱ Αἰγύπτιοι καὶ τοὺς πατέρας ἡμῶν· καὶ ἀνεβοήσαμεν πρὸς Κύριον, καὶ εἰσήκουσε Κύριος τῆς φωνῆς ἡμῶν, καὶ ἀποστείλας ἄγγελον ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐξ Αἰγύπτου· καὶ νῦν ἐσμὲν ἐν Κάδης πόλει ἐκ μέρους
B τῶν ὁρίων σου· παρελευσόμεθα διὰ τῆς γῆς σου· οὐ διελευσόμεθα δι' ἀγρῶν, οὐδὲ δι' ἀμπελώνων· οὐδὲ πιόμεθα ὕδωρ ἐκ λάκκου σου· ὁδῷ βασιλικῇ πορευσόμεθα· οὐκ ἐκκλινοῦμεν δεξιὰ, οὔτε εὐώνυμα, ἕως ἂν παρέλθωμεν τὰ ὅριά σου. Καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὸν Ἐδώμ· Οὐ διοδεύσῃ δι' ἐμοῦ· εἰ δὲ μὴ, ἐν πολέμῳ ἐξελεύσομαι εἰς συνάντησίν σου. » Ὁρᾷς ὅπως σκληροὶ καὶ ἀφιλοικτείρμονες γεγόνασιν Ἰδουμαῖοι, καὶ τοῦτο πρὸς ἀδελφούς; Ἀλλ' οὐ μέχρι τούτων αὐτοῖς τὰ ἐγκλήματα· ἀλλὰ γὰρ καὶ ἕτερόν τι πεπράχασιν ἀνόσιόν τε καὶ ἀπηνές. Εἶλε μὲν γὰρ τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν ὁ Βαβυλώνιος, κατεμπρήσας δὲ τὸν ναὸν καὶ καταδηώσας τὸν Ἰσραὴλ, τὰ πέρα λόγου παντὸς κατὰ τῶν ἐνοικούντων εἰργάζετο. Εἰτά
C τινες τῶν διασεσωσμένων ἐκ μαχαίρας Περσικῆς, ὡς εἰς ὅμορον χώραν τῶν Ἰουδαίων, καὶ ὡς πρὸς ἀδελφοὺς καὶ ὁμαίμονας καταφεύγειν ἐσπούδαζον· οἱ δὲ καίτοι δέον ἐπαμῦναι ὡς ἀδελφοῖς, καὶ ἀθλίως πεπραχότας ἐποικτείρειν αὐτοὺς, καὶ μὴν καὶ ἀνακτᾶ-
, ι φιλοφρόνως, θηριοπρεπῶς ἐπεπήδων· ἔργον δὲ τῆς ἑαυτῶν ὠμότητος ἐποιοῦντο τοὺς φεύγοντας. Καὶ ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ, κατῃτιᾶτο λίαν αὐτοὺς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ φωνῆς Ἀβδίου τοῦ προφήτου· γέγραπται γὰρ ὡδί· « Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, λέγει Κύριος, ἀπολῶ σοφοὺς ἐκ τῆς Ἰδουμαίας, καὶ σύνεσιν ἐξ ὄρους Ἡσαῦ· καὶ πτοηθήσονται οἱ μαχηταί σου οἱ ἐκ Θεμὰν, ὅπως ἐξαρθῇ ἄνθρωπος ἐξ ὄρους
D Ἡσαῦ, διὰ τὴν σφαγὴν καὶ τὴν ἀσέβειαν τὴν εἰς τὸν ἀδελφόν σου Ἰακώβ· καὶ καλύψει σε αἰσχύνη, καὶ ἐξαρθήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἀντέστης ἐξ ἐναντίας, ἐν ἡμέρᾳ αἰχμαλωτευόντων ἀλλογενῶν δύναμιν αὐτοῦ· καὶ ἀλλότριοι εἰσῆλθον εἰς πύλας αὐτοῦ· καὶ ἐπὶ Ἰερουσαλὴμ ἔβαλον κλήρους· καὶ σὺ ἦς ὡς εἷς ἐξ αὐτῶν. » Ἄθρει δὴ οὖν ὅπως τῆς Περσικῆς ὠμότητος γεγόνασι μιμηταὶ, καὶ τοὺς ἀνασώζεσθαι προσδοκήσαντας, ταύτης τε ἕνεκα τῆς αἰτίας ὡς πρὸς ἀδελφοὺς ἰόντας καὶ γείτονας ἀπεκτόνασιν ἀνηλεῶς. Ἑλόντες τοίνυν τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν οἱ Βαβυλώνιοι, ἀνακομιζόμενοί τε λοιπὸν εἰς τὴν ἑαυτῶν, ὁδοῦ πάρεργον ἐποιοῦντο τῆς Ἰδουμαίας τὴν δῄωσιν. Εἶλον γὰρ ἅπαντας καὶ λίαν ἀκονιτὶ, Θεοῦ τὴν ὀργὴν ἐπαφιέντος αὐτοῖς. Καὶ

[86] Num. xx, 14-18. [87] Abdiæ I, 8-11. [88] ibid. 15.

Digitized by Google

γοῦν ἔφη πάλιν διὰ φωνῆς Ἀδδίου· « Διότι ἐγγὺς ἡ ἡμέρα Κυρίου ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη· ὃν τρόπον ἐποίησας, οὕτως ἔσται σοι· τὸ ἀνταπόδομά σου ἀνταποδοθήσεται εἰς κεφαλήν σου. » Αὕτη τοίνυν ἐν βραχέσι τῆς ἐν χερσὶν ἡμῶν ὁράσεως ἡ ὑπόθεσις. Καὶ δὴ καὶ εἰπεῖν τὰ ἐγγεγραμμένα.

Πρὸς ἐμὲ κάλει παρὰ τοῦ Σηεῖρ.

Αὕτη ἡ φωνὴ τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ τῷ προφήτῃ λεγόντος, ὡς αὐτίκα δὴ μάλα πολέμου τῆς τῶν Ἰδουμαίων κατασκήψαντος γῆς, τραπήσονται πρὸς φυγὴν ἅπαντες οἱ κατοικοῦντες αὐτήν. Σηεῖρ δὲ τῆς Ἰδουμαίας ὄρος ἐστὶ παμμέγεθες, ὑφ' ᾧ λέγεται λαμπρὰ παρ' αὐτοῖς εἶναι πόλις. Ὡς οὖν μελλόντων ὡς οὐδέπω τραπέσθαι πρὸς φυγὴν τῶν ἐξ ὄρους Σηεῖρ, ἤτοι τῶν Ἰδουμαίων, Πρὸς ἐμὲ, φησὶ, κάλει, τοῦτ' ἔστιν, ἡκέτωσαν οἱ ἐκεῖθεν φεύγοντες εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Ὥσπερ γὰρ ἐπετώθαζον τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ καταφεύγουσι παρ' αὐτοῖς, οὕτω γελασθήσονται, φησὶ, τὰ ἴσα δρῶντες αὐτοῖς, καὶ τῆς Βαβυλωνίων χειρὸς ἡττώμενοι.

Φυλάξατε ἐπάλξεις, φυλάξω τὸ πρωῒ καὶ τὴν νύκτα.

Ἔστι μὲν ὁ λόγος ὡς πρὸς Ἰδουμαίους, μονονουχὶ κατονειδίζοντος αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ τὸ εἰκαῖον εἰς πόνους, τοὺς ἐπί γε τὸ δεῖν ἀμύνεσθαι τοὺς ἐχθροὺς, γλίχεσθαι δὲ κατ' οὐδένα τρόπον τῆς παρ' αὐτοῦ σωτηρίας καὶ ἀρωγῆς. Μελλούσης γὰρ ἔσεσθαι τῆς τῶν Ἀσσυρίων ἐφόδου, καὶ τῶν πόλεων ἀποφρατόντες εἰσβολὰς, τὰς ἐπάλξεις ἐτήρουν. Ἀλλ' ἦν ἀνόνητον τὸ χρῆμα αὐτοῖς. Ἥλωσαν γὰρ αἱ παρ' αὐτοῖς πόλεις, καὶ οὐδεὶς ἦν παντελῶς ὁ σωζόμενος. Ἐν ᾗθει τοίνυν ὁ παρὰ Θεοῦ πρὸς αὐτοὺς γέγονε λόγος· Ναὶ, φησὶν, ὀρθὰ καὶ εἰκότα βουλεύεσθε, φυλάσσετε τὰς ἐπάλξεις. Εἶτα ὡς παρ' αὐτῶν, Φυλάσσω τὸ πρωῒ, καὶ τὴν νύκτα. « Ἀλλ' ἐὰν μὴ ὁ Κύριος φυλάξειε πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων. » Ἔδει γὰρ μᾶλλον ἐπικουρίαν ζητεῖν τὴν ἄνωθεν καὶ παρὰ Θεοῦ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἐπιθαρσῆσαι λίθοις. Κατασεσεῖσθαι γὰρ οὕτω φασὶν τῶν παρ' αὐτοῖς πόλεων τείχη, ὡς λίθον ἐπὶ λίθον οὐχ ὁρᾶσθαι κείμενον.

Ἐὰν ζητῇς, ζήτει, καὶ παρ' ἐμοὶ οἴκει, ἐν τῷ δρυμῷ ἐσπέρας κοιμηθήσῃ.

Εἰ γὰρ δὴ βούλοιτο, φησὶν, ἐπικουρίαν ζητεῖν, ζήτει ταύτην παρ' ἐμοῦ τοῦ διασώζειν ἰσχύοντος, καὶ οἴκει παρ' ἐμοὶ, τοῦτ' ἔστιν, ἐμὸς ἔσο καὶ φρόνει τὰ ἐμὰ, τῆς τῶν ψευδωνύμων θεῶν λατρείας σαυτὸν ἁγιστάς. Τοιοῦτόν τί φησιν ὁ Σωτήρ· « Ὁ ἐμὲ ἀγαπῶν, ἐμοὶ ἀκολουθείτω, καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔστω. » Κατατρεχούσης τοίνυν, φησὶ, τῆς τῶν πολεμίων φάλαγγος τὴν τῶν Ἰουδαίων ἅπασαν γῆν. ἔξω καὶ οἴκων ἢ καὶ πόλεων, καὶ ἐν τῷ δρυμῷ ἐσπέρας κοιμηθήσῃ, τοῦτ' ἔστιν, ὁμοῦ τοῖς ἀγρίοις καταλύσει θηρίοις· καταυλισθήσῃ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἕλεσιν, οὕτω τε λοιπὸν τῆς εἰς ἀδελφοὺς ὠμότητος πραχθήσῃ τὰς δίκας.

Ἐν τῇ ὁδῷ Δαιδὰν, εἰς συνάντησιν διψῶντι ὕδωρ φέρετε, οἱ ἐνοικοῦντες ἐν χώρᾳ Θεμᾶν, ἄρτοις συναντᾶτε τοῖς φεύγουσι διὰ τὸ πλῆθος τῶν

est autem ad singula tractanda, prout eorum quæ scripta sunt ordo postulat.

Vers. 11. *Ad me clama de Seir.*

Hæc vox est omnipotentis Dei alloquentis prophetam. Perinde quasi bellum terræ Idumæorum primo quoque tempore ingrueret, verterentur in fugam omnes qui eam inhabitant. Seir vero mons ingens est Idumææ, in quo illustris urbs apud eos esse dicitur. Quasi igitur montani Seir, id est Idumæi, jamjam fugam pararent: Ad me, inquit, clama, id est, veniant qui hinc fugiunt, in Idumæam. Nam ut Israelitas apud eos profugos sannis et scommatis exceperunt, sic irridebuntur, inquit, et par pari referent illis, cum Babyloniorum manu victi fuerint.

Vers. 12. *Custodite propugnacula, custodiam mane et nocte.*

Sermo est Dei velut ad Idumæos, quibus vanos et irritos labores quos in propulsandis hostibus collocaverunt, ab ipso salutem auxiliumque nulla ratione expetentes objicit. Imminente enim Assyriorum incursione, urbium obstructo et præcluso **312** aditu propugnacula custodiebant ac defendebant, sed res erat ipsis inutilis. Occupatis enim eorum urbibus, nemo prorsus evasit. Itaque habetur ad eos a Deo oratio moribus accommodata: Certe enim, ait, recta et consentanea decernite, custodite propugnacula. Deinde respondetur quasi ab illis: Custodiam mane et nocte. « Sed nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit [99]. » Oportebat enim potius supernum auxilium a Deo quærere, et non lapidibus confidere. Sic enim narrant urbium mœnia concussa fuisse, ut lapis lapidi suppositus non videatur.

Vers. 13. *Si quæsieris, quære, et apud me habita, in saltu vesperi dormies.*

Si enim volueris, inquit, præsidium quærere, hoc a me qui servare valeo quære, et apud me habita, id est, mecum esto et mea sapito, a falso nominatorum deorum cultu teipsum conservato. Tale quid Servator ait: « Qui me amat, sequatur me: et ubi ego sum, ibi et minister meus sit [100]. » Phalange ergo, inquit, hostium universam terram Idumæorum incursante, ex ædibus deturbaberis et ex urbibus, et in silva vesperi dormies: id est, una cum silvestribus feris diversaberis, et in paludibus commoraberis, atque ita crudelitatis erga fratres in posterum pœnas persolves.

Vers. 14, 15. *In via Dædan, in occursum sitienti aquam ferte, qui inhabitatis regionem Themani, panibus occurrite fugientibus propter multitudinem fugien-*

[99] Psal. CXXVI, 1. [100] Joan. XII, 26.

Digitized by Google

rium et propter multitudinem errantium, et propter multitudinem gladiorum, et propter multitudinem arcuum extentorum, et propter multitudinem cadentium in bello.

Idumæos qui impie patrarant accusat, quemadmodum jam dixi, idque Abdiæ prophetæ voce. Cum enim Israelitis in miserias insanabiles incidentibus succurrere et condolere debuissent, hoc minime fecerunt, sed ab omni pietatis affectu alieni et præfracti, et Assyriorum crudelitate immaniores esse videbantur, et cum omnino manu eorum effugere non valerent, crudeliter interimebant. In quo igitur bene audire eos oportuisset, si fecissent, hoc cum non fecerint, accusat dicens: In via Dædan, in occursum sitienti **313** aquam ferte, qui habitatis in regione Theman, cum panibus occurrite fugientibus. Oportuit enim, oportuit, inquit, vos qui australem habetis regionem, Theman enim interpretatur *Auster*, in via Dædan fugientibus et errantibus panes et aquam adducere, et charitatis officia erga fratres, ut æquum est, studiose et incunctanter exsequi, et non belluino more resistere, et quodammodo afflictis jam insultare, et jugum adeo acerbis asperisque calamitatibus pressorum aggravare. Æquum ergo fuerat amanter occurrere fugientibus. Versi sunt enim in fugam domo et urbibus spretis, propter gladiorum et crudelissimorum arcuum multitudinem, et quia complures ceciderunt, innumerabilesque apud eos mortui fuerunt.

Vers. 16, 17. *Quia sic dixit mihi Dominus: Adhuc annus, quasi annus mercenarii, deficiet gloria Cedar, et residuum arcuum fortium filiorum; Cedar erit exiguum, propterea locutus est Dominus Deus Israel.*

Quod prope sit et quasi in foribus Idumææ interitus, et quod prorsus penitusque ad internecionem abituri, incendentibus ipsorum urbes Babyloniis, et cunctam regionem devastantibus, perspicue prænuntiat: Unus enim, inquit, erit annus intermedius, et sagittarii Cedar, qui mirum in modum hac de re sibi placebant, deficient et disperibunt. Verum erit hoc vaticinium. Dominus enim locutus est, Dominus Deus Israel. Veritas autem minime mentietur. Annum mercenarii dicit, exacte et præcise ad calculos revocatum. Qui enim in servitute sudorem tolerat, et se mercede addixit alteri, subtiliter et accurate rationem init semper temporis suæ conductionis. Hæc quidem quod ad litteram attinet. Ac de historia jam dictum sit. Hujus autem sermonis vim ad sanctam Ecclesiam ejusque alumnos, et ad heterodoxorum greges referentes illud dicimus, Græcorum agmina non raro adversari his qui recte sentiunt et qui natura et vere universitatis opificem ac Dominum adorare volunt, eos acerbis prosequi insectationibus ac persecutionibus, intolerandisque interdum laboribus involvere. Similiter etiam qui impiarum hæreseon virus animo et pectore habent, etsi **314** Christianorum nomen furati sunt, et fraternitatem nobiscum simu-

A *φευγόντων, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν πλανωμένων, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῆς μαχαίρας, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν τοξευμάτων τῶν διατεταμένων, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν πεπτωκότων ἐν τῷ πολέμῳ.*

Ἀνόσια πεπραχότας καταιτιᾶται τοὺς Ἰδουμαίους, καθάπερ ἤδη προεῖπον, καὶ διὰ φωνῆς Ἀβδίου τοῦ προφήτου. Καίτοι γὰρ δέον ἀνηκέστοις περιπεσοῦσι συμφοραῖς τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ἐπαμῦναι συνηλγηκότας, τοῦτο μὲν οὐκ ἔδρων· ἀφιλόστοργοι δὲ καὶ ἀτεράμονες, καὶ τῆς τῶν Ἀσσυρίων ὠμότητος ἀγριώτεροι κατεφαίνοντο, τοὺς καὶ ὅλως διαφυγεῖν ἰσχύσαντας τὰς ἐκείνων χεῖρας, ὠμῶς ἀποσφάττοντες. Ὅπερ οὖν ἔδει ποιοῦντας εὐδοκιμεῖν, τοῦτο μὴ πεποιηκότας τε . . . . . λέγων· Ἐν τῇ ὁδῷ Δαιδὰν εἰς συνάντησιν διψῶντι ὕδωρ φέρετε, οἱ ἐνοικοῦντες ἐν χώρᾳ Θεμάν, ἄρτοις συναντᾶτε τοῖς φεύγουσιν. Ἔδει γὰρ, ἔδει, φησὶν, ὑμᾶς, τοὺς τὴν νοτίαν ἔχοντας χώραν, Θεμὰν γὰρ ἑρμηνεύεται *Νότος*, τοῖς ἐν τῇ ὁδῷ Δαιδὰν B φεύγουσί τε καὶ πλανωμένοις ἄρτους τε καὶ ὕδωρ προσάγειν, καὶ τὰ ἐξ ἀγάπης τοῖς ἀδελφοῖς πρεπούσης περαίνειν ἐπείγεσθαι μᾶλλον, καὶ οὐκ ἀντιφέρεσθαι θηριοπρεπῶς τοῖς ἤδη παθοῦσιν, ἐναλομένους τρόπον τινὰ, καὶ καταφορτίζοντας τὸν ζυγὸν τῶν ἤδη πεπιεσμένων ταῖς οὕτω πικραῖς καὶ ἀτιθάσσοις συμφοραῖς. Ἔδει τοίνυν τοῖς φεύγουσιν ὑπαντᾷν φιλοφρόνως. Ἐτρέποντο γὰρ εἰς φυγὴν, οἴκων τε καὶ πόλεων ἀλογήσαντες, διὰ τὸ πλῆθος τῆς μαχαίρας καὶ τῶν δεινῶν τοξευμάτων· καὶ ὅτι πολλοῖς πεπτώκασι, καὶ ἀριθμοῦ κρείττονες γεγόνασι παρ' αὐτοῖς οἱ νεκροί.

C *Ὅτι οὕτως εἶπέ μοι Κύριος· Ἔτι ἐνιαυτὸς ὡς ἐνιαυτὸς μισθωτοῦ, ἐκλείψει ἡ δόξα Κηδὰρ, καὶ τὸ κατάλοιπον τῶν τοξευμάτων τῶν ἰσχυρῶν υἱῶν· Κηδὰρ ἔσται ὀλίγον, διότι Κύριος ἐλάλησεν ὁ Θεὸς Ἰσραήλ.*

Ὅτι γέγονεν ἐγγὺς, καὶ οἷον εἴσω βέβηκε θυρῶν ὁ τῆς Ἰδουμαίας ὄλεθρος, καὶ ὅτι πάντη τε καὶ πάντως οἰκήσονται πρὸς ἀπώλειαν, κατεμπιπράντων αὐτοῖς τὰς πόλεις τῶν Βαβυλωνίων, καὶ ἅπασαν δὲ καταδηούντων τὴν χώραν, προαπαγγέλλει σαφῶς· Εἷς γὰρ ἔσται, φησὶν, ἐνιαυτὸς ὁ μεταξὺ, καὶ οἱ τῆς Κηδὰρ τοξευταὶ, καί τοι, φησὶν, οὐκ ἀθαύμαστον ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ τὴν ὑπόληψιν ἐσχηκότες, ἐκλείψουσί τε καὶ ἀπολοῦνται· καὶ ἀληθὴς ἡ προαγόρευσις. Κύριος D γὰρ ἐλάλησεν ὁ Θεὸς Ἰσραήλ· ψεύσεται δὲ οὐδαμῶς ἡ ἀλήθεια. Ἐνιαυτοῦ γε μὴν μισθωτοῦ φησι τὸν ἀκριβῶς ἐκμετρούμενον. Ὁ γάρ τοι τοὺς ἐπὶ ταῖς θητείαις ἱδρῶτας εἰσελθὼν, καὶ ἀπομισθώσας ἑαυτὸν ἑτέρῳ, λεπτῶς τε καὶ ἀκριβῶς ἀεί πως περιεργάζεται τοῦ τῆς μισθώσεως χρόνου τὸ μέτρον. Καὶ ταυτὶ μὲν τό γε ἦκον εἰς γε τὸ γράμμα καὶ μέν τοι τὴν ἱστορίαν εἰρήσθω νυνί. Περιενεγκόντες δὲ τοῦ λόγου τὴν δύναμιν εἴς τε τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν καὶ τοὺς ταύτης τροφίμους, καὶ μὴν καὶ εἰς τὰς τῶν ἑτεροδόξων ἀγέλας, ἐκεῖνό φαμεν· ὅτι κατεπιφύονται πλειστάκις τὰ Ἑλλήνων στίφη τῶν ὀρθὰ φρονεῖν εἰωθότων, καὶ τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς τῶν ὅλων δημιουργὸν καὶ Κύριον προσκυνεῖν ἑλομένων. Εἶτα διωγμοῖς ὑποθέντες πικροῖς, ἀφορήτοις ἔσθ' ὅτε περιβάλλουσι

Digitized by Google

πόνοις. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ τῶν ἀνοσίων αἱρέσεων τὸν ἰὸν εἰς νοῦν ἔχοντες καὶ καρδίαν, καί τοι τὸ Χριστιανῶν ὄνομα κλέπτοντες, ὑποπλαττόμενοί τε τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀδελφότητα, τὰς τῶν ἐχθρῶν ἀγριότητας νικῶσιν ἔσθ' ὅτε, ἀφιλόστοργοί τε καὶ ἀπηνεῖς. Καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν τοιούτων ὑπάρχοντες δι' αὐτῶν ἐλέγχονται τῶν πραγμάτων; ἀλλ' οὐκ εἰς ἄπαν αὐτοῖς διακαρτερήσει Θεὸς, ἀνέξεται δὲ οὐδαμῶς ἀφιλοστοργούντων ἄγαν, ἐποίσει δὲ μᾶλλον αὐτοῖς τὰ ἐξ ὀργῆς καὶ δίκης.

lant, immanitatem etiam hostilem interdum superant, a charitate et pietate alieni et immites. Nam quid horum est, cujus affines esse reipsa non deprehenduntur? At omnino eos non feret Deus, nec eos qui sic ad omnem humanitatis et pietatis affectum obduruerunt sustinebit, at illis quæ ira, quæ justitia flagitat, irrogabit.

ΤΟΜΟΣ Ε'.

ΤΟ ΟΡΑΜΑ ΤΗΣ ΦΑΡΑΓΓΟΣ ΣΙΩΝ.

Τὴν τῶν Αἰγυπτίων, Ἀσσυρίων τε καὶ Ἰδουμαίων ἅλωσιν προηγορευκὼς ὁ προφήτης, ἐπ' αὐτὴν ἔρχεται τὴν ἁγίαν πόλιν, τοῦτ' ἔστι τὴν Ἱερουσαλήμ· καὶ τὰ συμβησόμενα αὐτῇ κατὰ καιροὺς ἐκ θείας ὀργῆς προαφηγεῖται χρησίμως· ἵν' εἰδεῖεν, ὅτι δικαιοσύνης ὑπάρχων πρύτανις ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, μᾶλλον δὲ αὐτὸ χρῆμα δικαιοσύνη· οὐ τὸν οἰκεῖον ἁπλῶς γεγονότα, δ ά γε τοῦ πεπαιδαγωγεῖσθαι νόμῳ, τιμᾷ καὶ προσίεται, καὶ φροντίδος ἀξιοῖ· δοκιμάζει δὲ μᾶλλον τὰ ἑκάστῳ βεβιωμένα, καὶ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς τὴν ἕξιν διανέμει τὰ ἀγαθά· ἡγεῖται δὲ ξένον καὶ κατ' οὐδένα τρόπον αὐτῷ προσοικειούμενον τὸν τῆς φαυλότητος ἐραστήν, κἂν εἴ τις εἴη τυχὸν ἀγαπητὸς διὰ τοὺς πατέρας. Ὅρα τοίνυν ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀμαθίας τῶν Ἰουδαίων οἱ δῆμοι, καὶ ἀνάλωτοι παντελῶς ἔσεσθαι τοῖς ἐχθροῖς, καὶ οὐδενὸς τὸ σύμπαν ἐπιπηδῶντος αὐτοῖς, τὸν ἠρεμαῖόν τε καὶ ἐν πολλαῖς ἄγαν εὐημερίαις διαβιῶναι βίον, καίτοι Θεῷ προσκρούοντες, καὶ εἰς πολλὴν ἄγαν ἀσέβειαν ἀπονενευκότες. Προσκεκυνήκασι γὰρ εἰδώλοις, καὶ ὑποκάτω δρυὸς καὶ λεύκης ἀναθέντες ἕδη καὶ βωμοὺς τοῖς ματαίοις θυσίας προσῆγον καὶ σπονδὰς ἐπετέλουν, τῆς ὀφειλομένης τῷ παναγίῳ Θεῷ δόξης εἰς ἅπαν ἠφειδηκότες. Καὶ γοῦν διὰ φωνῆς Ἱερεμίου φησὶ πρὸς αὐτοὺς περὶ τῆς Ἱερουσαλήμ· « Καὶ μὴ λέγετε ὅτι, Ναὸς Κυρίου ἐστὶν, ὅτι ἐὰν μὴ διορθοῦντες διορθώσητε τὰς ὁδοὺς ὑμῶν, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν, καὶ ὄψω τὸν οἶκον τοῦτον ὥσπερ Σηλώμ. » Κατηγτιᾶτο δὲ πάλιν αὐτοὺς διὰ Μιχαίου τοῦ προφήτου λέγων· « Οἱ ἡγούμενοι αὐτῆς μετὰ δώρων ἔκρινον, καὶ οἱ ἱερεῖς αὐτῆς μετὰ μισθοῦ ἀπεκρίνοντο, καὶ οἱ προφῆται αὐτῆς μετὰ ἀργυρίου ἐμαντεύοντο, καὶ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐπανεπαύοντο λέγοντες· Οὐχὶ Κύριος ἐν ἡμῖν ἐστιν; Οὐ μὴ ἐπέλθῃ ἐφ' ἡμᾶς κακά. Διὰ τοῦτο δι' ὑμᾶς Σιὼν ὡς ἀγρὸς ἀροτριαθήσεται, καὶ Ἱερουσαλὴμ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἔσται, καὶ ὄρος τοῦ οἴκου ὡς ἄλσος δρυμοῦ. » Ὀξὺ δὲ ὅτι τὸ τοῦ Θεοῦ κρίμα κατὰ παντὸς ἔρχεται τοῦ πλημμελεῖν εἰωθότος φανερὸν αὐτοῖς ἐποίει λέγων καὶ ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης· « Γεννήματ' ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς ὅτι Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ· λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. Ἤδη δὲ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δέν-

TOMUS V.

VISIO VALLIS SION.

Ægyptiorum, Assyriorum et Idumæorum captivitatem cum propheta prædixerit, ad ipsam sanctam civitatem, id est Jerusalem, accedit, quæque illi defluxu temporum ex divina ira contingent, opportune denuntiat : ut universitatis Deum, justitiæ administratorem, imo vere ipsam justitiam videant, non simpliciter quod per legis pædagogiam intimi et conjunctissimi essent, propterea eos colere, recipere et cura dignari : sed potius quid in vita a quoquam fit, explorare, et bonis quidem virtutis habitu confirmatis bona distribuere, vitiositatis autem amantem, quasi nulla secum necessitudine junctum, peregrinum ducere : quantumvis forte propter patres charus atque dilectus fuerit. Existimavit igitur præ insigni quadam stupiditate populus Judaicus, ab hostibus nullo modo captum iri, nec ullam prorsus impressionem facturos, at sedatam et altissima tranquillitate circumfluentem vitam victurum, etiamsi Deum offenderit, et in summam impietatem pervolutus fuerit. Idolis enim procubuerunt, et sub quercu ac populo delubris et aris erectis, vanis diis sacrificia fecerunt, illisque, gloria sanctissimo Deo debita prorsus contempta, liba obtulerunt. Etenim voce Jeremiæ affatur Hierosolymitanos : « Nolite dicere : Templum Domini est, quia si vere et serio non correxeritis vias vestras et studia vestra, etiam domum hanc faciam quasi Selom [91]. » Sugillavit item illos per Michæam prophetam dicens : « Præfecti **315** ejus propter munera judicabant, et sacerdotes ejus propter mercedem respondebant, et prophetæ ejus propter argentum vaticinabantur, et in Domino acquiescebant, dicentes : Nonne Dominus in nobis est? Non venient in nos mala. Ideo propter vos Sion ut ager arabitur, et Jerusalem ut pomorum custodia erit, et mons domus Domini, quasi saltus silvæ [92]. » Quod autem judicium Dei acre contra omnem delinquentem veniat, perspicuum fecit illis etiam divinus Baptista Joannes, inquiens : « Progenies viperarum, quis submonstravit vobis ut fugeretis a futura ira? Facite igitur fructus dignos resipiscentia, et ne putate dicendum apud vos ipsos, Patrem habemus Abraham : dico enim vobis, posse Deum ex lapidibus istis excitare filios Abraham. Jam vero securis ad radicem arborum posita est : omnis igitur arbor quæ non fert fructum bonum, exscinditur

[91] Jerem. VII 4 14. [92] Mich. III, 11, 12.

Digitized by Google

et in ignem mittitur [33]. » Proinde cum Israel effrenata libidine ad peccandum propenderet, et, ut jam dixi, commentitiis idolorum cultibus adhæresceret, futuram Hierosolymorum cursu temporum captivitatem præsignificat Deus per prophetam, et inquit :

CAP. XXII. VERS. 1, 2. *Quid factum est tibi, quod nunc ascendistis omnes tecta vana ? Plena est civitas clamantibus : vulnerati tui, non vulnerati gladio, nec mortui tui, mortui bello.*

Videtur hic devastationem temporibus Jechoniæ demonstrare : graviterque Israelitas perstringit, utpote qui in ipsis jam malis, et in urgentissimis gravissimisque calamitatibus, quod ex re est, quodque benevolentiam e supernis conciliaret, facere recusarunt. Nam flere et plorare oportuit, et in domum Dei ascendere, et pœnitentiam edicere, et oblivionem eorum quæ debacchati sunt poscere, ac manum subsidiariam ab eo solo petere. Hoc illos docebat dicens apud prophetam quemdam sanctum scriptum esse : « Circumcincti estote et plangite, sacerdotes; flete, vos qui ministratis altari; ingredimini, dormite in saccis, qui ministratis Deo, quia defecit ex domo Dei vestri sacrificium et libatio; sanctificate jejunium, prædicate cultum, convocate seniores omnes inhabitantes terram in domum Dei vestri, clamate ad Dominum jugiter : Heu, heu, per diem [34]. » **316** Hæc igitur fecisse oportuit, et concitatum qui servare potest, emollire. Cæterum elati forsitan et turgidi fiducia, hæc debere se facere ne cogitarunt quidem, et contra ritus patrios et vernaculos, ad excelsa redierunt. Erant autem luctus undique, et lamenta feminarum et liberorum, fame et siti confectorum. Nam urbibus obsidione cinctis, hæc usuvenire necessum est. Hinc inquit : Quid factum est tibi, quod nunc ascendistis omnes tecta vana? Quare enim, inquit, in his adeo intolerandis terroribus, cum de summa rerum sermones et omne certamen vobis est, non clamastis ad Deum : sed in ædiculas assiliistis, etsi res ea nihil vobis emolumenti afferat? Propterea etiam vana tecta vocat. Cur etiam impleta est civitas clamantibus? non sane ad Deum, sed frustra vociferantibus, et cum tantum non in foribus essent mala, haud modice indolescentibus. Oportebat fletum esse ad resipiscentiam, oportebat lacrymas effundi ad Deum. Ecce, inquit, priusquam susciperetis bellum, priusquam arriperetis gladium, priusquam oppugnationem moliremini, plena facta est cadaveribus civitas. Utile igitur et ad salutem necessarium est, ut ex quibus Deum Servatorem conciliare quis possit, ea rite præstet, etiamsi in acerbissimis calamitatibus versetur. Psallit itaque et ait beatus David : « Domine Deus virtutum, beatus homo qui sperat in te [35]. » Sciendum porro nominare eum vallem Sion, Jerusalem. Est enim mons

δρων κεῖται· πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. » Ἀχάλινον τοίνυν ἔχοντος Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸ χρῆναι πλημμελεῖν τὴν ἐπίδοσιν, προσκειμένου τε καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ταῖς τῶν εἰδώλων ψευδολατρείαις, τὴν ἐσομένην τῶν Ἱεροσολύμων κατὰ καιροὺς ἅλωσιν προαναφαίνει Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου, καί φησιν·

Τί ἐγένετό σοι νῦν, ὅτι ἀνέβητε πάντες εἰς δώματα μάταια; Ἐνεπλήσθη ἡ πόλις βοώντων· οἱ τραυματίαι σου, οὐ τραυματίαι μαχαίρας, οὐδὲ οἱ νεκροί σου, νεκροὶ πολέμου.

Ἔοικε μὲν οὖν τὴν ἐν καιροῖς Ἰεχονίου δήωσιν ἐνθάδε δηλοῦν· αἰτιᾶσαι δὲ λίαν τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς μηδὲ ἐν αὐτοῖς τοῖς κακοῖς, καὶ οὕτως ἄγαν ἀκμαιοτάταις συμφοραῖς κατορθοῦν εἰδότας τὸ τελοῦν εἰς δύνησιν, καὶ ὅπερ ἔμελλεν αὐτοῖς εὐμενείας τῆς ἄνωθεν ἔσεσθαι πρόξενον. Ἔδει γὰρ κλαίοντάς τε καὶ ὀλοφυρομένους ἀναβαίνειν μὲν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, ἐπαγγέλλεσθαι δὲ τὴν μετάγνωσιν, καὶ τῆς ἐφ' οἷς πεπαρῳνήκασιν ἀναμνηστείαν αἰτεῖν, καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ καὶ μόνου ζητεῖν ἐπίκουρον χεῖρα. Καὶ τοῦτο αὐτὸς ἐδίδαξε λέγων δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Περιζώσασθε καὶ κόπτεσθε, οἱ ἱερεῖς, θρηνεῖτε, οἱ λειτουργοῦντες θυσιαστηρίῳ, εἰσέλθετε, ὑπνώσατε ἐν σάκκοις, οἱ λειτουργοῦντες Θεῷ, ὅτι ἀπέσχεν ἐξ οἴκου ὑμῶν θυσία καὶ σπονδή· ἁγιάσατε νηστείαν, κηρύξατε θεραπείαν, συναγάγετε πρεσβυτέρους πάντας κατοικοῦντας γῆς εἰς οἶκον Θεοῦ ὑμῶν, καὶ κεκράξατε πρὸς Κύριον ἐκτενῶς, Οἴμοι, οἴμοι, εἰς ἡμέραν. » Ταῦτα δὴ οὖν ἔδει δρῶντας αὐτοὺς ἐκμειλίσσεσθαι παρωξυμμένον τὸν διασώζειν ἰσχύοντα. Οἱ δὲ ταυτὶ μὲν ὅτι προσήκει δρᾷν, οὐδὲ εἰς νοῦν τάχα που πληροῦντες ἐδέχοντο, ἀνεφοίτων δὲ εἰς τὰ ἀνώτατα τῶν οἰκείων, καὶ κόμμοι μὲν ἦσαν πανταχοῦ, θρῆνοι δὲ παίδων, λιμῷ τάχα που καὶ δίψει δαπανωμένων. Ταυτὶ γὰρ συμβαίνειν ἀνάγκη ταῖς τῶν πόλεων πολιορκουμέναις. Ταύτητοί φησι· Τί ἐγένετό σοι νῦν, ὅτι ἀνέβητε πάντες εἰς δώματα μάταια; Διὰ τί γὰρ, φησὶ, καὶ ἐν τοῖς οὕτως ἀφορήτοις δείμασι, καὶ ὅτι περὶ τῶν ἐσχάτων ὑμῖν οἱ λόγοι, καὶ ὁ σύμπας ἀγών, οὐχὶ δὴ κεκράγατε πρὸς Θεὸν, ἀνεπηδήσατε δὲ μᾶλλον εἰς δώματα, καίτοι τοῦ πράγματος ὑμᾶς ὠφελοῦντος οὐδέν; Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ μάταια δώματά φησι. Διὰ τί καὶ ἐνεπλήσθη ἡ πόλις βοώντων; οὐχὶ δὴ μᾶλλον πρὸς Θεὸν, ἀλλ' εἰκῇ κεκραγότων, καὶ μονονουχὶ τοῖς εἴσω θυρῶν γεγονόσι κακοῖς οὐ μετρίως ἐπασχαλλόντων. Ἔδει τὸν θρῆνον εἶναι πρὸς μετάγνωσιν, ἔδει τὸ δάκρυον καταχεῖσθαι πρὸς Θεόν. Ἰδοὺ, φησὶ, πρὶν ἅψασθαι μάχης, πρὶν ἐπιλαβέσθαι μαχαίρας, πρὶν μελετῆσαι τὴν ἀντίστασιν, πλήρης γέγονε νεκρῶν ἡ πόλις. Χρήσιμον οὖν ἄρα καὶ ἀναγκαῖον εἰς σωτηρίαν, τὸ εἰδέναι κατορθοῦν τὰ δι' ὧν ἄν τις ἔχοι σώζοντα Θεὸν, κἂν εἰ ἐν πικραῖς γένοιτο συμφοραῖς. Ψάλλει γοῦν καὶ φησιν ὁ μακάριος Δαβίδ· « Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, μακάριος ἄνθρωπος ὁ ἐλπίζων ἐπὶ σέ. » Ἰστέον δὲ ὅτι φάραγγας Σιὼν ὀνομάζει τὴν Ἱερουσαλήμ. Ἔστι μὲν γὰρ ὄρος ἡγοῦν ἐν ὄρει ἡ Σιών· ὑπό-

[33] Matth. III, 7-10. [34] Joel I, 13-15. [35] Psal. LXXXIII, 13.

Digitized by Google

κειται δὲ ταῖς ὑπωρείαις Ἱερουσαλὴμ, ὅθεν αὐτὴν καὶ τῆς Σιὼν ἀποκαλεῖ φάραγγα.

Πάντες οἱ ἄρχοντές σου πεφεύγασιν, καὶ οἱ ἁλόντες σκληρῶς δεδεμένοι εἰσὶ, καὶ οἱ ἰσχύοντες ἐν σοὶ πόρρω πεφεύγασιν.

Κατελελοιπότες, ὡς ἔφην, τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα θεὸν τῶν Ἰουδαίων οἱ δῆμοι, καὶ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων ἐπικουρίαις ἐπιθαρσήσαντες, σώζεσθαι προσεδόκων. Ἐπειδὴ δὲ ἦκον οἱ πολέμιοι, καὶ ἐν ἀκμαῖς ἦν ὁ τοῦ παθεῖν φόβος, καὶ περιεστώσας ἤδη τὴν χώραν ἦγουν τὴν ἁγίαν πόλιν τὰς τῶν Ἀσσυρίων τεθέανται φάλαγγας, ἀπεπήδησαν οἱ ἐν τέλει καὶ ἐν ταῖς ἀνωτάταις τιμαῖς· καθάπερ νηὼς βαπτιζομένης ἀπενήχοντο σώζοντες ἑαυτοὺς, καὶ τοῖς ἐπ' αὐτοὺς ἠλπικόσι μονονουχὶ ἐρρῶσθαι φράσαντες. Πεφεύγασι τοίνυν ἅπαντες, φησὶν, οἱ πάλαι σε σώζειν ὑπισχνούμενοι, καὶ δυσκαταγώνιστον ἔχειν ὑπονοηθέντες χεῖρα· οἱ δὲ δὴ καὶ ἁλόντες σκληρῶς δεδεμένοι εἰσίν. Συνελήφθη γὰρ ὁ Σεδεκίας ἅμα τοῖς αὐτοῦ παισί· καὶ τοὺς μὲν ἀπέσφαξαν οἱ Βαβυλώνιοι, τὸν δὲ τῶν ὀμμάτων ἐκκεκομμένων ἀπεκόμισαν εἰς τὴν ἑαυτῶν. « Ματαία τοίνυν ἡ σωτηρία ἀνθρώπων, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Δεῖ δὲ δὴ μόνῳ προσκεῖσθαι θεῷ, τὸ σοφὸν ἐκεῖνο διακεκραγότας· « Οὐκ ἐπὶ τῷ τόξῳ μου ἐλπιῶ, καὶ ἡ ῥομφαία μου οὐ σώσει με. » Σώζει γὰρ μόνος ὁ τῶν δυνάμεων Κύριος τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν, καὶ ἐκ παντὸς ῥύεται κακοῦ, ὥστε καὶ χαίροντας λέγειν· « Ἔσωσας γὰρ ἡμᾶς ἐκ τῶν θλιβόντων ἡμᾶς, καὶ τοὺς μισοῦντας ἡμᾶς κατῃσχυνας. »

Διὰ τοῦτο εἶπα, Ἄφετέ με, πικρῶς κλαύσομαι· μὴ κατισχύσητε παρακαλεῖν με ἐπὶ τὸ σύντριμμα τῆς θυγατρὸς τοῦ γένους μου, ὅτι ἡμέρα ταραχῆς καὶ ἀπωλείας καὶ καταπατήματος παρὰ Κυρίου Σαβαὼθ, ἐν φάραγγι Σιών.

Αὕτη τοῦ προφήτου φωνὴ μονονουχὶ κλαίοντος καὶ ταῖς τοῦ γένους ἐποιμώζοντος συμφοραῖς. Δι' ὧν δὲ παραιτεῖται τοὺς παρακαλεῖν ἰσχύοντας, τὸ τῆς πληγῆς ἐμφανίζει μέγεθος, οἷον οὐκ ἐχούσης θεραπείαν· ἐπενηνεγμένην δὲ μᾶλλον ἀφορήτως αὐτοῖς, πικράν τε καὶ ἀνουθέτητον ἐχούσης τὴν ἔφοδον. Ἡμέρα γὰρ ταραχῆς καὶ ἀπωλείας καὶ καταπατήματος παρὰ Κυρίου Σαβαὼθ ἐπενήνεκται. « Τὴν γὰρ χεῖρα τὴν ὑψηλὴν τίς ἀποστρέψει; » Ἡ μὲν γὰρ ὀργῆς δίκα τῆς ἄνωθεν τὰ τῆς ἐφόδου παρὰ τῶν Ἀσσυρίων ἐπράττετο, πολλή τις ἄγαν ἐλπὶς τοῖς κάμνουσιν ἦν, τοῦ καὶ ἔσθ' ὅτε κατευμεγεθήσειν δύνασθαι τῶν ἐπιόντων αὐτοῖς, τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ τὴν ἀεὶ σώζουσαν αὐτοῖς ῥέγοντος χεῖρα. Ἐπειδὴ δὲ αὐτὸς ὁ πλήττων ἐστὶν, καὶ παρὰ Κυρίου τὸ καταπάτημα, τίς ὁ ἀνατρέψων αὐτό; « Ἐὰν γὰρ κλείσῃ κατὰ ἀνθρώπου, τίς ἀνοίξει; » φησίν.

Πλανῶνται ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, πλανῶνται ἐπὶ τὰ ὄρη.

Θαύμαζε τὴν νῆψιν τοῦ πνευματοφόρου. Ἐπειδὴ γὰρ ἔφη παρὰ Κυρίου Σαβαὼθ ἐπενεχθήσεσθαι τὴν ταραχὴν καὶ τὴν ἀπώλειαν καὶ τὴν ἡμέραν τοῦ καταπατήματος, ἵνα μή τις οἴηται μάτην αὐτοῖς τὸν θεῖον

A vel in monte Sion, et in radicibus montis sita est Jerusalem, unde eam Sion vallem appellat.

Vers. 3. *Omnes principes tui fugerunt, et capti graviter vincti sunt, et præpotentes in te longe fugerunt.*

Populus Judaicus, ut dixi, derelicto universorum conservatore Deo, humanis præfidens adminiculis, salutem exspectavit. Cum vero adventassent hostes, et timor malorum crevisset, et quasi maturuisset, vidissentque Assyriorum cohortes regionem jam et sanctam civitatem circumsidere, qui in fastigio erant, summisque potiebantur honoribus, desultarunt, et tanquam navi demersa, spei salutis quam in se collocabant valedicentes, natarunt et **317** fluctuarunt. Fugerunt igitur omnes, qui olim tibi B salutem promittebant : et qui insuperabilem manum habere putabantur, hi etiam capti, graviter ligati sunt et duriter. Comprehensus est enim Sedecias simul cum suis liberis ; illosque trucidaverunt Babylonii, hunc, oculis exsectis, in suam avexerunt patriam, « Vana igitur salus hominis, » uti scriptum est [96] : at soli Deo adhærescendum, illud sapienter dictum clamando : « Non in arcu meo sperabo, et gladius meus non servabit me [97]. » Servat nimirum solus exercituum Dominus diligentes se, et ex omni malo eruit, ut gaudentes etiam dicant : « Servasti enim nos ab his qui affligunt nos, et qui nos oderunt, confudisti [98]. »

Vers. 4, 5. *Idcirco dixi, Dimittite me, amare flebo : ne tentate me consolari in contritione filiæ C generis mei : quia dies trepidationis, et interitus, et conculcationis a Domino Sabaoth, in valle Sion.*

Hæc est prophetæ vox tantum non flentis, et generis calamitates deplorantis. Cum autem prohibet præpotentes consolationem admovere, plagæ magnitudinem declarat, quippe quæ medicinam reperire non possit, sed intolerabiliter potius inflicta illis sit, cujus ictus sit acerrimus et inevitabilis. Dies enim trepidationis, et interitus, et conculcationis a Domino Sabaoth illata est. « Manum enim excelsam quis avertet [99]? » Si enim Supremo non irato, incursio ab Assyriis facta fuisset, spes foret D maxima fessis et languescentibus, posse se invadentes, Deo omnium dominatore manum semper illos conservantem porrigente, tandem aliquando superare. At cum is sit qui percutit, et a Domino conculcatio sit, quis evertet hoc, aut labefactabit ? « Si enim contra hominem clauserit, quis, inquit, aperiet [1] ? »

Errant a parvo ad magnum, errant in montibus.

Admirare hujus qui Spiritu afflatus est vigilantiam. Postquam enim dixit, a Domino Sabaoth trepidationem et interitum diemque conculcationis importandam, ne quis abs re autumet divinam in

[96] Psal. LIX, 12. [97] Psal. XLIII, 7. [98] ibid. 8. [99] Isa. XIV, 27. [1] Job XII, 14.

Digitized by Google

eos iram insiliisse, suspicionem illico amputat eorum qui ex levitate eos ad hanc aliquando stultitiam devenisse opinantur, annectitque apologiam, ut universitatis conditor **318** justus judex esse appareat. « Errant » enim, inquit, « a parvo ad magnum, errant in montibus. » Quid vero istud sit, ex ipsis Dei verbis disces. Dixit enim alicubi beatus Jeremias : Vides quæ fecerunt mihi domus Israel, abierunt ad omnem montem excelsum, et in omnem collem excelsum, et sub omni ligno frondoso, et illic fornicati sunt. Occupantes enim excelsa montium, aras et delubra pararunt. Tum efformato pro suo arbitratu idolo, obtulerunt hostias ei, et religione divina prorsus neglecta, ligno dixerunt : Pater meus es tu : et lapidi : Tu genuisti me. Numquid a paucis hoc factum est? Nequaquam, inquit : ex omni enim genere hominum, ex omni domo quasi aberraverunt, parvi et magni[1]. Siquidem rursus alloquitur beatum prophetam Jeremiam : « Et tu noli orare pro populo isto, et noli rogare pro illis precationem, et orationem, quia non exaudiam. Annon vides, quid tui faciant in civitatibus Juda, et in viis Jerusalem? Filii eorum colligunt ligna, et patres eorum accendunt ignem, et uxores eorum subigunt farinam, ut parent hordeaceos panes militiæ cœli. Et libaverunt liba diis alienis, ut ad iram excitarent me[2]. » Justo igitur calculo puniti sunt. Tribuentes enim creaturæ venerationem, et operibus suarum manuum servientes, ipsi in sua capita divinam iram transfuderunt. Non enim injuste tenduntur retia volucribus, sicuti scriptum est : et pœnis subdit Deus eum qui gloriam suam contumelia afficit, et qui erratica mente ad omnem fœditatem delabitur.

ἐπιπηδῆσαι θυμὸν, ἀνακόπτει παραχρῆμα τὴν ὑπόνοιαν τῶν ἐξ ἐλαφρίας ἔσθ' ὅτε πρὸς τοῦτο μωρίας καθικέσθαι προσδοκωμένων· καὶ συνάπτει τὴν ἀπολογίαν, ἵνα φαίνηται δίκαιος κριτὴς ὁ τῶν ὅλων δημιουργός. « Πλανῶνται » γὰρ, φησὶν, « ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, πλανῶνται ἐπὶ τὰ ὄρη. » Καὶ τί δὴ τοῦτο ἐστὶ, ἐξ αὐτῶν μαθήσεις τῶν τοῦ Θεοῦ ῥημάτων. Ἔφη γάρ που πρὸς τὸν μακάριον προφήτην Ἱερεμίαν· Ἴδες ἃ ἐποίησέν μοι ἡ κατοικία τοῦ Ἰσραὴλ, ἐπορεύθη ἐπὶ πᾶν ὄρος ὑψηλὸν, καὶ ὑποκάτω παντὸς ξύλου ἀλσώδους, καὶ ἐπόρνευσαν ἐκεῖ. Καταλαμβάνοντες γὰρ τὰ ὑψηλὰ τῶν ὀρῶν, βουνούς τε καὶ τεμένη κατεσκεύαζον. Εἶτα τὸ δοκοῦν διαπλάσαντες εἴδωλον, προσεκόμιζον θυσίας αὐτῷ, καὶ τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας εἰς ἅπαν ἠφειδηκότες, τῷ ξύλῳ εἶπαν, ὅτι Πατήρ μου εἶ σὺ, καὶ τῷ λίθῳ, Σὺ ἐγέννησάς με. Ἆρ' οὖν ὀλίγοι τοῦτο πεπόνθασιν; Οὐδαμῶς, φησί· παγγενεὶ γὰρ καὶ πανοικὶ πεπλάνηνται μικροὶ καὶ μεγάλοι. Καὶ γοῦν ἔφη πάλιν πρὸς τὸν μακάριον προφήτην Ἱερεμίαν· « Καὶ σὺ μὴ προσεύχου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ μὴ ἀξίου περὶ αὐτῶν ἐν δεήσει καὶ προσευχῇ, ὅτι οὐκ εἰσακούσομαι. Ἢ οὐχ ὁρᾷς τί οὗτοι ποιοῦσιν ἐν ταῖς πόλεσιν Ἰούδα, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλήμ; Οἱ υἱοὶ αὐτῶν συλλέγουσι ξύλα, καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν καίουσι πῦρ· καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν τρίβουσι σταῖς τοῦ ποιῆσαι χλυῶνας τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἐποίησαν σπονδὰς θεοῖς ἀλλοτρίοις, ἵνα παροργίσωσί με. » Ὁσίᾳ δὴ οὖν τετιμώρηνται ψήφῳ. Ἀναθέντες γὰρ τῇ κτίσει τὸ σέβας καὶ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν λατρεύσαντες, αὐτοὶ ταῖς οἰκείαις ἐπήντλησαν κεφαλαῖς τὰ ἐκ θείας ὀργῆς. Οὐ γὰρ ἀδίκως ἐκτείνεται δίκτυα πτερωτοῖς, κατὰ τὸ γεγραμμένον· καὶ ποιναῖς ὑποφέρει Θεὸς τὸν ἀτιμάζοντα τὴν δόξαν αὐτοῦ, πεπλανημένῃ τε γνώμῃ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων ἀπονενευκότα.

VERS. 6-8. *Elamitæ vero acceperunt pharetras, conscenderunt homines super equos, et convenerunt ad pugnam. Et erunt electæ valles tuæ : et implebuntur curribus, ac equites oppilabunt portas tuas, et patefacient portas Juda, et inspicient die illa electas domos civitatis, et retegent abscondita domorum arcis David.*

Οἱ δὲ Ἐλαμῖται ἔλαβον φαρέτρας, ἀναβάται ἄνθρωποι ἐφ' ἵπποις, καὶ συναγωγὴ παρατάξεως. Καὶ ἔσονται αἱ ἐκλεκταὶ φάραγγές σου, πλησθήσονται ἁρμάτων, οἱ δὲ ἱππεῖς ἐμφράξουσι τὰς πύλας σου, καὶ ἀνακαλύψουσι τὰς πύλας Ἰούδα· καὶ ἐμβλέψονται τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ εἰς τοὺς ἐκλεκτοὺς οἴκους τῆς πόλεως, καὶ ἀνακαλύψουσι τὰ κρυπτὰ τῶν οἴκων τῆς ἄκρας Δαβίδ.

Amplificat narrationem, et belli assultum modo non depingit, ac terrore auditores percellit, eos artificiose quasi coercens, ac in arctum cogens, ut pœnitentiam agant, eaque dicit quasi jam præsentes catervas et pro portis videret. Elamitæ **319** sunt quasi ex civitate Persica, qui ex ea nomen sortiti sunt. Aiunt etiam quidam, equites illos esse Saracenos, suntque hi equestres sagittarii, dexterrimi ac peritissimi, asperi et inflexibiles, et misereri nescii. Quod autem sint innumerabiles, docet, inquiens : Electæ valles tuæ replebuntur curribus, et oppilabunt equites portas tuas, ut qui ingredi volunt miris premantur ac cingantur angustiis. Irrumpentes autem in omnem domum splendidam,

Εἰς ὕψος αἴρει τὰ διηγήματα, καὶ τοῦ πολέμου τὴν ἔφοδον μονονουχὶ ζωγραφεῖ, καὶ καταπτοεῖ τοῖς δείμασι τοὺς ἀκροωμένους, συνελαύνων εὐτεχνῶς ἐπί γε τὸ χρῆναι ἐλέσθαι μετανοεῖν· οὐκοῦν ὡς ἤδη τὰ στίφη παρόντα καταθεώμενος, εἶσω τε πυλῶν γεγονότα τὰ τοιάδε φησίν. Ἐλαμῖται δὲ ὡς ἀπὸ πόλεως Περσικῆς, οἱ ἐξ αὐτῆς ὀνομάζονται. Φασὶ δέ τινες ἱππότας αὐτοὺς εἶναι Σαρακηνούς, ἱπποτοξόται δὲ οὗτοι καὶ τῶν ἄγαν εὐστοχωτάτων, σκληροί τε καὶ ἀκαμπεῖς, καὶ τὸ ἐλεεῖν οὐκ εἰδότες. Ὅτι δὲ καὶ ἀριθμοῦ κρείττονες διδάσκει λέγων· Αἱ ἐκλεκταὶ φάραγγές σου πλησθήσονται ἁρμάτων, καὶ, ὅτι ἐμφράξουσιν οἱ ἱππεῖς τὰς πύλας σου, ὡς στενοχωρεῖσθαι λίαν τοὺς ἐλαύνειν ἐθέλοντας· εἰσπηδήσαντες δὲ πᾶσαν οἰκίαν περιεργά-

[1] Jerem. III, 6 seqq.; II, 27 seqq. [2] Jerem. VII, 16 seqq.

Digitized by Google

σονται λαμπρὰν, ἀνακαλύψουσι δὲ τὰ κρυπτὰ τῶν οἴκων τῆς ἄκρας Δαβίδ, τοῦτ' ἔστι, τὸν πλοῦτον τῶν βασιλέων. Ἐβασίλευον γὰρ οἱ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ἐξ ἧς γέγονε καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ. Καὶ ταυτὶ μὲν πρὸς ἱστορίαν εἰρήσθω πάλιν. Εἰ δὲ δὴ καὶ πολεμίων δίκην εἰσελάσειαν εἰς νοῦν τὸν ἀνθρώπινον ἢ λογισμῶν ἀσυνέτων στίφη, ἢ καὶ ἡδονῶν σαρκίνων· κατακρατοῦσι μὲν ὡς ἁλούσης πόλεως· ἅπαντα δὲ αὐτῆς τὸν πνευματικὸν ἀφανίζουσι πλοῦτον, εὐσεβείας ἀπάσης ἐκπέμποντες, καὶ τῶν ἐξ ἀρετῆς ἀπαμφιεννύντες αὐτὸν λαμπρῶν ἀνδραγαθημάτων. Ταύτῃτοί φησιν ἡ θεόπνευστος Γραφή· « Ἐὰν πνεῦμα τοῦ ἐξουσιάζοντος ἀναβῇ ἐπὶ σὲ, τόπου σου μὴ ἀφῇς, ὅτι ἴαμα καταπαύσει ἁμαρτίας μεγάλας. » Ἀνακοπτόμενα μὲν γὰρ τὰ τοιάδε τῶν παθῶν, ἐπὶ τὸ μεῖον ἔρχεται, καὶ ὀνίνησιν ἡ νῆψις τοὺς κεχρημένους αὐτῇ. Ἀνειμέναις δὲ ὥσπερ καὶ ἀνεπιπλήκτοις ὁρμαῖς ἀεὶ πρὸς τὸ χεῖρον ἐξέρποντα, κατασείουσιν ἐκ βάθρων τοὺς νοητῶς νυστάζοντας.

curiose perlustrabunt, et retegent abscondita domorum arcis David, id est regum opulentiam. Regnarunt enim ex tribu etiam Juda, ex qua natus est quoque beatus David. Sed hæc quoad historiam dicta, rursus tractentur. Si hostium instar in mentem humanam irrumpunt, vel rationum stultarum, vel carnalium voluptatum agmina : tanquam captæ civitati dominantur, omnesque ejus divitias spirituales demoliuntur, omnem expellunt pietatem, et virtutis præclaris actionibus eum exuunt et spoliant. Ideo dicit Scriptura divinitus inspirata : « Si spiritus potestatem habentis ascendat in te, locum tuum ne deseras, quia sanitas requiescere faciet peccata magna [a]. » Decurtatæ enim et circumcisæ hujusmodi perturbationes, in nihilum prope recidunt. Utilis est autem vigilantia his qui ea utuntur: qui vero soluto et laxo quasique in coercito impetu semper vergunt et serpunt in pejus, eos spiritualiter dormitantes, a fundamentis convellunt atque concutiunt.

Καὶ ἴδοσαν ὅτι πλείους εἰσὶν, καὶ ὅτι ἀπέστρεψαν τὸ ὕδωρ τῆς ἀρχαίας κολυμβήθρας εἰς τὴν πόλιν, καὶ ὅτι καθεῖλον τοὺς οἴκους Ἱερουσαλὴμ εἰς ὀχύρωμα τοῦ τείχους τῇ πόλει. Καὶ ἐποιήσατε ἑαυτοῖς ὕδωρ ἀνὰ μέσον τῶν δύο τειχῶν, ἐσώτερον τῆς κολυμβήθρας τῆς ἀρχαίας, καὶ οὐκ ἐνεβλέψατε εἰς τὸν ἀπαρχῆς ποιήσαντα αὐτὴν, καὶ τὸν κτίσαντα αὐτὴν οὐκ ἴδετε.

Verbs. 9-11. *Et viderunt quod plures sunt, quodque averterunt aquam antiquæ piscinæ in civitatem, et quod diruerunt domos Jerusalem ad muniendæ mœnia civitatis. Et fecistis vobis ipsis aquam inter duros muros, intra piscinam antiquam, neque respexistis in eum qui ab initio fecit, et in eum qui condidit eam, non spectastis.*

Καταιτιᾶται πάλιν τῶν Ἰουδαίων τοὺς δήμους ἤγουν τοὺς προεστηκότας καὶ ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς κατηγλαϊσμένους, ὡς ἡμαρτηκότας μὲν λογισμοῦ τοῦ σώφρονος, πεπραχότας δὲ ἀσυνέτως οὐχ ὅπερ ἦν εἰκὸς διασώζειν δύνασθαι κινδυνεύουσαν τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἀλλ' ὅσα τὴν ἐπισκήψασαν αὐτοῖς ὀργὴν ἀγριωτέραν ἐτίθει, καταθηγομένου τρόπον τινὰ καὶ ἔτι μειζόνως εἰς τὴν ἐπ' αὐτοῖς ἀγανάκτησιν τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ, ἅτε δὴ παρεωραμένου, καὶ οὐδενὸς μὲν ἐπ' αὐτῷ πεποιθότος ἔτι· σπουδαῖς δὲ μᾶλλον καὶ ἀνθρωπίνοις ἐπιχειρήμασιν οἰομένων τῶν ἐξ Ἰσραὴλ κατευμεγεθήσειν δύνασθαι τῆς τῶν πολεμίων χειρός. Φασὶ γὰρ ὅτι ἀπαριθμησάμενοι τὰς τῆς πόλεως οἰκίας, εἶτα τὸ ἀπόθετον ὕδωρ ὡσεὶ στοχασμοῖς ἀναμετρησάμενοι, συνεῖδον ὅτι πλείους εἰσὶ, καὶ μετωχέτευσαν τῆς ἀρχαίας κολυμβήθρας τὸ ὕδωρ εἰς τὴν πόλιν, ἵνα ἔχοιεν ὑπερορᾶν ὄντο κατὰ σφᾶς αὐτοὺς τὸ ἀρκέσαι δυνάμενον, εἰ καὶ μακρότερος γένοιτό πως ὁ τῆς πολιορκίας καιρός. Καὶ προσέτι τούτῳ τὰς τῶν τειχῶν ὀχυρώσεις ἐποιοῦντο, φησὶ, τὰς τῆς πόλεως οἰκίας κατασείοντες. Καὶ οὐκ ἐνεβλέψατε εἰς τὸν ἀπαρχῆς ποιήσαντα αὐτὴν, καὶ τὸν κτίσαντα αὐτὴν οὐκ ἴδετε. Ἔδει γὰρ, ἔδει, φησὶ, μὴ ταῖς ἑαυτῶν δυνάμεσιν, ἤγουν εὐτυχίαις ἐπιθαρσῆσαι μᾶλλον, ἀνατεῖναι δὲ τῆς διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν εἰς τὸν ἀεὶ τειχίσαντα τὴν ἁγίαν πόλιν. Ὄρη γὰρ, φησὶ, κύκλῳ αὐτῆς καὶ Κύριος κύκλῳ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ὃ καὶ διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς ἐπήγγελται αὐτῇ, λέγων· Καὶ ἐγὼ ἔσομαι αὐτῇ, λέγει Κύριος, τεῖχος πυρὸς κυ-

Iterum accusat Judaicum populum, præfectos nempe summisque ornatos honoribus, utpote a ratione sana aberrantes, imprudenterque facientes non ea quibus periclitantem Jerusalem servari posse videbatur, sed unde iram eos infestantem magis aggravarent, et exasperarent, cum adhuc magis ad indignationem exacueretur contra eos omnipotens Deus, contemptui **320** habitus et despicatui, in illo nemine jam fidem collocante, sed Israelitis hostilem manum superare se posse studio et conatu humano existimantibus. Etenim narrant recensuisse eos civitatis familias, dein aquam quam repositam domi habebant, quantum conjectura assequi poterant, emensos, cognovisse quod plures essent, derivaruntque veteris piscinæ aquam in civitatem, ut haberent, quemadmodum sibi videbatur, quod posset sufficere, etiamsi tempus obsidionis protraheretur in longius. Et ad hæc, inquit, muros communierunt dirutis urbis domibus. Neque respexistis ad eum qui ab initio fecit, et in eum qui condidit, non spectastis. Oportuit enim, inquit, oportuit, non suis eos copiis, vel artibus confidere, sed mentis oculum ad eum potius qui sanctam urbem semper quasi murus obmunit intendere. Montes enim, inquit, circum eam, et Dominus in circuitu populi sui, qui etiam voce prophetæ ei promissus est, cum ait : Et ego ero ei, dicit Dominus, murus ignis circumquaque, et in gloriam ero in medio ejus ; sed nihili, inquit, hoc fecistis, divina

[a] Eccle. x, 4.

Digitized by Google

pro nihilo duxistis, et perinde quasi superno auxilio vobis opus non esset, lapidum vallis et sepimentis nixi estis stultissime. Sed longe melius fuisset invictam manum invocare, et ut hæc clementia et humanitate divina acciperent, quærere, illum Servatorem et Redemptorem nominare, sicque affectos ex pœnitentia lacrymas effundere.

A κλόθεν, καὶ εἰς δόξαν ἔσομαι ἐν μέσῳ αὐτῆς· ἀλλ' οὐδενὸς μὲν ἠξιώσατε λόγου τὸ χρῆμα, φησὶ, παρεώρατε δὲ τὰ παρὰ Θεοῦ, καὶ τῆς ἄνωθεν ἐπικουρίας ὡς κατ' οὐδένα τρόπον δεδεημένοι, ταῖς ἐκ λίθων ἐπιβολαῖς ἀνοήτατα τεθαρσήκατε. Ἀλλ' ἦν ἄμεινον παρὰ πολὺ τὴν ἄμαχον ὑμᾶς ἐπικαλέσασθαι χεῖρα, καὶ ζητῆσαι λαβεῖν τὰ ἐξ ἡμερότητος καὶ φιλανθρωπίας Θεοῦ,

Σωτῆρά τε καὶ Λυτρωτὴν ὀνομάζειν αὐτὸν, οὕτω τε διακειμένους τὸ ἐπὶ ταῖς μεταγνώσεσι καταστάξαι δάκρυον.

VERS. 12-14. *Et vocavit Dominus Sabaoth die illa luctum, et planctum, et rasuram, et cincturam saccorum : ipsi autem fecerunt lætitiam et exsultationem, mactantes vitulos, et sacrificantes oves ad edendas carnes, et bibendum vinum, dicentes : Edamus et bibamus, cras enim morimur. Et hæc patefacta sunt in auribus Domini Sabaoth, quoniam non remittetur vobis hoc peccatum donec moriamini.*

Καὶ ἐκάλεσε Κύριος Σαβαὼθ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ κλαυθμὸν καὶ κοπετὸν, καὶ ξύρησιν, καὶ ζῶσιν σάκκων, αὐτοὶ δὲ ἐποιήσαντο εὐφροσύνην καὶ ἀγαλλίαμα, σφάζοντες μόσχους, καὶ θύοντες πρόβατα, ὥστε φαγεῖν κρέα, καὶ πιεῖν οἶνον, λέγοντες· Φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. Καὶ ἀνακεκαλυμμένα ταῦτά ἐστιν

B *ἐν τοῖς ὠσὶ Κυρίου Σαβαὼθ, ὅτι οὐκ ἀφεθήσεται ὑμῖν αὕτη ἡ ἁμαρτία, ἕως ἂν ἀποθάνητε.*

Verum est, sicuti scriptum est, impium cum in profundum malorum venerit, contemnere [a]. Hoc Israelitis contigisse, videre licet. Reformidantes enim omnia mala, et impendens sibi conspicati periculum crudelitate Assyriorum, cum suam ipsorum **321** socordiam deplorando, Deum mitigare, et luctum edere, et rasuram ac cincturam saccorum facere debuissent, tempore ad hoc vocante : omnino illi versi sunt ad contrarium. Protervi enim et contumaces veluti, et quasi omnem doloris sensum exuentes, delicias consectati sunt, et hilaritatis ac gaudii partes et opera agere satagebant, vitulos et oves sacrificando, ebrietati indulgendo, et luxuria C supra satietatem diffluendo, et desperato, agresti ac securo animo sibi mutuo acclamando : « Edamus et bibamus, cras enim morimur. » Putabant etiam sicuti verisimile est, Deum talia non audire : Sed, inquit, patefacta sunt hæc in auribus ejus, et non vobis remittetur peccatum hoc, quin moriamini ; id est, Descendetis omnino ad mortem et interitum, idque vestri peccati causa. Oportet itaque vos in diebus iræ, videlicet tentationum consternatione fractos, non torpore et ignavia supinos esse, sed lugere potius, et lacrymantes, ad Deum bonorum amicum accedere, et vos jejunii laboribus afflictare, misericordiam quærere, illud voce Psallentis clamantes : « Vide humilitatem meam et luctum meum, et remitte omnia peccata mea [b]. » Quoniam vero in his propheta dicit, Vocavit Dominus Sabaoth die illa ad fletum et ploratum, et rasuram et cincturam saccorum, operæ pretium esse putabam Michææ, vel potius per prophetam a Deo facta verba, his sermonibus intexere. Scriptum est autem sic : « Et nunc dicit Dominus Deus noster : Convertimini ad me ex toto corde vestro, in jejunio et in fletu et in luctu, et disrumpite corda vestra et non vestimenta vestra, et convertimini ad Dominum Deum vestrum, quia misericors est et propitius, longanimus et multum misericors, pœniten-

Ἀληθὲς ὅτι κατὰ τὸ γεγραμμένον· « Ὅταν ἔλθῃ ἀσεβὴς εἰς βάθος κακῶν, καταφρονεῖ· » τοῦτο πεπονθότας κατίδοι τις ἂν τοὺς ἐξ Ἰσραήλ. Ἐν δείμασι γὰρ γεγονότες τοῦ παντὸς κακοῦ, καὶ ἀπηρτημένον ἑαυτοῖς ὁρῶντες τὸν κίνδυνον τὸν ἀπό γε τῆς Ἀσσυρίων ὠμότητος, εἶτα δέον ταῖς σφῶν αὐτῶν ῥᾳθυμίαις ἐποιμώζοντας ἐκμειλίσσεσθαι Θεὸν, κομμόν τε καὶ ξύρησιν, καὶ ζῶσιν σάκκων ποιεῖσθαι, καιροῦ πρὸς τοῦτο καλοῦντος, πρὸς πᾶν ἐτράποντο τοὐναντίον. Ἀπαυδήσαντες γὰρ ὥσπερ, καὶ οἷον εἰς ἅπαν ἀπηλγηκότες τρυφὰς ἐπετήδευον, καὶ τὰ εὐφροσύνης ἔργα πληροῦντες ἐσπούδαζον, μόσχους τε καὶ πρόβατα καταθύοντες, μεθυσκόμενοί τε καὶ ταῖς ὑπὲρ κόρον ἐνσπαταλῶντες τρυφαῖς, καὶ μὴν καὶ τὰ ἐξ ἀπογνώσεως καὶ φρενὸς ἀγρίας καὶ ἀτημελοῦς ἀλλήλοις ἐπιφθεγγόμενοι· « Φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. » ὨΙήθησαν γὰρ κατὰ τὸ εἰκὸς, ὅτι καὶ ἀνήκοος ἔσται τῶν τοιούτων ὁ Θεός· Ἀλλ' ἔστιν ἀνακεκαλυμμένα ταῦτα, φησὶν, ἐν τοῖς ὠσὶν αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἂν ὑμῖν ἀφεθείη ἡ ἁμαρτία αὕτη, ἕως ἂν ἀποθάνητε, τοῦτ' ἔστι, κατοιχήσεσθε πάντως εἰς θάνατον καὶ φθορὰν, καὶ διὰ ταύτην ὑμῖν τὴν ἁμαρτίαν. Χρὴ τοίνυν ἡμᾶς ἐν ἡμέραις ὀργῆς, ἤγουν τοῖς ἐκ τῶν πειρασμῶν περιθραυομένους δείμασι, μὴ ὑπτιοῦσθαι πρὸς ῥᾳθυμίαν, πενθεῖν δὲ μᾶλλον καὶ προσιέναι δεδακρυμένους τῷ φιλαγάθῳ Θεῷ, καὶ τοῖς ἐκ νηστείας πόνοις ἑαυτοὺς καταικίζοντας ἐλεεῖσθαι ζητεῖν, ἐκεῖνο βοῶντας διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος φωνῆς· « Ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου καὶ τὸν κόπον μου, καὶ ἄφες πάσας τὰς ἁμαρτίας μου. » Ἐπειδὴ δέ φησιν ὁ προφήτης ἐν τούτοις, ὅτι Ἐκάλεσε Κύριος Σαβαὼθ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ κλαυθμὸν καὶ κοπετὸν, καὶ ξύρησιν, καὶ ζῶσιν σάκκων, δεῖν ᾠήθην τὰς τοῦ Μιχαίου φωνὰς, μᾶλλον δὲ τὰς διὰ τοῦ προφήτου παρὰ Θεοῦ γενομένας ἐνυφῆναι τοῖς λόγοις. Γέγραπται δὲ οὕτως· « Καὶ νῦν λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν· Ἐπιστράφητε πρός με ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ὑμῶν, ἐν νηστείᾳ καὶ ἐν κλαυθμῷ καὶ ἐν κοπετῷ, καὶ διαῤῥήξατε τὰς καρδίας ὑμῶν καὶ μὴ τὰ ἱμάτια ὑμῶν, καὶ ἐπι-

[a] Prov. XVIII, 3. [b] Psal. XXIV, 18.

Digitized by Google

πρέψατε πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ὑμῶν, ὅτι ἐλεήμων καὶ οἰκτείρμων ἐστὶν, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος, καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις. Τίς οἶδεν εἰ ἐπιστρέψει καὶ μετανοήσει, καὶ ὑπολείψεται ὀπίσω αὐτοῦ εὐλογίαν, θυσίαν καὶ σπονδὴν Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν; Σαλπίσατε σάλπιγγι ἐν Σιὼν, ἁγιάσατε νηστείαν, κηρύξατε θεραπείαν, συναγάγετε λαὸν, ἁγιάσατε Ἐκκλησίαν, ἐκλέξατε πρεσβυτέρους, συναγάγετε νήπια θηλάζοντα μαστοὺς, ἐξελθέτω νυμφίος ἐκ τοῦ κοιτῶνος αὐτοῦ, καὶ νύμφη ἐκ τοῦ παστοῦ αὐτῆς. Ἀνὰ μέσον τῆς κρηπίδος καὶ τοῦ θυσιαστηρίου κλαύσονται οἱ ἱερεῖς οἱ λειτουργοῦντες Κυρίῳ, καὶ ἐροῦσι· Φεῖσαι, Κύριε, τοῦ λαοῦ σου, καὶ μὴ δῷς τὴν κληρονομίαν σου εἰς ὄνειδος τοῦ κατάρξαι αὐτῶν ἐθνῆ, ὅπως μὴ εἴπωσιν ἐν τοῖς ἔθνεσι, Ποῦ ἐστιν ὁ θεὸς αὐτῶν; » Θεοῦ τοιγαροῦν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ κλαυθμὸν καλοῦντος καὶ κοπετὸν, καὶ ξύρησιν καὶ ζώσιν σάκκων, εὐφροσύνας ἐποιοῦντο, καταθήγοντες ἐφ' ἑαυτοῖς καὶ ἔτι μειζόνως εἰς ἀκάθεκτον ὀργὴν τὸν ἀπολέσαι τε καὶ διασῶσαι δυνάμενον.

A tiam agens super malis. Quis novit an convertetur et pœnitudine ducetur, et relinquet post ipsum benedictionem et sacrificationem et libamen Domino Deo nostro? Canite tuba in Sion, sanctificate jejunium, prædicate cultum, congregate populum, sanctificate Ecclesiam, eligite seniores, cogite infantes sugentes ubera. Egrediatur sponsus de cubiculo suo, et sponsa de thalamo suo. Per medium fundamenti altaris plorabunt sacerdotes qui ministrant Domino, et dicent: Parce, **322** Domine, populo tuo, et ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominentur illis gentes; ne dicant inter gentes, Ubi est Deus eorum [1]? » Deo igitur, illo tempore, ad fletum vocante, et ad planctum et rasuram et cincturam saccorum, jucunditati sese dediderunt, acuentes in B seipsos gravius ad irrevocabilem iram eum qui perdere potest et servare.

Τάδε λέγει Κύριος Σαβαὼθ· Πορεύου εἰς τὸν παστοφόριον πρὸς Σομνὰν τὸν ταμίαν, καὶ εἶπον αὐτῷ· Τί σὺ ὧδε, καὶ τί σοί ἐστιν ὧδε; ὅτι ἐλατόμησας σαυτῷ ὧδε μνημεῖον, καὶ ἐποίησας σαυτῷ ἐν ὑψηλῷ μνημεῖον, καὶ ἔγραψας σαυτῷ ἐν πέτρᾳ σκηνήν; Ἰδοὺ δὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐκβαλεῖ καὶ ἐκτρίψει ἄνδρα, καὶ ἀφελεῖ τὴν στολήν σου, καὶ τὸν στέφανόν σου τὸν ἔνδοξον, καὶ ῥίψει σε εἰς χώραν μεγάλην καὶ ἀμέτρητον, καὶ ἐκεῖ ἀποθανῇ· καὶ θήσει τὸ ἅρμα σου τὸ καλὸν εἰς ἀτιμίαν, καὶ τὸν οἶκον τοῦ ἄρχοντός σου εἰς καταπάτημα, καὶ ἀφαιρεθήσῃ ἐκ τῆς οἰκονομίας σου καὶ ἐκ τῆς στάσεώς σου.

Vers. 15-19. *Hæc dicit Dominus Sabaoth: Vade in pastophorium ad Somnan quæstorem, et dic ei: Quid tu hic? et quid tibi est hic? quia excidisti tibi ipse hic monumentum, et fabricasti tibi in edito monumentum, et scripsisti tibi in petra tabernaculum? Ecce Dominus Sabaoth ejiciet et atteret virum, et auferet stolam tuam, et coronam tuam gloriosam, et projiciet te in regionem magnam et immensam, ibique morieris. Et rediget currum tuum pulchrum in ignominiam, et domum principis tui in conculcationem, et de dispensatione tua et de gradu tuo deturbaberis.*

Σομνὰς ἐγένετο ταμίας χρημάτων, καὶ ποίων οὔπω σαφὲς, πότερόν ποτε τῶν ἱερῶν, καὶ ἐκνεμηθέντων τῷ ναῷ, ἦγουν τῶν βασιλικῶν, ἔοικε δὲ μᾶλλον τῇ τῶν ἱερῶν χρημάτων ἐπικεῖσθαι συγκομιδῇ, καὶ τοῖς ἀναγκαίως καὶ χρειωδῶς δαπανωμένοις ἔσθ' ὅτε πρὸς ἐπανόρθωσιν σκευῶν ἱερῶν. Φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ ἐξ αἵματος ὄντα τοῦ Λευὶ τοῖς τῆς ἀρχιερωσύνης αὐχήμασιν ὁρᾶσθαι διαπρεπῆ. Μεγαλόφρων δέ τις καὶ ὑπέροφρυς ἄγαν ἦν, καὶ τοῖς λυποῦσι δυσάντητος, καὶ πλεονεξίαις ἐπιπηδῶν, καὶ λημμάτων αἰσχρῶν ἡττώμενος, καὶ φιλοκομπίας ἐραστὴς, καὶ τὰς ἐξ ἀνθρώπων τιμὰς ἀεὶ θηρώμενος. Ταύτητοι καὶ μάλα εἰκότως Θεῷ κατεστυγμένος, μελλούσης τοίνυν ὅσον οὐδέπω καταδηοῦσθαι τῆς Ἰουδαίας, ἁλῶναι δὲ καὶ αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὅτε καὶ νενικηκότες οἱ Βαβυλώνιοι μετεκόμισαν εἰς τὴν ἑαυτῶν αἰχμάλωτον τὸν Ἰσραὴλ, μνημεῖον ἑαυτῷ περιφανὲς ὁ Σομνὰς εἰργάζετο, καὶ πολυτελεστάτην αὐτῷ τὴν κατασκευὴν ἐνετίθει. Ἐν ἦθει τοίνυν ὁ παρὰ Θεοῦ πρὸς αὐτὸν ἐγένετο λόγος. Τί γὰρ τῷ προφήτῃ φησί; Πορεύου εἰς τὸ παστοφόριον, χῶρος οὗτος ἐν τῷ ναῷ, πρὸς Σομνὰν τὸν ταμίαν, καὶ εἶπον αὐτῷ· Τί σὺ ὧδε; καὶ τί σοί ἐστιν ὧδε; Τοῦτ' ἔστι, ποῖον ἐνταῦθα κλῆρον ἔχεις; ἢ πῶς ὧδε μένεις; Διὰ τί γὰρ λελατόμηκας σεαυτῷ μνημεῖον καὶ ἔγραψας ἐν πέτρᾳ σκηνήν;

Somnas fuit quæstor ærarii et custos pecuniarum, sacrarumne et templo deputatarum, an regiarum, incertum. Videtur autem potius sacræ pecuniæ colligendæ, et rebus necessario et utiliter interdum ad restaurationem sacrorum vasorum expensis præstitutus fuisse. Narrant etiam illum ex sanguine Levitico esse, et sacerdotii ornamentis insignem habitum fuisse. Magno elatoque erat animo et superciliosus admodum, ac sævus in eos qui offenderant, rapinis exsultans, sordido quæstui mancipatus, ostentabundus, et honores semper ab hominibus venans. Hinc cum, et quidem justissime, a Deo odio haberetur, et Judæa jamjam propterea devastanda esset, et capienda ipsa Jerusalem, quando etiam Babylonii vicissent, et in suam terram captivum Israelem transportassent: monumentum C sibi illustre Somnas apparavit, et in eo sumptuosissimam structuram erexit. A Deo igitur ad eum sermo habetur. Quid enim dicit prophetæ? Vade in pastophorium (erat autem locus hic in templo) ad Somnam quæstorem, et dic ei: Quid tu hic? et quid tibi est hic? Id est, quam habes hic sortem? vel quomodo manes? Quare enim excidisti tibi ipse monumentum et scripsisti in petra tabernaculum? Quid enim erit? et quid est quod impendet? vel in D

[1] Joel. II, 12-18.

Digitized by Google

323 quibus, inquit, malis versaberis? Ecce Dominus Sabaoth ejiciet et conteret virum. Abierunt enim, ut dixi, captivi, cum gregariis potentissimi, et electissimam præ cæteris habentes eminentiam. Cum autem abductus esset et ipse in captivitatem, sacerdotii ipsius corona ablata est, et tanquam vas inutile in terram immensam projectus est, illic moriturus, absque omni misericordia, non jam, ut prius, splendidis curribus insidens, at potius jactatus, et omnino de dispensatione sibi commissa deque gradu dejectus, id est statione qua præsidebat et Deo ministrabat.

A Τί ἆρ' ἔσται; καὶ τί τὸ ἐπηρτημένον; ἢ ποίοις ἄρα, φησὶν, ὁμιλήσεις κακοῖς; Ἰδοὺ δὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐκβαλεῖ καὶ ἐκτρίψει ἄνδρα. Ἀπῴχοντο γὰρ, ὡς ἔφην, αἰχμάλωτοι μετὰ τῶν ἀγελαίων οἱ δυνατώτατοι, καὶ ἐκκεκριμένην ἔχοντες τὴν κατὰ τῶν ἄλλων ὑπεροχήν. Ἐπειδὴ δὲ ἀπεκομίσθη καὶ αὐτὸς εἰς αἰχμαλωσίαν, ἀφῄρηται μὲν ὁ τῆς ἀρχιερωσύνης αὐτοῦ στέφανος, ἔρριπται δὲ ὡς σκεῦος ἄχρηστον εἰς γῆν ἀμέτρητον, ἐκεῖ τεθνηξόμενος ἐλέου δίχα παντὸς, οὐκέτι λαμπροῖς ὀχήμασι καθὰ καὶ πρώην ἐμβεβηκὼς, σεσαλευμένος δὲ μᾶλλον καὶ ἐξωσθεὶς εἰς ἅπαν τῆς ἐγχειρισθείσης οἰκονομίας αὐτῷ καὶ τῆς στάσεως. τοῦτ' ἔστι, τοῦ παρεστάναι καὶ λειτουργεῖν τῷ Θεῷ.

Vers. 20-24. *Et erit in die illa, vocabo puerum meum Eliacim filium Chelciæ, et induam eum stola tua, et coronam tuam dabo ei, et potentiam et dispensationem tuam ei in manus tradam; et erit quasi pater inhabitantium Jerusalem, et inhabitantium Juda, et dabo gloriam Davidis ei, et imperabit, et non erit qui contradicat* (1), *et statuam eum principem in loco fideli, et erit pro throno glorioso domui patris sui, et confidet ei omnis gloriosus in domo patris sui, et parvus æque ac magnus, et pendebunt ab eo die illa.*

B *Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καλέσω τὸν παῖδά μου Ἐλιακεὶμ τὸν τοῦ Χελκίου, καὶ ἐνδύσω αὐτὸν τὴν στολήν σου, καὶ τὸν στέφανόν σου δώσω αὐτῷ, καὶ τὸ κράτος καὶ τὴν οἰκονομίαν δώσω εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ· καὶ ἔσται ὡς πατὴρ τοῖς ἐνοικοῦσιν ἐν Ἰερουσαλὴμ, καὶ τοῖς ἐνοικοῦσιν Ἰούδα, καὶ δώσω τὴν δόξαν Δαβὶδ αὐτῷ, καὶ ἄρξει, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἀντιλέγων καὶ στήσω αὐτὸν ἄρχοντα ἐν τόπῳ πιστῷ, καὶ ἔσται εἰς θρόνον δόξης τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ἔσται πεποιθὼς ἐπ' αὐτὸν πᾶς ἔνδοξος μεγάλου, καὶ ἔσονται ἐπικρεμάμενοι ἐν αὐτῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.*

Nondum ab historia recedit narratio. Fertur enim adhuc contra Somnam quæstorem sacerdotii quidem dignitatem consecutum, qui tamen eo sic abusus est, et omnes invasit se contra opponentes, ut intolerabili rerum alienarum cupiditate inflammaretur, ut omnino quidquid est turpitudinis, id et cognitum haberet et meditatum. Quare eo profligato, id est in regionem longinquam et immensam asportato : Vocabo, ait, sub id temporis, puerum meum Eliacim filium Chelciæ. Cum eum puerum suum appellat, sequacem et flexilem fuisse testatur : quod autem sacerdotii honorem ei collaturus esset, perspicuum facit, cum se coronaturum illum pollicetur, et cum dicit, se stolam ei daturum, et dispensationem et potentiam, id est, ut posset subditis manui suæ populis imperare. Testificatus est etiam ad hæc, fore benignum, non instar Somnæ elato supercilio, sed velut patrem, fidelem et bonum, ac propterea fore stabilitum in loco fideli, per eum scilicet firme et solide conservato et manenti, ut cupiat etiam quisque insignis et conspicuus, tantum non in eo spem collocare, non quasi in Deo : multum enim abest : sed **324** quasi in patre benignissimo. Præerit enim, inquit, et proteget parvum et magnum, sicque amabitur, ut populus in ejus manu ac potestate positus, ab eo quasi pendere videatur. Et hæc, ut dixi, historicus sermo nobis affert. Cæterum interiori ac penitiori intelligentia, Christi nobis mysterium videtur subindicare. Scribæ siquidem et Pharisæi, sacerdotio legali coronati et ornati, fuerunt illi quidem haudquaquam morigeri,

Οὕπω τῆς ἱστορίας ἀποφοιτᾷ τὸ διήγημα, φέρεται γὰρ ἔτι κατὰ Σομνᾶ τοῦ ταμίου, λαχόντος μὲν τῆς C ἱερωσύνης τὴν δόξαν, κατακεχρημένου δὲ οὕτως αὐτῇ καὶ κατὰ παντὸς ἰόντος τοῦ κατεζευγμένου, ὡς καὶ ἀφορήτως πλεονεκτεῖν καὶ ἅπαξ ἁπλῶς οὐδὲν ἔχειν τῶν ἐκτόπων ἀνεπιτήδευτον. Ἀποῤῥιφέντος δὴ οὖν αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστιν, ἀποκομισθέντος εἰς χώραν μακρὰν καὶ ἀμέτρητον, Καλέσω, φησὶ, κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ τὸν παῖδά μου Ἐλιακεὶμ τὸν τοῦ Χελκίου. Παῖδα δὲ αὐτὸν ἴδιον ἀποκαλῶν μεμαρτύρηκε τὸ εὐήνιον· ὅτι δὲ χαριεῖται τῆς ἱερωσύνης τὴν δόξαν αὐτῷ καθίστησιν ἐναργές· στεφανώσειν αὐτὸν ὑπισχνούμενος καὶ λέγων, ὅτι καὶ στολὴν αὐτῷ δώσει, καὶ τὴν οἰκονομίαν καὶ τὸ κράτος, τοῦτ' ἔστι, τὸ δύνασθαι κρατεῖν τῶν ὑπὸ χεῖρα λαῶν. Μεμαρτύρηκε δὲ πρὸς τούτοις, ὅτι καὶ ἔσται χρηστὸς, οὐ κατά γε τὸν Σομνὰν ὑπερόφρυς, ἀλλ' οἷα πατὴρ, ἢ πιστὸς καὶ ἀγαθός. Ἔσται δὲ διὰ τοῦτο καὶ ἐστηριγμένος ἐν τόπῳ πιστῷ, τοῦτ' D ἔστι, βεβαίως αὐτῷ σωζομένῳ καὶ μένοντι, ὡς ἐλέσθαι καὶ πάντα ἔνδοξον καὶ ἐπιφανῆ μονονουχὶ καὶ ἐπ' αὐτῷ ποιεῖσθαι τὴν ἐλπίδα, οὐχ ὡς εἰς Θεὸν, πολλοῦ γε καὶ δεῖ, ἀλλ' ὡς εἰς πατέρα χρηστόν. Προστήσεται γὰρ καὶ ὑπερασπίσει μικροῦ καὶ μεγάλου, φησίν. Ἀγαπηθήσεται δὲ οὕτως, ὡς καὶ ἐκκρεμᾶσθαι δοκεῖν αὐτοῦ τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαούς. Καὶ ταυτὶ μὲν, ὡς ἔφην, ὁ τῆς ἱστορίας ἡμῖν εἰσκομίζει λόγος. Ἔοικε δὲ πάλιν διὰ τῆς ἐσωτάτω θεωρίας ἡμῖν τὸ Χριστοῦ μυστήριον ὑπαινίττεσθαι. Τῇ μὲν γὰρ κατὰ νόμους ἱερωσύνῃ κατεστεμμένοι οἱ Γραμματεῖς τε καὶ Φαρισαῖοι γεγόνασι μὲν οὐκ εὐήνιοι, σκληροί τε καὶ ἀλαζόνες, καὶ ἐρασιχρήματοι, καὶ βαλαντίων

(1) Sept. et Hebr. plura habent hoc loco.

Digitized by Google

ἀρῶν ἐρασταὶ, καὶ πᾶν ὁτιοῦν τῶν τῷ Θεῷ κατεστυγημένων ἐπιτηδεύοντες. Καὶ γοῦν αὐτὸς ὁ προφήτης Ἡσαΐας ἐν ἀρχῇ τοῦ βιβλίου φησί· « Πῶς ἐγένετο πόρνη πόλις πιστὴ Σιὼν, πλήρης κρίσεως, ἐν ᾗ δικαιοσύνη ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ, νῦν δὲ φονευταί; » Τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον· οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι· οἱ ἄρχοντές σου ἀπειθοῦσι, κοινωνοὶ κλεπτῶν, ἀγαπῶντες δῶρα, διώκοντες ἀνταπόδομα, ὀρφανοῖς οὐ κρίνοντες, καὶ κρίσει χήρας οὐ προσέχοντες. Αἰτιᾶται δὲ αὐτοὺς καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ οὕτω λέγων· « Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἄνηθον καὶ ἡδύοσμον καὶ τὸ κύμινον, καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν, τὸ ἔλεος, καὶ τὴν πίστιν· » καὶ τὸ ἔτι τούτων ἀνοσιώτερον, γεγόνασι καὶ κυριοκτόνοι. Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, ἐξώσθησαν μὲν τῶν τῆς ἱερωσύνης γερῶν, ἀποκεκίνηνται δὲ τοῦ κατάρχειν λαῶν, καὶ ἐκβέβληνται τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτοῖς κατὰ νόμον οἰκονομίας, ἔξω τε στεφάνων γεγόνασιν ἱερῶν, καὶ στολῆς ἱεροπρεποῦς· κέκληται δὲ μετ' ἐκείνους ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ μέγας ἡμῶν ἀρχιερεύς. Ὡς γὰρ ὁ μακάριος γράφει Παῦλος· « Οὐχ ἑαυτῷ τις ἁρπάζει τὴν τιμὴν, ἀλλὰ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καθὼς ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασεν εἰς τὸ γενηθῆναι ἀρχιερέα, ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτὸν, Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. » Θεὸς γὰρ ὢν φύσει καὶ τῶν ὅλων Κύριος, καὶ τὰς παρὰ πάντων λατρείας δεχόμενος, ἐπειδὴ γέγονεν ἄνθρωπος, κεχρημάτικεν ἡμῶν καὶ ἀρχιερεύς. Λαβεῖν δὲ λέγεται καὶ τὴν δόξαν Δαβὶδ, τοῦτ' ἔστι, τὴν ἐπί γε τὸν Ἰσραὴλ ἀρχήν τε καὶ βασιλείαν· Ἰσραὴλ δέ φαμεν οὐ τὸν κατὰ σάρκα πάντως, ἀλλὰ τὸν ἐν πνεύματι καὶ νοητόν. Οὐ γὰρ πάντες, φησὶν, οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραὴλ, οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραὰμ πάντες τέκνα, ἀλλ' ὅσοι διὰ πίστεως δεδικαίωνται, κατακολουθήσαντες τοῖς ἴχνεσι τοῦ πατρὸς Ἀβραὰμ, οὗτοι καὶ τέκνα αὐτοῦ, καὶ τῆς ἐπαγγελίας υἱοὶ καὶ Ἰσραὴλ χρηματίζουσιν. Ἀναδειχθέντος τοίνυν τοῦ πάντων ἡμῶν ἀρχιερέως Χριστοῦ, Οὐκ ἔσται, φησὶν, ἀντιλέγων. Οὐ γὰρ ὠφελήσει ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ, καὶ υἱὸς ἀνομίας οὐ προσθήσει τοῦ κακῶσαι αὐτόν. Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον. Ἀντείρηκε μὲν γὰρ ὁ Ἰσραὴλ, ἐμμένησε δὲ τὰ ἔθνη τὸ ὑπ' αὐτῷ βασιλεύεσθαι. Καὶ γοῦν εὑρίσκεται λέγων διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ, περὶ μὲν τοῦ Ἰσραὴλ· « Ῥῦσαί με ἐξ ἀντιλογιῶν λαοῦ· » περί γε τῶν ἐθνῶν, « Καταστήσεις με εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν· λαὸν ὃν οὐκ ἔγνων ἐδούλευσέ μοι, εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου. Υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι, υἱοὶ ἀλλότριοι ἐπαλαιώθησαν, καὶ ἐχώλαναν ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν. Πεπαλαίωνται γὰρ καὶ ἐγγὺς γεγόνασιν ἀφανισμοῦ, κεκλασμένην δὲ ὥσπερ ἐσχήκασι τὴν διάνοιαν, υἱοὶ γεγονότες ἀλλότριοι, τοῦτ' ἔστιν, οἱ ἐξ Ἰσραήλ. Πάλαι μὲν γὰρ ἦν πρωτότοκος, ἐπειδὴ δὲ κατεψεύσαντο τοῦ Χριστοῦ, γεγόνασιν ἀλλότριοι. Τέκνα γὰρ ἀπωλείας, υἱοὶ γεέννης κέκληνται λοιπόν. Ἀλλ' ὅταν, φησὶν, ἀναδείξω τὸν Ἐλιακεὶμ (ὃς ἑρμηνεύεται *Θεοῦ ἀνάστασις*· ἐγήγερται γὰρ εἰς ἐπικου-

A sed præfracti, arrogantes, et ad rem attenti, et marsupiorum turgidorum amantes, et quidquid esset Deo invisum exercentes. Siquidem ipsemet propheta Isaias principio libri, inquit : « Quomodo facta est meretrix civitas fidelis Sion, plena judicio, in qua justitia pernoctavit, nunc autem homicidæ [8]? » Argentum vestrum reprobum. Caupones tui miscent vinum aqua. Principes tui infideles sunt, consortes furum, diligentes munera, consectantes remunerationem, orphanis non judicantes, et judicio viduæ non attendentes. Sugillat illos quoque ipse Servator, sic inquiens : « Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia decimatis anethum, et thymum, et cuminum, et omisistis graviora legis, judicium, et misericordiam, et fidem [9]; » et quod

B etiam his magis impium est, Domini fuerunt interfectores. Hac de causa depulsi sunt sacerdotii honoribus, deturbati dominatu populari, dejecti dispensatione sibi ex præscripto legis designata, exuti coronis sacris et stola sacerdotali. Vocatusque est post eos Dominus noster Jesus Christus, magnus noster sacerdos. Quemadmodum enim beatus Paulus scribit : « Non sibi quis arripit honorem, sed vocatus a Deo, quemadmodum et Christus non seipsum glorificavit, ut fieret pontifex, sed qui locutus est ad illum : Tu sacerdos in æternitatem, secundum ordinem Melchisedec [10]. » Deus enim natura et universitatis Dominus, et cultum ab omnibus recipiens, cum esset homo factus, vocatus est etiam noster pontifex, et Davidis gloriam accipere

C dictus est, id est potentiam et regnum in Israelem. Israelem vero dicimus, non carnalem omnino, sed intelligentia perceptum, et in spiritu. Non enim, inquit, omnes ex Israele hi sunt Israel, neque quod sint semen Abraham, omnes filii sunt : sed qui per fidem justificati sunt, qui sequuntur vestigia patris Abraham, hi et liberi ejus, et **325** promissionis filii et Israel nuncupantur. Exhibito igitur omnium nostrum Domino et pontifice Christo, Non erit, inquit, qui contradicat. Non enim proficiet inimicus in illo, et filius iniquitatis non perget vexare illum. Item alio modo. Contradixit quidem Israel, at gentes regnum ipsius amplexæ sunt. Invenitur enim voce Davidis dicere, de Israele : « Libera me a contradictionibus populi de gentibus autem : Constitues me in caput gentium : populus quem non cognovi, servivit mihi, in auditu auris audivit mihi. Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inveterati sunt, et claudicaverunt a semitis suis. Inveterati sunt, et interitui facti sunt proximi, et levi et quasi fracto animo fuerunt præditi, filii facti alienigenæ, » Israel scilicet [11]. Olim erat primogenitus, at cum Christo mentiti sunt, facti sunt alieni. Proles enim perditionis, et filii gehennæ vocati sunt deinceps. Sed quando, inquit, designabo Eliacim (qui interpretatur *Dei resurrectio*, excitatus est enim in subsidium nostrum Deus Verbum, qui etiam dicit : Propter

[8] Isa. I, 21. [9] Matth. XXIII, 23. [10] Hebr. V, 4 seqq. [11] Psal. XVII, 44 seqq.

Digitized by Google

miseriam inopum, et gemitum pauperum, nunc exsurgam, dicit Dominus [11],) tunc, inquit, confidet ei omnis gloriosus in domo patris sui : Domus autem Patris Christi quæ esset alia, præter Ecclesiam? Atqui si quis in ea sit celebris, ille fidet Christo, et non solum gloriosus ac celebris, sed etiam si quis tenuis sit mundi judicio. Justus enim est, et personas non suscipit universitatis Deus, sed potius pro mensura spiritualis ætatis, hi patres sunt, illi etiam filioli, et adolescentes, et ephebi intelligibiliter.

ρίαν ἡμῶν Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, ὁ καὶ πάλαι λέγων· Ἀπὸ τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ στενάγμου τῶν πενήτων νῦν ἀναστήσομαι, λέγει Κύριος), τότε, φησὶν, ἔσται ἐπ' αὐτῷ πεποιθὼς πᾶς ἔνδοξος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Οἶκος δὲ τοῦ Πατρὸς τοῦ Χριστοῦ τίς ἂν ἕτερος εἴη παρὰ τὴν Ἐκκλησίαν; Ἀλλ' εἴ τίς ἐστιν ἔνδοξος ἐν αὐτῇ, οὗτος ἔσται πεποιθὼς ἐπὶ Χριστῷ, καὶ οὐχὶ δὴ μόνος ἔνδοξος, ἀλλὰ γὰρ καὶ εἴ τις εἴη βραχὺς κατά γε τὸν κόσμον φημί. Δίκαιος γὰρ καὶ ἀπροσωπόληπτος ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, κατὰ τὸ μέτρον δὲ μᾶλλον τῆς πνευματικῆς ἡλικίας, οἱ μὲν γάρ εἰσι πατέρες, οἱ δὲ καὶ ἔτι τέκνα, νεανίαι τε καὶ ἔφηβοι νοητῶς.

Post adeo longam narrationem concisa et brevis inducitur oratio, divinorum judiciorum severitatem declarans, ceu rex pro imperio id fieri præcipiat. Spectat autem rursus sententiæ hujus vis, si quis velit, ad Somnan quæstorem : si latius, ad legis sacrificos, ita intelliges sicuti jam reddidimus. Nam qui in secura tranquillitate positi videbantur (hoc nempe **326** est firmari in loco fideli), corruerunt, et quæ illis aderat, gloria privati sunt, nemine auxilium præbente, vel lapsos erigere valente, quia Dominus locutus est. « Si enim clauserit contra hominem, quis, inquit, aperiet [12]? »

Μετὰ τὴν οὕτω μακρὰν ἀφήγησιν, σύντομος καὶ βραχὺς εἰσκεκόμισται λόγος τῶν θείων κριμάτων ἐμφανίζων τὴν ἀποτομίαν, καὶ οἱονεὶ βασιλέως μετὰ τῆς πρεπούσης ἐξουσίας ὁρίζοντος γίγνεσθαι. Βλέπει δὲ πάλιν ἡ τῆς ἀποφάσεως δύναμις, εἰ μὲν βούλοιτό τις, εἰς Σομνὰν τὸν ταμίαν· εἰ δὲ δὴ καὶ πλατύτερον ἐπὶ τῶν κατὰ νόμον ἱερουργούντων, οὕτω συνήσει, καθὰ καὶ ἀποδεδώκαμεν ἀρτίως. Οἱ γὰρ δοκοῦντες ἐν βεβαιώσει κεῖσθαι τῆς εὐημερίας, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἑστηρίχθαι δοκεῖν ἐν τόπῳ πιστῷ, πεπτώκασί τε καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀφῄρηνται δόξης. ἐπαμύνοντος οὐδενὸς, ἤγουν ἀνορθοῦν ἰσχύοντος τοὺς ἤδη κατηρεγμένους, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. « Ἐὰν γὰρ κλείσῃ κατ' ἀνθρώπου, τίς ἀνοίξει; » φησίν.

Τάδε λέγει Κύριος Σαβαώθ· Κινηθήσεται ὁ ἄνθρωπος ὁ ἐστηριγμένος ἐν τόπῳ πιστῷ, καὶ πεσεῖται, καὶ ἀφαιρεθήσεται ἡ δόξα ἡ ἐπ' αὐτὸν, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν.

VISIO TYRI.

ΤΟ ΟΡΑΜΑ ΤΥΡΟΥ.

Cap. XXIII. Vers. 1. *Ululate, naves Carthaginis, quia periit, et non amplius revertuntur, e terra Citiensium ducta est captiva.*

Age denuo quæ in Tyro a Deo patefacta fuerunt oraculis, quoad licet, explanare studeamus, historiamque prius enarremus, et quemadmodum capta sit et periit, et captiva venit, juxta quod scriptum est, planum perspicuumque faciamus. Cum igitur Babylonii Judæam delevissent, et sanctam urbem concremassent, atque captivum Israelem avexissent : gentes alienigenarum accolæ et circumhabitantes, audax et effrene os nullis obseratum valvis aperientes, divinam majestatem convitiis ausæ sunt proscindere. Jactabant etenim servare illos non valuisse, etiam ipsum opitulatorem Deum Assyriorum manu inferiorem fuisse, imo suos deos vernaculos, Hebræorum Deo et fortiores esse rati sunt, et protegere ipsos quasique muris obvallare, ab omni incursione conservare, et Babyloniis efficere superiores. Quin et alio quoque modo ipsi deprædati sunt gentem Judaicam, partim laborantibus insidiando, et imminendo, et superstites diripiendo : partim falso nuncupatis diis sacra vasa consecrando, et qui jugo servitutis ab illis oppressi erant, a legis cultu abdicando, ac vi quasi abarcendo. Siquidem dixit Deus per unum sanctorum prophetarum :

Ὀλολύξατε, πλοῖα Καρχηδόνος, ὅτι ἀπώλετο, καὶ οὐκέτι ἔρχονται, ἐκ γῆς Κιτιαίων ἦκται αἰχμάλωτος.

Φέρε δὴ πάλιν διατρανοῦν ὡς ἔνι σπουδάζοντες καὶ τὰ ἐπί γε τῇ Τύρῳ παρὰ Θεοῦ κεχρησμῳδημένα τὴν ἱστορίαν προαφηγησόμεθα, καὶ τίνα τρόπον ἥλωτε καὶ ἀπώλωλε καὶ αἰχμάλωτος ἦκται, κατὰ τὸ γεγραμμένον, σαφὲς καταστήσωμεν. Ὅτε τοίνυν οἱ Βαβυλώνιοι τὴν Ἰουδαίαν καταδῃώσαντες, κατεμπρήσαντες δὲ καὶ αὐτὴν τὴν ἁγίαν πόλιν, ἀπεκόμιζον αἰχμάλωτον τὸν Ἰσραὴλ, τὰ κύκλῳ καὶ περίοικα τῶν ἀλλοφύλων ἔθνη, θρασὺν καὶ ἀπύλωτον ἀνοιγοῦντα στόμα, τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν κατακερτομεῖν ἐπεχείρουν. Ἔφασκον γὰρ μὴ δεδυνῆσθαι σώζειν αὐτοὺς, ἠττῆσθαι δὲ μᾶλλον καὶ αὐτὸν τὸν ἐπικουροῦντα Θεὸν τῆς τῶν Ἀσσυρίων χειρὸς, μᾶλλον καὶ τοὺς παρὰ σφίσι θεοὺς ὤοντο μὲν εἶναι καὶ ἀλκιμωτέρους τοῦ τῶν Ἑβραίων Θεοῦ, προεστάναι δὲ καὶ ἀνατειχίζειν αὐτοὺς, ἔξω τε πάσης ἐφόδου τηρεῖν, καὶ ἀμείνους ἀποφαίνειν τῶν Βαβυλωνίων. Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον συγκατελήζοντο καὶ αὐτοὶ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος, τοῦτο μὲν πεπονηκόσιν ἐπιθέμενοι, καὶ ἁρπάζοντες τοὺς ὑπολελειμένους· τοῦτο δὲ καὶ ἀνατιθέντες τοῖς ψευδωνύμοις θεοῖς σκεύη τε ἱερὰ, καὶ τῆς κατὰ νόμον λατρείας ὡς ἐξ ἀνάγκης ἐκπέμποντες τοὺς ὑπὸ ζυγὰ γεγονότας τῆς ὑπ' αὐτοῖς δου-

[11] Psal. xi, 5 [12] Job xiv, 27.

Digitized by Google

λείας. Καὶ γοῦν ἔφασκε Θεὸς δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Καὶ τί καὶ ὑμεῖς ἐμοὶ, Τύρος καὶ Σιδὼν, καὶ πᾶσα Γαλιλαία ἀλλοφύλων; μὴ ἀνταπόδομα ὑμεῖς ἀνταποδίδοτέ μοι, ἢ μνησικακεῖτε ὑμεῖς ἐπ' ἐμοί; Ὀξέως δὲ καὶ ταχέως ἀνταποδώσω τὸ ἀνταπόδομα ὑμῶν εἰς κεφαλὰς ὑμῶν, ἀνθ' ὧν τὸ ἀργύριόν μου, καὶ τὸ χρυσίον μου ἐλάβετε, καὶ τὰ ἐπίλεκτά μου καὶ τὰ καλὰ εἰσηνέγκατε εἰς τοὺς ναοὺς ὑμῶν, καὶ τοὺς υἱοὺς Ἰούδα, καὶ τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἀπέδοτε τοῖς υἱοῖς τῶν Ἑλλήνων, ὅπως ἐξώσητε αὐτοὺς ἐκ τῶν ὁρίων αὐτῶν. » Ἦλω τοίνυν καὶ ἡ Τύρος ἐξ ὀργῆς Θεοῦ, κατὰ τοιόνδε τινὰ τρόπον· ἦν μὲν γὰρ νῆσος ἔτι πορθμείου διὰ μέσου κεχωρηκότος, καὶ οὐ μακροῖς διαστήμασι τῆς ἠπείρου διείργοντος. Ἐπειδὴ δὲ ἦκεν ὁ Βαβυλώνιος, ζητεῖ τε αὐτὴν ὁμοῦ ταῖς ἄλλαις ἑλεῖν, ἐκέλευσέ τε ταῖς ὑπὸ χεῖρα στρατιαῖς τὴν μεταξὺ καταχωννύντας θάλασσαν, τῇ τε ἠπείρῳ συνάπτειν αὐτὴν, καὶ νῆσον οὐκέτι μένειν ἐᾷν. Οὗ δὴ γεγονότος ἢ καὶ ἔσεσθαι προσδοκηθέντος οὐκ εἰς μακρὰν, οἱ πλεῖστοι τῶν ἐν τῇ Τύρῳ, ἅτε δὴ καὶ ἐμπορίαν ἔχοντες τὸ ἐπιτήδευμα, καὶ ναυσιπορεῖν εἰωθότες ἀπενήχοντο τῆς νήσου παισί τε ὁμοῦ καὶ γυναίοις, καὶ εἰς ἑτέρας ἀπῴκοντο πόλεις τε καὶ κώμας. Εἰσελάσαντες τοίνυν οἱ Βαβυλώνιοι τοὺς ἐναπομείναντας ἀπεκτόνασιν, εἰλόν τε πολλοὺς, καὶ τὰ τοῖς νενικηκόσι συνήθη δεδράκασι, πλὴν οὐ μετρίως λελύπηνται μεμαθηκότες ὅτι πλεῖστοί τε ὅσοι, καὶ τῶν ἄγαν ἐπιφανεστέρων ἐν αὐτῇ ναυσὶν ἐνθέντες τὰ ὄντα πεφεύγασι. Μέμνηται δὲ τῆς ἱστορίας, καὶ τῆς Ἰεζεκιὴλ προφητείας ὁ λόγος. Ἔφη γὰρ οὕτω πρὸς αὐτὸν ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Υἱὲ ἀνθρώπου, Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς Βαβυλῶνος κατεδουλώσατο τὴν δύναμιν αὐτοῦ δουλείᾳ μεγάλῃ ἐπὶ Τύρου. Πᾶσα κεφαλὴ φαλάκρωμα, καὶ πᾶς ὦμος μαδῶν, καὶ μισθὸς οὐκ ἐγενήθη αὐτῷ καὶ τῇ δυνάμει αὐτοῦ, ἀντὶ τῆς δουλείας τῆς σκληρᾶς ἧς ἐδούλευσεν ἐπὶ Τύρον. Ἀντὶ τούτου δέδωκα αὐτῷ γῆν Αἰγύπτου. » Μετὰ γάρ τοι τὴν Τυρίων ἅλωσιν ἐπὶ τὸ τῶν Αἰγυπτίων ἔθνος μετετίθει τὴν μάχην ὁ Βαβυλώνιος. Ταυτησὶ τῆς ἱστορίας διαμέμνηται νῦν ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας, καὶ ὀλολύζειν κελεύει τὰ τῆς Καρχηδόνος πλοῖα. Ὀλολύζειν δὲ δῆλον ὅτι τὴν Τύρον ὅτι ἀπώλετο, καὶ οὐκέτι ἔρχονται ἐκ γῆς Κιτιέων. Φασὶ δὲ τὰς Κιτιεῖς οἱ μὲν νήσους Ἑλλαδικὰς, ἤτοι Μακεδονικάς· οἱ δὲ σημαίνεσθαι διὰ τούτου διαβεβαιοῦνται τὴν Κύπρον, ὡς ἐκ μιᾶς τῶν ἐν αὐτῇ πόλεων, οὕτως ὠνομασμένης. Ὀλολύζετε δὲ, φησὶ, διὰ ποίαν αἰτίαν; ἧκται γὰρ αἰχμάλωτος. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις, Ἐποιμώζειν κελεύει τῇ Τύρῳ τὴν Καρχηδόνα, ἤτοι τὰς ἐκεῖθεν ναῦς; Διὰ ποίαν αἰτίαν; ἄποικοι γὰρ Τυρίων γεγόνασι Καρχηδόνιοι. Ἐφρόνουν τε μεγάλως ἔχοντες μητέρα τὴν Τύρον, ἐπισημοτάτην τε ὁμοῦ καὶ ἀλκιμωτάτην ἐν νήσοις, ταῖς κατά γε ἡμὶ τὴν ἑῴαν. Φασὶ δὲ καὶ τοὺς ἐκ γῆς Κιτιέων μεγαλοφρονεῖν ἐπ' αὐτῇ, καὶ τιζς τῶν ἐμποριῶν κέρδεσιν ἐντρυφᾷν. Ὀλολύζετε τοίνυν, φησὶν, οἱ τῆς Ὑλολυζέτω δὲ καὶ ἡ Τύρος, οὐ γὰρ ἔτι ἔρχονται ἐκ

« Ecquid vos mihi, Tyre et Sidon, et omnis Galilæa alienigenarum? Num retributionem vos retribuitis mihi? num malorum memores eritis vos mihi: Velociter et celeriter retribuam retributionem vestram in capita vestra: propterea quod argentum meum et aurum meum accepistis, et electa mea, et pulchra mea introduxistis in templa vestra, et filios Juda, et filios Israel tradidistis filiis Græcorum, ut extruderetis eos ex terminis vestris [15].» Capta igitur fuit hoc sane modo, ex ira divina, Tyrus, ut quæ insula erat, trajectu per medium jam facto, et non longis intervallis a continente **327** dirimente. Postquam autem appulit Babylonius, eamque simul cum aliis capere quæsiit, jussit copiis sub manu sua positis mare intermedium aggere structo obruere, idque mari continuare, nec sinere ut amplius insula maneret. Quod ubi factum esset, vel etiam jamjam futurum exspectaretur, complures Tyrii, quippe qui mercaturæ studium sectati erant, et navigare consueverant, ex insula cum liberis simul et cum mulieribus enataverunt, et ad alias urbes et pagos commigrarunt. Irruentes itaque Babylonii, commoratos in ea trucidarunt, et ceperunt multos, et quæ in more sunt victoribus factitarunt. Verum haud mediocri sunt perculsi dolore, cum didicissent quamplurimos, et multo cæteris illustriores in ea, bona navibus imponentes aufugisse. Meminit etiam historiæ, Ezechielis prophetæ oratio. Dixit enim sic ei universitatis Deus: « Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis in servitutem tradidit exercitum suum servitute magna super Tyrum. Omne caput calvitium, et omnis humerus depilis, et merces non fuit ei et exercitui ejus, pro servitute dura qua servierat adversum Tyrum. Propterea dedi illi terram Ægypti [16].» Siquidem post Tyriorum captivitatem, ad gentem Ægyptiacam transtulit pugnam Babylonius. Hujus historiæ meminit etiam nunc beatus propheta Isaias, et plorare jubet naves Carthaginis, plorare videlicet Tyrum, quod periit, et non jam ulterius ex terra Citiensium veniunt. Narrant quidam Citienses insulas esse Helladicas, seu Macedonicas, alii hinc Cyprum designari affirmant, quasi sic nominatam. Plorate, inquit, Quam ob causam? Ducta enim est captiva. At dicet fortassis quispiam, Jubetne Carthaginem, seu naves quæ ibi sunt, deplorare Tyrum? Quam ob rem? Coloni enim Tyriorum fuerunt Carthaginenses: Tyrum autem matrem nobilissimam habere se gloriabantur, et ex insulis orientalibus fortissimam. Et narrant Citienses de illa plurimum gloriari, et ex nundinarum quæstu insolescere. Plorate igitur, inquit, Carthaginis negotiatores vel naves, pericrunt enim. Ploret etiam Tyrus: non enim revertuntur ex terra Citiensium. Ducta enim est captiva.

Καρχηδόνος ἔμποροι, ἤτοι τὰ πλοῖα, ἀπόλωλε γάρ. Ἧκται γὰρ αἰχμάλωτος.

[15] Joel III, 46. [16] Ezech. XXIX, 18, 19.

Digitized by Google

VERS. 2, 3. *Cui similes facti sunt qui habitant in* **328** *insula, negotiatores Phœniciæ transmittentes mare per aquam multam? Semen negotiatorum, quasi esset messis illata, negotiatores gentium.*

Quibus, inquit, gentibus, eos qui hanc insulam incolunt, assimilabimus? Quinam talia passi sunt? vel qui sic vastati deletique sunt, sicut hi negotiatores Phœniciæ? Negotiatio nimirum Tyriorum exercitatio fuit, et mare trajicere lucri et quæstus causa, studio illis erat. Cum adjicit, Semen negotiatorum, ostendit patrium genus eorum ignobile, et ex mala stirpe satos, majoresque ipsorum superiores, avaritiæ deditos et addictos fuisse. Fuisse etiam innumerabiles, qui sordidam hanc vitam exercent, docet, cum inquit : Quasi messis illata esset, negotiatores gentium. Frumento enim demesso, sive spicis, in agro undique multa est invectio manipulorum, et in aream comportatio.

VERS. 4. *Erubesce, Sidon, dixit mare ; fortitudo autem maris dixit : Non parturivi, nec enutrivi virgines, nec evexi juvenes.*

Coloni Tyriorum Carthaginenses; verum Tyrii matrem habuerunt Sidonem, a Sidone enim erat Tyrus. At ubi capta esset, et venisset captiva, tunc dicit mare, id est, maritimæ insulæ cunctæ deinceps dicent : Erubesce, Sidon, periit ornamentorum tuorum pulcherrimum, siquidem munimentum fuit pervetustum, validum et fortissimum, et divitiis multis celeberrimum. Itaque mare hæc dicet : Ipsa etiam maris fortitudo, nimirum quæ insularum domina est, Tyrus scilicet, suas deplorans calamitates, quando se incolis nudam et filiis desertam conspexerit, tum plane dicet : Non parturivi, neque enutrivi virgines, nec evexi juvenes. Eram enim, inquit, pari in loco cum his quæ prorsus non pepererunt, nec juvenes educarunt, nec virgines, eo quod omnes funditus ad interitum pervenerint, nullusque omnino remanserit.

ἀναθρεψάσαις ἢ νεανίσκους ἢ παρθένους, διά τοι τὸ φθῆναι δὲ παντελῶς οὐδένα.

VERS. 5. *Quando autem auditum fuerit in Ægypto, eos capiet dolor de Tyro.*

Non ignoravit ergo propheta, quemadmodum jam prædixi, Assyrium, post **329** captos Tyrios, ad Ægyptiorum regionem se recepturum. Cum igitur, inquit, hæc audita fuerint ab Ægyptiis, tunc et ipsi passim ac prorsus dolore consternabuntur, non quod Tyrus succumbat, at quod ad se belli mala pervadant.

VERS. 6. *Transite Carthaginem, ululate, qui habitatis in hac insula.*

Solemnis admodum est hæc apud prophetas oratio. Non etenim proprie et vere a Tyriorum urbe hortatur recedere, et Carthaginem concedere, sed neque simpliciter ejulare, imo quasi exprobrat fugientibus, et ingenti timiditate supra modum fractis. Oportere autem dicit ipsos se deflere, se, in-

A *Τίνι ὅμοιοι γεγόνασιν οἱ κατοικοῦντες ἐν τῇ νήσῳ, μετάβολοι Φοινίκης, διαπερῶντες τὴν θάλασσαν ἐν ὕδατι πολλῷ; σπέρμα μεταβόλων, ὡς ἀμητοῦ εἰσφερομένου, οἱ μετάβολοι τῶν ἐθνῶν.*

Ποίοις ἄρα, φησὶ, τῶν ἐθνῶν παρεικάσωμεν τοὺς ταύτην κατοικοῦντας τὴν νῆσον ; τίνες τοιαῦτα πεπόνθασι, ἢ καὶ οὕτως πεπόρθηνται, καθὰ καὶ οἱ μετάβολοι τῆς Φοινίκης ; Ἐμπορία γὰρ Τύροις τὸ ἐπιτήδευμα, καὶ τὸ διαπλεῖν τὴν θάλασσαν ἐν σπουδῇ, κερδῶν ἕνεκα καὶ λημμάτων. Προστιθεὶς δὲ ὅτι σπέρμα μεταβόλων, ἔδειξεν ὅτι καὶ πατρῷον αὐτοῖς τὸ δυσγενὲς, καὶ ἐκ ῥίζης ἀνέφυσαν πονηρᾶς, καὶ φιλοκερδίας ἥττονες ἄνωθεν αὐτοῖς καὶ πρόγονοι. Οἱ δὲ καὶ ἀριθμοῦ κρείττονες, ὅσοι τὴν οὕτως αἰσχρὰν παρ' αὐτοῖς ἐπιτηδεύοντες
B ζωὴν, διδάσκει λέγων· Ὡς ἀμητοῦ εἰσφερομένου οἱ μετάβολοι τῶν ἐθνῶν. Σίτου γὰρ ἀμηθέντος, ἥγουν ἀσταχύων ἐν ἀγρῷ, πολλὴ τῶν δραγμάτων πανταχόθεν ἡ εἰσφορὰ, καὶ ἡ εἰς τὴν ἅλω συγκομιδή.

Αἰσχύνθητι, Σιδὼν, εἶπεν ἡ θάλασσα· ἡ δὲ ἰσχὺς τῆς θαλάσσης εἶπεν, Οὐκ ὠδίνησα οὐδὲ ἔτεκον, οὐδὲ ἐξέθρεψα παρθένους, οὐδὲ ὕψωσα νεανίσκους.

Ἄποικοι μὲν Τυρίων οἱ Καρχηδόνιοι. Πλὴν ἐσχήκασι μητέρα Τύριοι τὴν Σιδῶνα· ἀπὸ γὰρ τῆς Σιδῶνος ἦν ἡ Τύρος. Πλὴν ὡς ἐπί γε θυγατρὶ λαμπρᾷ καὶ διαβοήτῳ τῇ Τύρῳ μέγα πεφρόνηκε Σιδών. Ἐπειδὴ δὲ ἥλω, καὶ ἥκται αἰχμάλωτος, τότε φησὶν ἡ θάλασσα, τοῦτ' ἔστιν, αἱ κατὰ θάλασσαν νῆσοι πᾶσαι λοιπὸν ἐροῦσιν· Αἰσχύνθητι, Σιδὼν, ἀπόλωλε γὰρ τῶν σῶν αὐχημάτων τὸ κάλλιστον, καὶ φρούδη
C γέγονεν ἡ πάλαι δεινὴ καὶ ἀλκμαιοτάτη, πλούτῳ τε πολλῷ διαφανεστάτη. Οὐκοῦν ἡ μὲν θάλασσα ταῦτα ἐρεῖ· Αὐτὴ δὲ τῆς θαλάσσης ἡ ἰσχὺς, τοῦτ' ἔστιν, ἡ κατισχύουσα τῶν νήσων, ἡ Τύρος δὲ δηλονότι ταῖς ἑαυτῆς ἐποιμώζουσα συμφοραῖς, ὅταν ἴδῃ γυμνὴν ἑαυτὴν τῶν οἰκητόρων, καὶ τέκνων ἐρήμην, τότε δὴ πάντως ἐρεῖ, τὸ, Οὐκ ὠδίνον, οὐδὲ ἔτεκον, οὐδὲ ἐξέθρεψα νεανίσκους, οὐδὲ ὕψωσα παρθένους. Ἐν ἴσῳ γὰρ γέγονα, φησὶ, ταῖς μὴ τεκούσαις ὅλως, μηδ' πάντας ἄρδην καθικέσθαι πρὸς ἀπώλειαν, περιλει-

Ὅταν δὲ ἀκουστὸν γένηται Αἰγύπτῳ, λήψεται αὐτοὺς ὀδύνη περὶ Τύρου.

D Οὐκ ἠγνόηκεν ὁ προφήτης, ὅτι καθάπερ ἤδη προεῖπον, μετὰ τὴν Τυρίων ἅλωσιν, ἐπὶ τὴν τῶν Αἰγυπτίων χώραν μεταφοιτήσειν ἔμελλεν ὁ Ἀσσύριος. Ὅταν τοίνυν, φησὶν, ἀκουστὰ ταῦτα γένηται παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις, τότε καὶ αὐτοὶ πάντη τε καὶ πάντως ὀδυνηθήσονται, οὐχ ὅτι πεπόρθηται τυχὸν ἡ Τύρος, ἀλλ' ὅτι μεταπεφοίτηκεν ἐπ' αὐτοὺς τὰ ἐκ τοῦ πολέμου κακά.

Ἀπέλθετε εἰς Καρχηδόνα, ὀλολύζετε, οἱ κατοικοῦντες ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ.

Ἐν ἤθει πολλῷ τῆς προφητείας ὁ λόγος. Οὐ γάρ τοι κυρίως τε καὶ ἀληθῶς ἀπανίστασθαι τῆς Τυρίων παρακελεύεται, μεταχωρεῖν δὲ μᾶλλον εἰς Καρχηδόνα, ἀλλ' οὐδὲ ὀλολύζειν ἁπλῶς, ἀλλ' οἷον κατονειδίζειν φυγόντας, καὶ ἀμετρήτῳ δειλίᾳ συντεθραυσμένους. Χρῆναι δὲ φησὶν ἑποιμώζειν αὐτοὺς ἑαυτοῖς, καὶ

Digitized by Google

ταῖς ἐπενηνεγμέναις αὐτοῖς συμφοραῖς. Ἅμφω δὲ ταῦτα θηλυπρεπῆ, καὶ μειρακίοις μᾶλλον, καὶ τοῖς ἤδη παρηβηκόσιν ἁρμοδιώτερα. Πολέμου μὲν γὰρ περιηγγελμένου, καὶ κατὰ χώρας ἤτοι πόλεως ἔρχεσθαι προσδοκωμένου, ἅπαν μὲν ὅσον ἐστὶν ἐν ἀκμαῖς εὐτρεπίζεται πρὸς μάχην, καὶ γυμνάζει τὰ τακτικὰ, καὶ ταῖς τῶν πολεμίων φάλαγξι, κἂν εἰ μήπω παρεῖεν, τό γε ἧκον εἰς προθυμίας ἐπιμαίνεται. Γύναια δὲ καὶ μειράκια τὰ εἰς φυγὴν μελετᾷ, καὶ ὀλολύζει κλαίοντα. Ἕτοιμα γὰρ ἀεί πως εἰς φόβον καὶ θρήνους μειράκιον καὶ γυνή. Ἐπιμειδιᾷ τοιγαροῦν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ταῖς Τυρίων ἀνανδρίαις. Φεύγουσι γὰρ καὶ ὀλολύζουσιν οἱ πάλαι κρατοῦντες ἐν μάχαις δεινοὶ καὶ δυσάντητοι, θρασεῖς καὶ ἀνάλωτοι. A quam, implicatos calamitatibus. Ambo hæc muliebria sunt, et adolescentulis magis et ætate provectis jam senibus convenientia. Etenim bello denuntiato, et ut regionem aut civitatem invadat, exspectato, omnes qui in flore ætatis sunt et maturi, ad pugnam instruuntur, et disciplinam militarem exercent, et in hostium phalanges licet nondum adsint, neque parati sint, furunt. Mulierculæ vero et adolescentuli, fugam meditantur, et ejulant et lacrymantur. Proni sunt enim semper ad metum et fletum adolescentulus ac femina. Deridet itaque universitatis Deus imbelles ac parum masculos Tyriorum animos. Fugiunt enim et ululant, qui quondam dominabantur in pugnis, vehementes et occursu sævi, audaces et insuperabiles.

Οὐχ αὕτη ὑμῶν ἡ ὕβρις ἡ ἀπαρχῆς, πρὶν ἢ παραδοθῆναι αὐτήν; Τίς ταῦτα ἐβούλευσεν ἐπὶ Τύρον; Μὴ ἥσσων ἐστὶν, καὶ οὐκ ἰσχύει; B

Φθάσας ἔφην, ὅτι τῶν Ἱεροσολύμων πεπορθημένων, κατεμπρησθέντος δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ ναοῦ παρὰ τῆς τῶν Ἀσσυρίων στρατιᾶς, τὰ κύκλῳ καὶ ὅμορα τῶν ἐθνῶν ἐπεγάννυντο μὲν ὡς ἀπολωλότι τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ὡς εἰσάπαν ἐκκεκομμένῳ, καὶ ἔσειον ἐπ' αὐτοῖς τὰς σφῶν αὐτῶν κεφαλάς· ᾤοντο δὲ ὅτι πεπτώκασιν ὑπὸ χεῖρας ἐχθρῶν, οὐ διά γε τὰς αὐτῶν ἁμαρτίας, ἀλλ' ὅτι μᾶλλον ἠτόνησεν ὁ σώζων αὐτοὺς, καὶ κρείττους γεγόνασι τῆς τοῦ Θεοῦ χειρὸς οἱ κεκρατηκότες. Τί οὖν, ὦ Τύριοι, φησίν; Οὐ πρὶν αὐτὴν παραδοθῆναι, ταύτην ἐποιήσασθε κατ' ἐμοῦ τὴν ὕβριν; οὐκ ἐλέγετε τὴν ἐμὴν ἰσχὺν ἧττω καὶ ἐν μείοσιν εἶναι τῶν ὑμετέρων θεῶν; Τίς οὖν ἄρα, φησὶν, ταῦτα ἐβούλευσεν ἐπὶ Τύρον; Ἐγὼ δηλονότι, ὃν ὑμεῖς ἧττονά τε καὶ ἀναλκιν εἰπεῖν τετολμήκατε. Ἐξ αὐτῶν τοιγαροῦν κατατεκμήρασθε τῶν πραγμάτων, πότερόν ποτε ἧττων ἐστὶ τῶν παρ' ὑμῖν θεῶν, ἢ οὐκ ἰσχύει; Ἐγὼ μὲν γὰρ πλημμελοῦντα εἰς ἐμὲ παραδέδωκα τοῖς ἐχθροῖς τὸν ἐξήνιον Ἰσραήλ. Ἐπειδὴ δὲ πλουτεῖτε θεοῖς, καὶ πολλοὶ παρ' ὑμῖν οἱ τιμώμενοι, τίς ἄρα αὐτῶν τὴν τοιάνδε σκέψιν ἐβουλεύσατο κατὰ Τύρου; Τίς παραδέδωκε τοῖς ἐχθροῖς; χαλεπὸν οὖν ἄρα τὸ διὰ πείρας αὐτῆς ἐκδέχεσθαι ἅπερ ἂν πρέποι παθεῖν. Δεῖ δὲ οἶμαι τοὺς νουνεχεστάτους, ἰσχνοῖς διανοίας ὄμμασι μακρόθεν ὁρᾷν τὸ τέλοῦν εἰς ὄνησιν, καὶ μεμαστιγωμένοις ἁγίοις μὴ ἐπαγάλλεσθαι, μήτε μὴν οἴεσθαι τὴν ἀεὶ σώζουσαν αὐτοὺς ἀτονῆσαι χεῖρα, ἐννοεῖν δὲ μᾶλλον ὅτι περιπίπτουσιν ἑαυτοῖς ὅτε καὶ πειρασμοῖς ἐφιέντος Θεοῦ. B Vers. 8. *Nunquid hæc vestra contumelia ab initio, priusquam traderetur ipsa? Quis hæc decrevit in Tyrum? Num imbecillior est, vel an non valuit?*

Supra dixi, Hierosolymis eversis, et ipso quoque templo incenso ab exercitu Assyriorum, accolas et confines gentes insultasse Israelitis quasi perditis et in totum concisis, et in illos sua moverunt capita, et putarunt sub manu hostium corruisse, non sua ob scelera, sed quod is qui servat eos, debilis et languidus esset, et quod hi qui vicerant, divina manu fortiores exstiterant. Quid igitur, inquit, o Tyrii? Nonne priusquam ipsa traderetur, hanc mihi fecistis injuriam? Nonne dixistis meam fortitudinem imbecilliorem, et vestris diis minorem? Quis igitur hæc, inquit, cogitavit contra **330** Tyrum? Ego videlicet, quem vos infirmiorem dicere ausi estis et imbellem. Ex rebus igitur ipsis conjecturam facite, sitne vestris diis inferior, an non prævaleat? Ego enim delinquentem in me Israelem effrenatum, inimicis tradidi. Cum vero abundetis diis, et plurimi dii apud vos in honore habeantur, quisnam eorum tale consilium cepit contra Tyrum? Quis tradidit hostibus? Grave igitur est ex ipso periculo percipere, quæ pati oporteat. Cordatissimos itaque oportet subtili mentis oculo longe prospicere quid e re sit, et flagellatis sanctis non insultare, neque putare manum quæ semper conservat, elanguisse, sed cogitare potius quod Deo permittente nonnunquam in tentationes incidant. C

Οἱ ἔμποροι αὐτῆς ἔνδοξοι, ἄρχοντες τῆς γῆς. Κύριος Σαβαὼθ ἐβουλεύσατο παραλῦσαι πᾶσαν τὴν ὕβριν τῶν ἐνδόξων, καὶ ἀτιμάσαι πάντα ἔνδοξον ἐπὶ τῆς γῆς. D

Μέτεισι πάλιν ὁ λόγος ἐπί γε τὸ δεῖν ἀπογυμνοῦν τῆς ἐνούσης ἀλαζονείας αὐτοῖς τὸ ὑπερφερὲς, καὶ μέντοι πρὸς τούτῳ τὸ ἀκόρεστον εἰς φιλοκερδίας. Ἔμποροι γὰρ ὄντες, φησὶ, καὶ οὕτως αἰσχρὸν καὶ δυσγενὲς ἔχοντες τὸ ἐπιτήδευμα, εἰς τοσοῦτον καὶ δόξης καὶ ὑπεροχῆς κεχωρήκασιν, ὥστε καὶ τὰς τοῖς ἄρχουσι πρεπωδεστάτας ἀναδεσμεῖσθαι τιμὰς, καὶ στεφάνοις τοῖς ἐπ' εὐκλείᾳ γενέσθαι γνωριμωτάτους. Ἀλλ' ὁ τῶν δυνάμεων Κύριος, φησὶν, ἐβουλεύσατο Vers. 9. *Mercatores ejus clari, principes terræ. Dominus Sabaoth cogitavit dissolvere universam contumelium gloriosorum, et ignominia afficere omne gloriosum super terram.*

Transit iterum oratio, ut arrogantiæ altitudinem quæ illis inest, et præterea insatiabile lucri studium denudet. Negotiatores enim, inquit, cum sint, et institutum vitæ adeo turpe et abjectum ineant, eo gloriæ et eminentiæ pervenerunt, ut etiam principibus dignissimos honores sibi accommodent, et corona nobilitatis atque splendoris fiant spectatissimi. Sed Dominus exercituum, inquit, gloriosorum injuriam decrevit infringere et labefactari,

Digitized by Google

omnemque ejusmodi dedecore afficere et infamia. Si Deus talem de ea ferat calculum, et acre judicium præcisumque inducat, patrocinari quis poterit? aut quis iram divinam profligabit? Quis enim omnipotenti potestate fortior? Aut quis excelsam manum avertet? sicuti scriptum est [15]. Igitur ne arbitrentur, inquit, quod suos deos offendentes, a gloria ad ignominiam traducti fuerint; sed intelligant potius, judicium Domini Sabaoth factum esse, contra quem audebant dicere: Imbecillior est, et non valet. Dicamus proinde et nos legem prævaricantibus et peccantibus, ne cornu exaltent, nec tollant illud impie, nec contra omnium dominatorem Deum injustitiam loquantur.

A παραλῦσαι τὴν ὕβριν τῶν ἐνδόξων καὶ ἀτιμάσαι πάντα τοιοῦτον. Ψῆφον δὲ αὐτῶν τὴν τοιαύτην καθορίζοντος Θεοῦ, καὶ τομὸν ἐπάγοντος κρίμα, τίς ἐπαμῦναι δυνάμενος, ἢ τίς ἂν τὴν θείαν ἀποσοβήσειεν ὀργήν; τίς γὰρ ἔσται κρείττων τῆς πανσθενοῦς ἐξουσίας; Ἢ τὴν χεῖρα τὴν ὑψηλὴν τίς ἀποστρέψει, κατὰ τὸ γεγραμμένον; Οὐκοῦν μὴ οἰέσθωσαν, φησὶν, ὅτι τοῖς ἰδίοις θεοῖς προσκεκρουκότες κατεκομίσθησαν ἐκ δόξης εἰς ἀτιμίαν, ἴστωσαν δὲ μᾶλλον ὅτι κρίμα γέγονε Κυρίου Σαβαὼθ, καθ' οὗ τετολμήκασιν εἰπεῖν. Ὅτι καὶ ἥσσων ἐστὶν καὶ οὐκ ἰσχύει. Οὐκοῦν λέγωμεν καὶ ἡμεῖς τοῖς παρανομοῦσι μὴ παρανομεῖν, καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι μὴ ὑψοῦτε κέρας, μήτε μὴν ἀνοσίως ἐπαίρειν αὐτὸ, καὶ ἀδικίαν λαλεῖν κατὰ τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ.

Vers. 10, 11. *Cole terram tuam, naves enim non veniunt ultra Carthagine. Manus tua* **331** *non amplius valebit per mare, quæ provocat reges.*

B *Ἐργάζου τὴν γῆν σου· καὶ γὰρ πλοῖα οὐκέτι ἔρχονται ἐκ Καρχηδόνος. Ἡ δὲ χείρ σου οὐκέτι ἰσχύσει κατὰ θάλασσαν, ἡ παροξύνουσα βασιλεῖς.*

Cognoscetis, inquit, eum qui lætitiam propinat, et vinum præterea, et qui unguento eos qui in Sion sub intelligentiam cadente sunt, inungit : cognoscetisque vere Deum esse, et ex Deo natura Filium, etiamsi in forma servi appareat, omnium salutis et vitæ causa homo factus, et per omnia terrenis hominibus, extra solum peccatum similis. Etenim,

A *Κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, καὶ πάλιν ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου. Τὸ ὄνειδος τοῦ λαοῦ ἀφεῖλεν ἀπὸ πάσης τῆς γῆς. Τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα.*

Ἐπὶ καιροῦ σφόδρα καὶ ἀναγκαίως τῇ τοῦ μυστηρίου παραδόσει, καὶ ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν συνεισκεκόμισται λόγος. Ταύτῃ τοι καὶ ἐν καιρῷ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τῆς πίστεως ποιούμενοι τὴν ὁμολογίαν, καὶ τῆς σαρκὸς τὴν ἀνάστασιν προσδοκῶμεν ἔσεσθαι, καὶ οὕτω πιστεύομεν. Ὁ τοίνυν θάνατος κατίσχυσε μὲν τοῦ προπάτορος ἡμῶν Ἀδὰμ διὰ τὴν παράβασιν, καὶ ὥσπερ τι θηρίον ὠμόν τε καὶ ἀπηνὲς ἐπιπηδῆσαν ἥρπασε. Θρῆνοί τε λοιπὸν ἐντεῦθεν, καὶ οἰμωγαί, καὶ δάκρυον, καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσι πένθος, κεκρατήκασι τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Πέ- B παυταί γε μὴν ἐν Χριστῷ. Τριήμερος γὰρ ἀνεβίω πατήσας τὸν θάνατον, καὶ ὁδὸς γεγονὼς τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει πρὸς τὸ διακρούσασθαι δεῖν τὴν φθοράν. Γέγονε γὰρ πρωτότοκος τῶν νεκρῶν, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων. Ἕψεται δὲ πάντως τῇ ἀπαρχῇ, καὶ πρώτῳ τὸ μετ' αὐτὴν, τοῦτ' ἔστιν, ἡμεῖς. Ἐστράφη τοίνυν τὸ πάθος εἰς χαρὰν, καὶ διερράγη μὲν ὁ σάκκος· περιεζώσμεθα δὲ τὴν θεόσδοτον εὐφροσύνην, ὡς χαίροντας λέγειν· « Ποῦ ἡ νίκη σου, θάνατε; Ποῦ τὸ κέντρον σου, ᾅδη; Τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου ἡ ἁμαρτία, φησίν. » Οὐκοῦν ἀφῄρηται πᾶν δάκρυον· πιστεύοντες γὰρ ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἐγείρει τοὺς νεκροὺς ὁ Χριστὸς οὐ δακρυῤῥοοῦμεν ἐπ' αὐτοῖς, οὔτε μὲν εἰς ἀκράτους καταβαίνομεν λύπας, καθάπερ καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. Ὄνειδος δὲ τοῦ λαοῦ κατονομάζειν ἔοικεν αὐτὸν τὸν θανατον, ὡς γένεσιν ἔχοντα τῆς C καθ' ἡμῶν ἐφόδου τὴν παράβασιν. Ἦγουν τάχα που τὴν ἁμαρτίαν δι' ἣν εἰσδέδηκεν ἡ φθορὰ καὶ τὸ τοῦ θανάτου κράτος κεκυρίευκε τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Ἐπειδὴ δὲ τὸ τῆς ἀναστάσεως μυστήριον οὐκ εὐπαράδεκτόν ἐστι τοῖς πολλοῖς, ἀπιστεῖσθαι δὲ ἦν εἰκὸς διά τοι τὴν ἐν αὐτῷ μεγαλουργησίαν, προσεπήνεγκεν ὁ μακάριος προφήτης, ὅτι τὸ στόμα Κυρίου ἐλάλησεν. Εἶτα τίς ὁ φάναι τολμῶν, ὡς ψευδοεπήσει ὁ Θεὸς, καὶ οὐχὶ πάντη καὶ πάντως ἐκτελευτήσει πρὸς ἀλήθειαν τὸ ἐπηγγελμένον; « Οὐρανὸς γὰρ καὶ ἡ γῆ, φησὶ, παρελεύσεται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν. »

Καὶ ἐροῦσιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐφ' ᾧ ἠλπίζομεν, καὶ ἠγαλλιώμεθα, καὶ σώσει ἡμᾶς. Οὗτος Κύριος, ὑπεμείναμεν αὐτῷ. D *καὶ ἀγαλλιασόμεθα· καὶ εὐφρανθησόμεθα ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ ἡμῶν, ὅτι ἀνάπαυσιν δώσει ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸ ὄρος τοῦτο.*

Ἐπιγνώσεσθε, φησὶ, τὸν ποτίζοντα μὲν εὐφροσύνην, καὶ πρός γε τούτῳ καὶ οἶνον, καταχρίοντα δὲ καὶ μύρῳ τοὺς ἐν τῇ νοητῇ Σιὼν· ἐπιγνώσεσθε δὲ ὅτι Θεὸς κατὰ ἀλήθειάν ἐστι, καὶ ἐκ Θεοῦ τοῦ κατὰ φύσιν Υἱὸς, καὶ εἰ ἐν τοῦ δούλου φαίνοιτο μορφῇ, τῆς ἁπάντων γέγονε σωτηρίας καὶ ζωῆς ἄνθρωπος γεγονὼς, καὶ ὁμοιωθεὶς κατὰ πάντα τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς,

[46] Coloss. I, 18; I Cor. XV, 20. [47] I Cor. XV, 55, 56. [48] Matth. XXIV, 35.

Digitized by Google

δίχα μόνης ἁμαρτίας. Μονονουχὶ γὰρ καὶ χεῖρα, φησὶ, προτείνοντες ἐροῦσιν· Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐφ' ᾧ ἠλπίζομεν καὶ ἠγαλλιώμεθα ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ ἡμῶν. Οἶμαι δὲ ἔγωγε τοῦτόν γε μάλιστα τὸν λόγον ἀνῆρθαι πρέπειν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, οἳ καὶ ταῖς Μωσαϊκαῖς ἐντεθραμμένοι φωναῖς καὶ τὰς τῶν ἁγίων προφητῶν προαγορεύσεις οὐκ ἠγνοηκότες, προσεδόκουν ἀφίξεσθαι κατὰ καιρὸν Σωτῆρα, καὶ Λυτρωτὴν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ γοῦν ὡς ἤδη προεῖπον, Ζαχαρίας μὲν ὁ Ἰωάννου πατὴρ προφητεύων ἐν πνεύματι λελάληκε περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι « Κέρας ἐγήγερται τῷ λαῷ σωτηρίας. » Καὶ Συμεὼν ὁμοίως εἰς χεῖρας ἐλὼν τὸ ἅγιον Βρέφος· « Εἶδον, φησὶν, οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν. » Ἐπιγνόντες τοίνυν τὸν πάλαι προηγγελμένον, τὴν ἁπάντων ἐλπίδα τὸν Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν ἐροῦσι, φησίν· Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν. Προσομολογήσουσι δὲ ὅτι ἀνάπαυσιν δώσει ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸ ὄρος τοῦτο. Καί μοι πάλιν ὄρος οἷον λέγεσθαι τὴν Ἐκκλησίαν, δέδοται γὰρ ἡ ἀνάπαυσις ἐν αὐτῇ. Ἀκηκόαμεν γὰρ Χριστοῦ λέγοντος· « Δεῦτε πρὸς μὲ, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. » Ἀπεφορτισάμεθα γὰρ διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως τὴν δυσαχθῆ καὶ δυσφόρητον ἁμαρτίαν. Ἀνεπαυσάμεθα δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον δεινάτων ἀπηλλαγμένοι ὧν ἔπι γέ φημι τὸ χρῆναι κολάζεσθαι, καὶ τὰς ἐπὶ τοῖς πλημμελήμασιν ἀποτίσαι δίκας. Καὶ οὐ μέχρι τούτων ἡ εἰς ἡμᾶς τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ γέγονε χάρις· προστέθειται δὲ καὶ τὰ ἐν ἐλπίσιν ἀγαθὰ, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἡ κτῆσις μακρὰ καὶ ἀκήρατος ζωὴ, καὶ παντὸς τοῦ καταλυπεῖν εἰωθότος ἡ ἀπόστασις. Γέγραπται γὰρ περὶ τῶν ἁγίων ὅτι « Εὐφροσύνη αἰώνιος ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῶν. »

A inquit, modo non protensa manu dicent : Ecce Deus noster in quo speravimus, et exsultavimus in salute nostra. Hunc sermonem maxime convenire Israelitis arbitror, qui tum verbis Mosaicis innutriti, tum sanctorum prophetarum prædictiones non ignorantes, Dominum nostrum Jesum Christum Servatorem et Redemptorem suo tempore adventurum exspectarunt. Quippe, ut jam ante dixi, Zacharias Joannis pater, prophetans in spiritu, de Christo dixit, cornu salutis populo excitatum fuisse [49]. Simeon item sancto Infante in manus accepto, inquit : « Viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum [50]. » Cum igitur agnoverint eum, qui omnium spes est, Servator ac Redemptor, prænuntiatum, dicent, inquit : Ecce B Deus noster; confitebuntur etiam, quod requiem dabit Deus super monte hoc. Rursus mihi cogita montem dici Ecclesiam, in ea enim data est requies. Audivimus siquidem Christum dicentem : « Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego refocillabo vos [51]. » Etenim per fidem in illum, molestum et grave onus peccati excussimus. Requievimus etiam alio modo, liberati terroribus supplicii quod subire oportuit, ac pœnæ delictorum solvendæ. Nec usque eo solum Christi omnium nostrum Servatoris gratia in nos exstitit, sed insuper bona in spe, regnique cœlorum possessio, diuturna et æterna **356** vita, omnisque mali quod tristitia solet afflicere, solutio adjiciuntur. Nam de sanctis C scriptum est : « Lætitia sempiterna super caput eorum [52]. »

Καὶ καταπατηθήσεται ἡ Μωαβῖτις, ὃν τρόπον πατοῦσιν ἄλωνα ἐν ἁμάξαις, καὶ ἐν ἀμήτῳ. Καὶ ἀνῆσει τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ὃν τρόπον καὶ αὐτὸς ἐταπείνωσε τοῦ ἀπολέσαι. Καὶ ταπεινώσει τὴν ὕβριν, ἐφ' ᾗ τὰς χεῖρας ἐπέβαλε. Καὶ τὸ ὕψος τῆς καταφυγῆς τοῦ τοίχου σου ταπεινώσει, καὶ μεταβήσεται ἕως τοῦ ἐδάφους.

VERS. 10-12. *Et conculcabitur Moabitis, quemadmodum calcant aream plaustris, et remittet manus suas, quemadmodum et ipse humiliavit ut perderet. Et deprimet superbiam ejus, in quæ manus injecit. Et altitudinem refugii muri tui humiliabit, et descendet usque ad pavimentum.*

Βαθὺς ἀεί πώς ἐστι τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ λόγος, καὶ τὴν εἴσω τε καὶ κεκρυμμένην διέρπει τρίβον. Χρὴ δὴ οὖν ἄρα μὴ τὸ ἐξωφανὲς τοῦ γράμματος πάντη τε καὶ πάντως ἀληθὲς εἶναι νομίζειν, κατασκέπτεσθαι δὲ μᾶλλον τὸν οἱονεί πως ἐγκεχωσμένον τῷ γράμματι D νοῦν. Μωαβῖται τοίνυν ὅμοροι μὲν ἦσαν τοῖς Ἰουδαίοις, ἀτοπώτατα δὲ διετέθησαν πρὸς ἀπάτην, καὶ πρός γε τὸ χρῆναι ταῖς τῶν εἰδώλων προσκεῖσθαι λατρείαις. Ὅτι τοίνυν ἔμελλεν ἐπιλάμψαντος τοῦ Χριστοῦ, καὶ κεκλημένων τῶν ἐθνῶν εἰς τὸ σεπτὸν καὶ θεῖον αὐτοῦ μυστήριον, ἡγιασμένων τε διὰ τῆς πίστεως, ἡ βδελυρὰ καὶ ἀκάθαρτος εἰδωλολατρία πάντη τε καὶ πάντως ἐκ μέσου γενήσεσθαι, τοῖς τῶν πιστευόντων ποσὶν ὑπενηνεγμένου τοῦ Σατανᾶ· δέδωκε γὰρ ἡμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ· διδάσκει λέγων, πατηθήσεσθαι τὴν Μωαβῖτιν, ὃν τρόπον πατοῦσιν ἄλωνα ἐν ἁμάξαις.

Profundus semper est sanctorum prophetarum sermo, et penitissimis occultisque viis serpit. Itaque externam litteræ superficiem omnino omnibusque modis veram esse, putandum non est, sed intelligentia litteræ veluti aggregata adjunctaque magis est consideranda. Moabitæ igitur Judæis erant contermini, sed in errorem monstrosum in modum proclives, idolorumque cultibus dediti. Quoniam ergo illucescente Christo, gentibusque ad augustum divinumque ejus mysterium vocatis, ac per fidem sanctificatis, exsecranda et impura idololatria prorsus penitusque e medio esset exterminanda, fidelium pedibus subjecto Satana: dederat enim nobis potestatem conculcandi serpentes et scorpiones, et omnem potentiam hostis : docet dicitque Moabitidem conculcandam, quemadmodum calcant aream curribus. Illumque hisce verbis vel totum Moabiticum

[49] Luc. I, 69. [50] Luc. II, 30, 31. [51] Matth. XI, 28. [52] Isa. XXXV, 10.

Digitized by Google

cultum demonstrare dicimus : vel ex una regione idolorum cultrice, totum exemplum sumere, sermone, ut dixi, ad universam idololatriam extenso. Conculcabitur igitur, ait, veluti triturantium pedibus subjecta. Remittetque manus suas, quemadmodum et ipsa humiliavit ut perderet. Quis remittet manus? Idololatriæ inventor, qui errore implicat, quique hominem a Deo segregat, nempe Satanas. Remittet enim manus suas, id est, dissolventur omnes ejus vires, et vis ac energia practica. Figurate etenim pro energia et actione manus sumuntur. Quemadmodum namque ille in terra degentes humiliavit, ut cunctos perderet : pari modo, Christus ejus deprimet superbiam, id est, intolerandam insolentiam, qua in omnes utebatur : tantum non manum injiciens, et tyrannice suo sceptro eos, qui a Deo propter opera **357** bona remunerati sunt, submittens. Transit deinde sermo propheticus velut ad ipsam Moabitidem, sive ad profanam idololatriam, et inquit : Altitudinem refugii muri tui dejiciet. Altitudinem refugii muri dejectam, ipsum esse dicimus idololatriæ ac erroris antistitem, qui eam veluti muro cingit, coercetque ut consistat. Cæterum, inquit, cadet. Illum siquidem Christus demolietur, et ad solum usque, id est, in totum diruet. Videmus namque ex rebus ipsis, quod prænuntiatum est ad exitum pervenisse. Ceciderunt namque fana, et omnia quæ in templis erant, e medio sublata, nec sunt aræ amplius, non sacrificia, non incantamenta, non hi qui erroris ludibria exercebant. Omnia vero per Christum cessarunt, exortaque est hominibus terram incolentibus lux veritatis, invaluitque sol justitiæ, corda credentium in ipsum collustrans.

Cap. XXVI. Vers. 1. *Die illo cantabunt canticum istud in terra Judæ, dicentes : Ecce civitas munita, et salus nostra ponet murum et muri propugnaculum.*

Conculcata Moabitide, id est, cultu idolorum in totum sublato, juxta mentem jam ante expositam, hi qui errore liberati sunt, et ad lucem veritatis pertigerunt, apertis intelligentiæ oculis, agnoscent, inquit, universorum opificem et Dominum Servatorem et Redemptorem, per quem omnia, et in quo omnia, qui propter nos nostraque fuit deductus. Huic odas et melos veluti lyra præcinunt, glorificantesque dicunt : Ecce civitas munita et salus nostra. Est enim vere tanquam civitas quædam probe turri defensa et prorsus indelebilis, Dominus noster Jesus Christus sive spes in illum. Accipit enim eos qui diaboli tyrannidem effugiunt, acceptosque conservat. Ideoque dicebat : « Oves meæ vocem meam audiunt, et sequuntur me ; et ego do illis vitam æternam, et nemo eas de manu mea rapiet [83]. » Urbs videlicet munita et salutaris est Servator omnium, et urbs murum habens, et propugnaculum, omnem scilicet

A Φαμὲν δὲ δηλοῦν ἐν τούτοις αὐτὸν, ἢ τὴν Μωαβῖτιν λατρείαν, ἤγουν ἐκ μιᾶς χώρας τῆς εἰδωλολατρούσης ἅπαν δέχεσθαι τὸ παράδειγμα, κατὰ πάσης, ὡς ἔφην, τῆς εἰδωλολατρίας ἐκτεινομένου τοῦ λόγου. Οὐκοῦν καταπατηθήσεται, φησὶ, καθάπερ ποσὶν ἀλοώντων ὑποκειμένη. Ἀνήσει δὲ καὶ τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ὃν τρόπον καὶ αὐτὸς ἐταπείνωσε τοῦ ἀπολέσαι. Τίς ἀνήσει τὰς χεῖρας ; Ὁ τῆς εἰδωλολατρίας εὑρετὴς, ὁ συνέχων τὴν ἀπάτην, καὶ ἀποδουκολήσας Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον, τοῦτ' ἔστιν, ὁ Σατανᾶς. Ἀνήσει γὰρ τὰς χεῖρας αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστιν, ἐκλυθήσεται πᾶσα ἡ δύναμις αὐτοῦ, καὶ ἐνέργεια πρακτική· ἐνεργείας γὰρ εἰς τύπον αἱ χεῖρες λαμβάνονται. Ὥσπερ γὰρ αὐτὸς ἐταπείνωσε τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὥστε καὶ ἀπολέσαι σύμπαντας, κατὰ τὸν αὐτὸν τουτονὶ τρόπον ταπεινώσει B Χριστὸς τὴν ὕβριν αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστι, τὴν ἀφόρητον πλεονεξίαν ᾗ κατὰ πάντων ἐχρήσατο, μονονουχὶ τὰς χεῖρας ἐπάγων, καὶ σκήπτροις ἰδίοις ὑποφέρων ἐκ πλεονεξίας τοὺς ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς ἐκτισμένους παρὰ Θεοῦ. Εἶτα μέτεισιν ὁ λόγος τῷ προφήτῃ πάλιν. Ὡς πρὸς αὐτὴν τὴν Μωαβῖτιν, ἤτοι τὴν βέβηλον εἰδωλολατρίαν, καί φησιν· ὅτι Τὸ ὕψος τῆς καταφυγῆς τεῖχον τὸ ταπεινούμενον αὐτὸν εἶναί φαμεν τὸν τῆς εἰδωλολατρίας καὶ τῆς ἀπάτης προεστηκότα, καὶ οἷον ἀνατειχίζοντα αὐτὴν, καὶ συνέχοντα πρὸς τὰ συνεστάναι. Ἀλλὰ πεσεῖται, φησί. Καταβαλεῖ γὰρ αὐτὸ Χριστὸς, καὶ καταβιβάσει μέχρις ἐδάφους, τοῦτ' ἔστιν, εἰς τὸ παντελὲς, καὶ ὁρῶμεν διὰ πραγμάτων εἰς πέρας ἐκβεβηκὸς τὸ προηγγελμένον. Πεπτώκασι γὰρ τεμένη, καὶ τὰ ἐν σηκοῖς ἅπαντα γέγονεν ἐκποδών. Βωμοὶ δὲ C οὐκέτι καὶ θυσίαι, καὶ γοητεῖαι, καὶ οἱ τὰ τῆς ἀπάτης ἐπιτηδεύοντες παίγνια. Πέπαυται δὲ πάντα διὰ Χριστὸν, καὶ ἀνατέταλκε τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς τῆς ἀληθείας τὸ φῶς καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνισχόμενος ἥλιος τὰς τῶν πιστευόντων εἰς αὐτὸν καταφαιδρύνων καρδίας.

Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ᾄσονται τὸ ᾆσμα τοῦτο ἐπὶ γῆς τῆς Ἰουδαίας λέγοντες· Ἰδοὺ πόλις ὀχυρὰ, καὶ σωτήριον ἡμῶν θήσει τεῖχος καὶ περίτειχος.

Καταπατηθείσης γὰρ τῆς Μωαβίτιδος, τοῦτ' ἔστιν, ἀνῃρημένης εἰς ἅπαν τῆς τῶν εἰδώλων λατρείας, κατά γε τὸν ἤδη προαποδοθέντα νοῦν οἱ τῆς ἀπάτης ἀπηλλαγμένοι, καὶ πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας διελάσαντες φῶς, τὸν τῆς διανοίας ἀνευρύνοντες ὀφθαλμὸν ἐπιγνώ- D σονται μὲν, φησὶ, τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν καὶ Κύριον Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, τὸν δι' ἡμᾶς καθιγμένον ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς. ὨΙδὴν δὲ αὐτὴν καὶ μέλος καθάπερ ἐκ λύρας ἀνακρουόμενοι δοξολογοῦντες ἐροῦσιν· Ἰδοὺ πόλις ὀχυρὰ, καὶ σωτήριον ἡμῶν. Καὶ γάρ ἐστιν ἀληθῶς οἷά τις πόλις εὐπυργοτάτη καὶ ἀνάλωτος παντελῶς, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἤγουν ἡ εἰς αὐτὸν ἐλπίς. Δέχεται γὰρ τοὺς φεύγοντας τὴν τοῦ διαβόλου πλεονεξίαν, καὶ ἀνασώζει λαβών. Ταύτῃ τοι καὶ ἔφασκεν, ὅτι « Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούουσι, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι· κἀγὼ δίδωμι αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὐ μὴ ἁρπάσει τις ἐκ

[83] Joan. x, 26, 27.

Digitized by Google

τῆς χειρός μου αὐτά. » Πόλις τοιγαροῦν ὀχυρὰ, καὶ σωτήριος, ὁ πάντων Σωτὴρ, πόλις δὲ ἔχουσα τεῖχος καὶ περιέχουσα τεῖχος, τοῦτ' ἔστι, πᾶσαν ἀσφάλειαν. Αἱ γάρ τοι τῶν πόλεων εὖ μάλα τετειχισμέναι, καὶ οὐχ ἁπλῆν ἔχουσι τὴν περιβολὴν, ὠχύρωνται δὲ πρὸς τῷ μεγάλῳ τείχει, καὶ ἑτέρῳ προτειχίσματι. Εἰκὸς δὲ δὴ πάλιν τοὺς τὴν ᾠδὴν ἀναφέροντας περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἐκκλησίας εἰπεῖν, τὸ, Ἰδοὺ πόλις ὀχυρὰ καὶ σωτήριον ἡμῶν. Πύλαι γὰρ ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν· διέζωσται γὰρ καθάπερ τείχει τινὶ διπλῷ ταῖς τε παρὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἐπικουρίαις· καὶ μέν τοι τῇ ἄνωθεν καὶ παρὰ Θεοῦ ὃς ἐστι περίτειχος. Καὶ γὰρ αὐτῶν ἐστιν ἡ ἰσχὺς τῶν ἁγίων πνευμάτων, ἐπείπερ ἐστὶν αὐτός τε καὶ μόνος ὁ πάντων ὅλων δυνάμεων Κύριος. Ἰστέον δὲ ὅτι παρὰ τοῖς ἱεροῖς Γράμμασι Ἰούδας ἔσθ' ὅτε κατωνόμασται Χριστὸς, ὡς ἐκ φυλῆς γεγονὼς τῆς Ἰούδα, κατά γε τὴν Ἰακὼβ φωνὴν λέγοντος· « Ἰούδα, σὲ αἰνέσουσιν οἱ ἀδελφοί σου. » Ἐπὶ γῆς οὖν Ἰούδα τὸ μελῳδούμενον. Χριστοῦ γὰρ πόλις ἡ Ἐκκλησία.

A incolumitatem. Nam urbes optime cinctæ muris, non simplicem habent munitionem, et præter magnum murum etiam altero circummurali munimento obvallantur. **358** Estque præterea consentaneum veritati illos qui hanc odam decantant, de Ecclesia Servatoris nostri dicere illud : Ecce urbs munita et salutaris. Portæ enim inferorum contra eam non invalescent, juxta vocem Servatoris [84]. Est enim veluti quodam gemino muro circumcincta, cum sanctorum angelorum præsidio, tum superno et Dei, qui est propugnaculum. Est enim e ipsorum sanctorum spirituum robur : quippe qui solus est cunctarum potentiarum Dominus. Sciendum est etiam, in sacris Litteris Judam aliquando vocari Christum, veluti natum ex tribu Juda, juxta vocem Jacob, dicentis : « Juda, te laudabunt fratres B tui [85]. » In terra igitur Juda, melos cantatum est. Christi enim civitas est Ecclesia.

Ἀνοίξατε πύλας, εἰσελθέτω λαὸς φυλάσσων δικαιοσύνην, καὶ φυλάσσων ἀλήθειαν, ἀντιλαμβανόμενος ἀληθείας, καὶ φυλάσσων εἰρήνην· ὅτι ἐπὶ σοὶ ἠλπίσαμεν, Κύριε, ἕως τοῦ αἰῶνος.

Ὡς ἐπεγνωκότων ἤδη τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν δωμολογηκότων τε, ὅτι πόλις ἔσται ὀχυρὰ καὶ σωτήριος, τεῖχος ἔχουσα καὶ περίτειχος, λοιπὸν ἀναγκαίως τοῖς ἁγίοις μυσταγωγοῖς, ἀποστόλοις τέ φημι καὶ εὐαγγελισταῖς διακελεύεται, λέγον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς· Ἀνοίξατε πύλας· τοῦτ' ἔστιν, C ἀνευρύνατε τοῖς ἐθέλουσι τὴν διὰ πίστεως εἴσοδον, τὴν διὰ τῆς ἀμωμήτου μυσταγωγίας δρομὴν, καὶ εἰσίτω λαὸς φυλάσσων δικαιοσύνην, καὶ φυλάσσων ἀλήθειαν. Τὸ γὰρ θεῖον καὶ εὐαγγελικὸν, καὶ σωτήριον κήρυγμα διδάσκει μὲν τοὺς πιστεύοντας τὴν ὑπὲρ νόμον δικαιοσύνην, βεβαίους δὲ εἶναι πρὸς ἀληθείας τήρησιν. Οὐ γὰρ ἔτι τὴν ἐν τύποις καὶ σκιαῖς εἰσφέρει λατρείαν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ παλαιὸς νόμος, ἀλλὰ τὴν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἀλήθεια. Ἐπιλαμβάνεται δὲ ἀληθείας. Ἐφεῖται γὰρ, ὡς ἔφην, οὐ τῶν ἐν σκιαῖς, ἀλλὰ τῶν διὰ Χριστοῦ ὃς ἐστιν ἡ ἀλήθεια. Φυλάττονται δὲ καὶ εἰρήνην. Πῶς ἢ τίνα τρόπον; Εἰσδεχθεὶς γὰρ ὅλως παρὰ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην καταλύσαι ἔχθραν· διειστήκει γὰρ αὐτοῦ πλανώμενος· ἀκλόνητος ἔσται προσκυνητής. Καὶ τοῦτο πληροῦν ἡμᾶς ὁ μακάριος Παῦλος ἀναπείθει γράφων· « Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ἐμαχόμεθα γὰρ τῷ Θεῷ τῇ κτίσει λατρεύοντες καὶ τοῖς τῆς σαρκὸς πάθεσιν ἐνεχόμενοι. Φίλοι δὲ καὶ εἰρηνικοὶ χρηματίζομεν αὐτῷ καὶ μόνῳ λέγοντες· Κύριε, ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν. Τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν, καὶ πρός γε τούτῳ τῆς ἐξαιρέτου ζωῆς καὶ εὐαγγελικῆς πολιτείας οἱά τινα στέφανον ἀναδησάμενοι, τὰ αὐχήματα περὶ τῶν τοιούτων εἰκότως ἂν λέγοιτο διὰ τῆς τῶν ἁγίων

VERS. 2-4. *Aperite portas ; ingrediatur populus custodiens justitiam, et custodiens veritatem, apprehendens veritatem, et custodiens pacem ; quia in te speravimus, Domine, usque ad perpetuum.*

Cum agnoverint jam per universam terram Dominum nostrum Jesum Christum, eumque confessi fuerint urbem esse munitam et salutiferam, murum habentem et propugnaculum : deinceps peropportune sanctis mystagogis, apostolis, inquam, et evangelistis præcipit Spiritus sanctus voce prophetæ, dicens : Aperite portas, id est, patefacite aditum per fidem his qui volunt, et per inculpatam mysteriorum institutionem, ingressum, et ingrediatur populus custodiens justitiam et custodiens veritatem. Nam divina, et evangelica, et salvifica prædicatio docet credentes justitiam supra legem ut constanter veritatem retineant. Nec enim jam typicum aut umbratilem, sicut certe antiqua lex, sed spiritualem et verum cultum inducit : et hæc est veritas. Apprehendens veritatem. Nimirum appetit, ut dixi, non ea quæ in umbris sita sunt, sed quæ sunt per Christum, qui est veritas. Custodiens pacem. Qui aut quomodo? Nam omnino susceptus a Christo, et vetere illa inimicitia dirempta (errans enim ab illo dissidebat), immotus D erit firmusque cultor. Hoc implere illum beatus Paulus nobis fidem facit, scribens : « Justificati igitur ex fide, pacem habemus apud Deum, per Dominum nostrum Jesum Christum [86]. » Repugnabamus enim Deo, **359** dum creaturæ serviremus, carnisque perturbationibus teneremur. Amici vero et pacati vocamur, ei soli dicentes : Domine, extra te alium non scimus, nomen tuum nominamus. Præterea vitæ præstantis, et evangelicæ conversationis ornamento, velut corona quadam, redimiti sunt. De quibus merito dici possit illud jactatum hac voce sanctorum ad Deum : In te, Domine, spe-

[84] Matth. XVI, 18. [85] Gen. XLIX, 8. [86] Rom. V, 1.

Digitized by Google

ravimus usque in sæculum. Non enim unquam A sperare in Deum desistent, sed potius de eo jugiter gloriabuntur.

φωνῆς πρὸς Θεὸν, ὅτι Ἐπὶ σοὶ ἠλπίσαμεν, Κύριε, ἕως τοῦ αἰῶνος. Οὐ γὰρ καταλήξουσι τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος, διηνεκῶς δὲ μᾶλλον ἐπ' αὐτῷ καυχήσονται.

Vers 5, 6. *Deus magne, æterne, qui humilians detraxisti habitantes in excelsis ; urbes munitas destrues, et sternes ad terram usque. Et proculcabunt eos pedes mansuetorum, et humilium vestigia.*

Ὁ Θεὸς ὁ μέγας, ὁ αἰώνιος, ὃς ταπεινώσας κατήγαγες τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν ὑψηλοῖς· πόλεις ὀχυρὰς καταβαλεῖς, καὶ κατάξεις αὐτὰς ἕως ἐδάφους. Καὶ πατήσουσιν αὐτὰς πόδες πραέων, καὶ ταπεινῶν ἴχνη.

De rebus valde admirabilibus solent sancti prophetæ gratias Deo omnium dominatori referre, et tanquam exsilire gaudio. Cujus ingenuitatis summæ argumentum evidens hoc esse poterit. Etenim impendio gaudent, videntes Dei gloriam amplificatam, et qui ei invident, impuros, inquam, dæmonas e medio sublatos, ad hæc Satanam quoque, B quos munitis urbibus comparat, et in excelsis habitare contendit. Alta enim sapiunt, et tument, ita ut contra manum Dei se efferant, putentque immaniter resistendo, se nihil passuros damni, sed regnum ubique in terræ incolas obtenturos. Verum tu, inquit, et solus Deus magnus es et æternus, idque adeo ex rebus ipsis demonstrasti ; humiliando enim, eos qui in excelsis erant deduxisti, id est, superborum robur conquassasti, elatos licet et arrogantes ad terram depressisti, et quasi urbes munitas excidisti funditus. Hoc enim est, usque ad terram. Dedistique eos conculcandos pedibus mansuetorum et humilium. Qui autem sunt isti ? annon oraculorum Servatoris custodes ? qui Dominum suum imitari student, acclamantem et dicentem : C « Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego refocillabo vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris [57]. » Rursus memores sumus ejus qui dixit : « Ecce dedi vobis potestatem **360** calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem inimici potentiam [58]. » Calcatus est enim draco apostata, et super aspidem et basiliscum incedimus, qui in auxilio Altissimi habitare volumus, esseque sub umbraculo Dei cœlestis, Christi videlicet ; nam in cœlo adoratur. « Quando enim, inquit, primogenitum inducit in orbem terrarum, ait : Et adorent eum omnes angeli Dei [59]. »

Περὶ πραγμασι τοῖς ἄγαν τεθαυμασμένοις, ἀνακομίζειν ἔθος τοῖς ἁγίοις προφήταις τὰ χαριστήρια τῷ πάντων κρατοῦντι Θεῷ, καὶ οἷον ἀνασκιρτᾷν ἐκ περιχαρείας. Γνησιότητος δὲ τῆς εἰς ἄκρον ἐπίδειξις ἐναργὴς γένοιτ' ἂν τὸ χρῆμα αὐτοῖς. Χαίρουσι γὰρ λίαν κατευρυνομένην ὁρῶντες τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν καὶ τοὺς ταύτῃ βασκαίνοντας ἐκ μέσου γεγενημένους· φημὶ δὴ τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας, καὶ πρός γε τούτοις τὸν Σατανᾶν· οὓς καὶ πόλεσιν ὀχυραῖς παρεικάζει, καὶ κατοικεῖν ἐν ὑψηλοῖς διεβεβαιώσατο. Φρόνημα γὰρ ἐν αὐτοῖς ὑψηλόν πως ἀεὶ καὶ ὑπέρογκον, ὥστε καὶ αὐτῆς τῆς τοῦ Θεοῦ κατεπαίρεσθαι χειρὸς, οἴεσθαί τε προσκεκρουκότας ἀγρίως, ἀδικηθήσεσθαι μὲν οὐδὲν, βασιλεύειν δὲ διὰ παντὸς τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀλλὰ σὺ, φησὶ, καὶ μόνος Θεὸς ὁ μέγας αἰώνιος· καὶ ἐξ αὐτῶν τοῦτο δέδειχας τῶν πραγμάτων· ταπεινώσας γὰρ κατήγαγες τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν ὑψηλοῖς. Τοῦτ' ἔστι, κατέσεισας τὴν τῶν ὑπερηφάνων ἰσχὺν, ὑψηλοὺς ὄντας, καὶ ἀλαζόνας κατεκόμισας εἰς γῆν, καὶ ὡς πόλεις ὄντας ὀχυρὰς ἐκ βάθρων καθεῖλες. Τοῦτο γὰρ τὸ ἕως ἐδάφους. Δέδωκάς τε αὐτοὺς εἰς καταπάτημα τοῖς ποσὶ τῶν πραέων, καὶ ταπεινῶν. Τίνες δὲ οὗτοι πάλιν, ἢ οἱ τῶν τοῦ Σωτῆρος θεσπισμάτων γνήσιοι φύλακες ; οἱ τὸν ἑαυτῶν Δεσπότην ἀπομιμεῖσθαι σπουδάζοντες ἐπιφωνῶντα καὶ λέγοντα· « Δεῦτε πρὸς μὲ, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. » Μεμνήμεθα δὲ πάλιν εἰπόντος αὐτοῦ· « Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. » Πεπάτηται γὰρ ὁ δράκων ὁ ἀποστάτης· καὶ ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπέβημεν, οἱ κατοικεῖν ἐθέλοντες ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην γεγονότες τοῦ Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ, δῆλον δὲ ὅτι Χριστοῦ, προσκυνεῖται γὰρ ἐν οὐρανῷ· « Ὅταν γὰρ, φησὶν, εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· Καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. »

Vers. 7, 8. *Via piorum recta facta est, et præparata via piorum. Via enim Domini judicium. Speravimus in nomine tuo, et in memoria quam desideravit anima nostra.*

Ὁδὸς εὐσεβῶν εὐθεῖα ἐγένετο, καὶ παρεσκευασμένη ἡ ὁδὸς τῶν εὐσεβῶν. Ἡ γὰρ ὁδὸς Κυρίου κρίσις. Ἠλπίσαμεν ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου, καὶ ἐπὶ τῇ μνείᾳ ᾗ ἐπεθύμει ἡ ψυχὴ ἡμῶν.

Beatus propheta Jeremias evangelicæ conversationis et justitiæ in Christo meminit, dicens veritatis amatoribus : « State in viis, et interrogate semitas Domini æternas, et videte quæ sit via bona, et incedite in ea, et invenietis purificationem animabus vestris [60]. » Semitæ enim et viæ

Ὁ μακάριος προφήτης Ἱερεμίας, τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ δικαιοσύνης διαμέμνηται, λέγων τοῖς ἀληθείας ἐρασταῖς· « Στῆτε ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς, καὶ ἐρωτήσατε τρίβους Κυρίου αἰωνίους, καὶ ἴδετε ποία ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθὴ, καὶ βαδίσατε ἐν αὐτῇ, καὶ εὑρήσετε ἁγνισμὸν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. » Τρί-

[57] Matth. xi, 28, 29. [58] Luc x, 19. [59] Hebr. i, 6. [60] Jerem. vi, 16.

Digitized by Google

δοι μὲν γὰρ καὶ ὁδοὶ Κυρίου τῶν ἁγίων προφητῶν οἱ λόγοι, καὶ τῆς διὰ Μωσέως ἐντολῆς, ἡ ὡς ἐν σκιᾷ καὶ τύποις προαγόρευσις μυστηρίου τοῦ κατὰ Χριστόν. Ταυτασὶ τοιγαροῦν τὰς τρίβους διερευνώμενοι μανθάνομεν τὴν ὁδὸν τὴν ἀγαθὴν, τοῦτ' ἔστι, τὴν ἐν Χριστῷ πολιτείαν· βαδίσαντες ἐν αὐτῇ ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς, τὸν ἀληθῆ καὶ διὰ πνεύματος ἁγνισμὸν εὑρήσομεν. Εὐθεῖαν τοίνυν φησὶ γενέσθαι τῶν εὐσεβῶν τὴν ὁδὸν, πῶς γὰρ οὐκ εὐθεία καὶ ἄτραχυς, καὶ οὐδὲν ἔχουσα παντελῶς ἄναντες, ὅτε τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως λέγοντες δικαιούμεθα, καὶ τὴν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος καταπλουτοῦμεν κάθαρσιν; Εὐθεῖα δὲ καὶ ἑτέρως ἡ τῶν εὐσεβούντων ὁδός. Ἀνῃρημένων γὰρ τῶν ἐχθρῶν, καὶ καθῃρημένης τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας καὶ πάσης δυσχερείας ἐψιλωμένης, τί τὸ ἀνθεστηκὸς ἔτι, καὶ παραλύειν δυνάμενον τῆς εὐσεβείας τοὺς ἐραστάς; Θέα δὲ ὅπως καταλειανθείσης τῆς τῶν εὐσεβούντων ὁδοῦ τρόπον τινὰ τῶν ἐν τύποις καὶ σκιαῖς ἀνατροπὴν ἔσεσθαί φησι. Ἐπιφέρει γὰρ οὐχ ἁπλῶς, τὸ, Ἡ ὁδὸς Κυρίου κρίσις· τουτέστιν, οὐ μόσχων προσαγωγαὶ, οὐ προβάτων σφαγαὶ, οὐ πόπανα καὶ λιβανωτοί· κρίσις δὲ μᾶλλον, τοῦτ' ἔστι, δικαιοσύνη. Ἔθος γὰρ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ τῷ τῆς κρίσεως ὀνόματι τὴν δικαιοσύνην ὑποδηλοῦν. Καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ· « Τιμὴ, φησὶ, βασιλέως κρίσιν ἀγαπᾷ, » τοῦτ' ἔστιν, τὴν δικαιοσύνην· ἐν τιμῇ γὰρ τῇ παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις πᾶσά ἐστι βασιλεία φιλοῦσα δικαιοσύνην. Οὐκοῦν ἡ ὁδὸς Κυρίου κρίσις. Χαίροντας δὲ λίαν εἰσκομίζει πάλιν τοὺς τὴν εὐθεῖαν ταύτην βαδιουμένους ὁδόν· φασὶ γὰρ, ὅτι Ἠλπίσαμεν ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου, καὶ ἐπὶ τῇ μνείᾳ ᾗ ἐπεθύμει ἡ ψυχὴ ἡμῶν. Πᾶσα γὰρ ἡμῶν ἡ ἐλπὶς εἰς Χριστὸν, οὗ καὶ ἀεὶ μεμνήμεθα, ταύτην ἔχοντες τὴν ἐπιθυμίαν, ὅτι καὶ δι' αὐτῆς σεσώσμεθα.

A Domini sunt sermones sanctorum prophetarum, et Mosaicæ præceptionis mysteriique de Christo velut in umbra et figuris prædictio. Itaque has semitas pervestigantes, viam bonam discimus, id est, Christianæ vitæ institutionem, et incedentes in ea nostris animabus veram et spiritualem purificationem inveniemus. Rectam ergo piorum viam factam dicit. Qui enim non esset recta ac plana, nihilque omnino habens prærupti, quando, verbum fidei dicentes, justificamur : et per sacrosanctum baptisma abunde ac perfecte repurgamur Recta vero est et alio modo via piorum. Nam sublatis hostibus, et amota diaboli tyrannide, omnique difficultate expedita, quid est quod obsistat amplius, aut quod pietatis amantes possit labefactare? Specta autem, B quomodo via piorum quodammodo levigata typicorum et umbratilium eversionem fore dicat. Infert enim non simpliciter illud : Via Domini judicium, id est, non vitulorum oblationes, non ovium mactationes, non liba, aut thura, sed judicium potius, id est, justitia. Mos enim est Scripturæ divino afflatu præditæ, judicii nomine justitiam subindicare, quemadmodum etiam et beatus David : « Honor, inquit, regis judicium diligit [61], » id est, justitiam. In honore namque est, tum apud Deum, **361** tum apud homines, omne regnum diligens justitiam. Itaque via Domini judicium. Rursus inducit eos oppido quam gaudentes, qui rectam hanc viam ingrediuntur. Dicunt enim : Speravimus in nomine tuo, et in memoria quam desiderat anima nostra. C Omnis siquidem spes nostra in Christum conjecta est, cujus sumus etiam semper memores, hoc habentes desiderium, quia et inde servati sumus.

Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σὲ, ὁ Θεὸς, διότι φῶς τὰ προστάγματά σου ἐπὶ τῆς γῆς.

VERS. 9. *De nocte vigilat spiritus meus ad te, Deus, propterea quod lux præcepta tua super terram.*

Νύκτα καλεῖ, τὸν πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου καιρόν· ὄρθρον δὲ τὴν προφητικὴν πρόγνωσιν· φῶς δὲ ἀληθινὸν τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης Χριστοῦ, ὃ καὶ τῆς ἁπανταχοῦ γῆς μαθεῖν ἐγκελεύεται. Καὶ γὰρ οὐκ ἀπὸ φύσεώς φησι τὸ μαθεῖν, ὥσπερ τὸ βλέπειν ἢ τὸ βαδίζειν, ἀλλ' ἀπὸ σπουδῆς καὶ ἐπιμελείας. Ὁ δὲ μὴ μαθὼν ἐκ ζώντων ἀρθήσεται, D καὶ τὴν δόξαν Χριστοῦ οὐκ ὄψεται. Οἱ λέγοντες· Ἠλπίσαμεν ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου, καὶ ἐπὶ τῇ μνείᾳ, ᾗ ἐπεθύμει ἡ ψυχὴ ἡμῶν προσεπάγουσιν ἀναγκαίως καὶ τοῦτο. Τὸν γάρ τοι θεῖον εἰς νοῦν εἰσοικισάμενοι φωτισμὸν, καὶ τῆς ἀρχαίας ἀπάτης τὸν σκότον ἀποπεμψάμενοι, καὶ τὴν τῆς ἁμαρτίας ἀχλὺν κατηφανισμένην ὁρῶντες, ἀναφέρουσιν ᾠδὰς τὰς χαριστηρίους, καθάπερ ἐκ νυκτὸς, καὶ σκότους ὀρθρίζειν λέγοντες, οἷον διαυγαζούσης ἐν αὐταῖς τῆς νοητῆς ἡμέρας, καὶ ἑωσφόρου λοιπὸν ἀνατέλλοντος ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καθὰ γέγραπται. Τοῖς τοιούτοις καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐπιστέλλει, καί φησιν· « Οἱ ποτὲ σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ. » Καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι· « Οὐ γάρ

Noctem vocat tempus quod incarnationem præcessit : mane autem propheticam prænotionem, lucem autem veram, Evangelium solis justitiæ Christi, quod ubique terrarum disci præcipitur. Nec enim a natura disci ait quemadmodum natura videmus aut incedimus, sed cura et studio. Qui vero non didicerit, de medio vivorum tolletur, et Christi gloriam non videbit. Qui dicunt : Speravimus in nomine tuo et in memoria quam concupivit anima nostra, adducunt porro necessario et illud. Divino enim lumine in mentem velut domicilium admisso, et inveterata erroris caligine amandata, cum peccati nubem amotam conspicantur, odas gratiarum referunt, quasi de nocte et ex tenebris evigilare ac surgere mane dicentes, elucente in illis, quæ sub mentis notionem cadit, die, et lucifero denuo exoriente in cordibus eorum, sicut scriptum est. Talibus etiam divinus Paulus missa epistola ait : « Qui quondam tenebræ, nunc autem lux in Domino [62]. » Et alibi : « Nec enim sumus noctis aut tenebrarum, sed lucis

[61] Psal. xcviii, 4. [62] Ephes. v, 8.

Digitized by Google

filii et filii dici [65]. » Illustratur siquidem credentium mens evangelicis vaticiniis. Hinc dicit etiam divinus David, velut ad Dominum nostrum Jesum Christum : « Lucerna pedibus meis lex tua, et lumen semitis meis [66]. » Caligine etenim velut et obumbrationibus nimirum litteræ, sapientissimi Mosis lex quasi incrassata est. Sed in evangelicis præconiis, nuda et pellucida veritatis forma apparet, et mentem exhilarat piorum sensibus instar luminis infusum.

ἐσμεν νυκτὸς, οὐδὲ σκότους, ἀλλὰ υἱοὶ φωτὸς, καὶ υἱοὶ ἡμέρας. » Καταλαμπρύνεται γὰρ τῶν πιστευόντων ὁ νοῦς τοῖς εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασι. Ταύτῃ τοί φησι καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ὡς πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· « Λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς τοῖς τρίβοις μου. » Ἀχλύῖ μὲν γὰρ οἱονεί πως καὶ κατασκιάσμασι τοῖς ἀπό γέ φημι τοῦ γράμματος, ὁ διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως κατεπαχύνετο νόμος. Ἐν δέ γε τοῖς εὐαγγελικοῖς κηρύγμασι γυμνὸν καὶ διαφανὲς τὸ τῆς ἀληθείας ἐκφαίνεται κάλλος, καὶ καταφαιδρύνει τὸν νοῦν ταῖς τῶν εὐσεβούντων διανοίαις φωτὸς δίκην εἰσχεόμενον.

VERS. 10. *Justitiam discite qui inhabitatis terram. Cessavit enim impius. Omnis qui* **362** *non didicerit justitiam in terra, veritatem non faciet. Tollatur impius, ne videat gloriam Domini.*

Δικαιοσύνην μάθετε, οἱ ἐνοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς. Πέπαυται γὰρ ὁ ἀσεβής. Πᾶς ὃς οὐ μὴ μάθῃ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλήθειαν οὐ μὴ ποιήσῃ. Ἀρθήτω ὁ ἀσεβὴς, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν Κυρίου.

Dixit alicubi voce prophetæ Deus : « Et erunt omnes docti a Deo [68]. » Vide ergo quo pacto in his verbis sermo nobis inducat Christum fuisse veluti mystagogum quemdam gentibus in ipsum credentibus. Nam qui semel agnoverunt ejus præcepta lucem esse super terram his oportuit ; oportuit, inquam, cognitionem ejus quod est utile, ab eo inseri. « O vos, » inquit, « qui inhabitatis terram, discite justitiam. » Similis est illi vox Davidica : « Audite hæc omnia, gentes ; aures advertite, omnes qui inhabitatis orbem terrarum [69]. » Lex siquidem quæ in littera est, rudimentis solum carnalem Israelem informavit. Dominus autem noster Jesus Christus, mansuetudinis lino expanso, terram universam sub cœlo quasi illaqueavit. Merito igitur illis qui universam terram incolunt, consulit, dicens : Justitiam ab illo dictam, id est, evangelicam eis discendam esse. Quod autem damno non careat, illius sermonibus non obtemperare, adjungit porro et ait : Cessavit enim impius. Omnis qui non discit justitiam in terra, veritatem non faciet. Abibit enim, inquit, in exitium et interitum, ac velut exstinguetur. Istud enim puto significare, Cessavit. Omnis qui non admiserit justitiæ evangelicæ cognitionem, et qui veritatem non fecerit. Veritatem rursus hic vim Christianæ conversationis appellat, adorationemque ac cultum in spiritu atque veritate. Umbram enim habens lex futurorum bonorum, et non ipsam rerum imaginem, non erat veritas. Christus autem, illiusque vaticinia, justitia et veritas non immerito possint intelligi, illudque, puto, dicendum est : Factus est nobis a Patre justitia Christus, estque præterea veritas. Discite igitur justitiam, inquit, et veritatem : nimirum, enm qui vere Filius est, et universorum opifex ac Dominus, agnoscite. Tolletur quippe et exterminabitur omnis impius, ne videat gloriam Domini. Ejusmodi est illud quo Christus Judaicum populum alloquitur : « Amen, amen dico vobis, quia si non credideritis quod ego sum, in peccatis vestris moriemini [67]. » Et rursus : « Qui credit in Filium, non judicatur. Qui autem non credit, jam iudicatus est, quia non credi-

Ἔφη που ὁ Θεὸς διὰ φωνῆς προφήτου· « Καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ Θεοῦ. » Ὅρα δὴ οὖν ὅπως ἐν τούτοις ἡμῖν ὁ λόγος μυσταγωγὸν ὥσπερ τινὰ τοῖς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσασιν αὐτὸν εἰσκομίζει γεγονότα Χριστόν. Ἔδει γὰρ, ἔδει τοῖς ἅπαξ ἐπεγνωκόσιν, ὅτι φῶς εἰσι τὰ προστάγματα αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς, τὴν τοῦ συμφέροντος εἴδησιν ἐνίεσθαι παρ' αὐτοῦ. « Ὦ τοίνυν, φησὶν, οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς μάθετε δικαιοσύνην. » Ἔοικε δὲ τοῦτο τῷ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ· « Ἀκούσατε ταῦτα, πάντα τὰ ἔθνη· ἐνωτίσασθε, πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. » Ὁ μὲν γὰρ ἐν γράμμασι νόμος πεπαιδαγώγηκε μόνον τὸν κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ, ὁ δέ γε Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὸ τῆς ἡμερότητος ἁπλώσας λίνον ὅλην σεσαγήνευκε τὴν ὑπ' οὐρανόν. Εἰκότως οὖν ἄρα καὶ τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν συμβουλεύει, λέγων, ὅτι Χρὴ μανθάνειν αὐτοὺς, τὴν δι' αὐτοῦ λαληθεῖσαν δικαιοσύνην, τοῦτ' ἔστι, τὴν εὐαγγελικήν. Ὅτι δὲ τὸ ἀπειθεῖν τοῖς παρ' αὐτοῦ λόγοις οὐκ ἀζήμιον, προσεπάγει καί φησι· Πέπαυται γὰρ ὁ ἀσεβής. Πᾶς ὃς οὐ μὴ μάθῃ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς ἀλήθειαν οὐ μὴ ποιήσῃ, οἰχήσεται γὰρ, φησὶν, εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν, καὶ οἷον ἀπρόσβεστος ἀπόλειται. Τοῦτο γὰρ οἶμαι τὸ Πέπαυται δηλοῦν. Πᾶς εἴ τις μὴ προσδέξηται τῆς δικαιοσύνης τῆς εὐαγγελικῆς τὴν εἴδησιν, καὶ ὃς ἂν μὴ ποιήσῃ τὴν ἀλήθειαν. Ἀλήθειαν δὲ πάλιν ἐν τούτοις τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας ἀποκαλεῖ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν ἐν πνεύματί τε καὶ ἀληθείᾳ προσκύνησιν, καὶ λατρείαν. Σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, καὶ οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, οὐκ ἦν ἀλήθεια. Χριστὸς δὲ καὶ τὰ αὐτοῦ θεσπίσματα νοοῖτ' ἂν εἰκότως δικαιοσύνη καὶ ἀλήθεια. Οἶμαι δὲ δεῖν κἀκεῖνο εἰπεῖν, Γέγονεν ἡμῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς δικαιοσύνη Χριστὸς, ἔστι δὲ πρὸς τούτῳ καὶ ἀλήθεια. Μάθετε τοίνυν τὴν δικαιοσύνην, φησὶ, καὶ τὴν ἀλήθειαν· τοῦτ' ἔστιν, ἐπίγνωτε τὸν ἀληθῶς Υἱὸν καὶ τὸν ὅλων δημιουργὸν καὶ Κύριον. Ἀρθήσεται γὰρ καὶ ἐκ μέσου γενήσεται πᾶς ὁ ἀσεβὴς, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν Κυρίου. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ δι' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ τοῖς Ἰουδαίοις δήμοις προσπεφωνημένον· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν μὴ πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις

[65] I Thess. v, 5. [66] Psal. CXVIII, 105. [68] Isa. LIV, 13 ; Joan. VI, 45. [69] Psal. XLVIII, 2. [67] Joan. VIII, 24.

Digitized by Google

ὑμῶν ἀποθανεῖσθε. » Καὶ πάλιν· « Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν οὐ κρίνεται, ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.» Ὁ δὲ ἅπαξ κατακεκριμένος, καὶ ταῖς ἰδίαις ἐναποθανὼν ἁμαρτίαις, πῶς ἂν ἴδοι τὴν δόξαν Κυρίου; Οὐ γὰρ συνέσται Χριστῷ, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ δόξης κατ' οὐδένα τρόπον μετεσχηκὼς, τὸν τῶν ἁγίων οὐκ ὄψεται κλῆρον.

A dit in **363** nomen unigeniti Filii Dei [68.69]. » Qui autem semel condemnatus est, propriisque peccatis immortuus, qui poterit gloriam Domini videre? Non enim erit cum Christo, ejusque gloriæ nullo modo particeps, sanctorum sortem non videbit.

Κύριε, ὑψηλός σου ὁ βραχίων, καὶ οὐκ ἤδεισαν· γνόντες δὲ αἰσχυνθήσονται. Ζῆλος λήψεται λαὸν ἀπαίδευτον, καὶ νῦν πῦρ τοὺς ὑπεναντίους ἔδεται.

Vers. 11. *Domine, excelsum tuum brachium, et non cognoverunt : cum vero sciverint, erubescent. Æmulatio apprehendet populum ineruditum, et nunc ignis adversarios comedet.*

Ἀπειλοῦντος Θεοῦ τοῖς μὴ μανθάνουσι δικαιοσύνην, καὶ τοῖς μὴ ποιοῦσι τὴν ἀλήθειαν· κατά γε τοὺς ἀρτίως ἡμῖν προαποδοθέντας λόγους εἰς ἀνάμνησιν ὁ προφήτης ἔρχεται τῆς τοῦ Ἰσραὴλ ἀγνοίας τε ἅμα καὶ ἀπειθείας. Ὁ μὲν γὰρ τῶν ὅλων δημιουργὸς Θεὸς Λόγος, ὁ παναλκὴς τοῦ Πατρὸς βραχίων, δι' οὗ τὰ πάντα προήχθη πρὸς γένεσιν, ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ Πατρὸς ὑπάρχων ἑαυτὸν καθῆκεν εἰς ἑκούσιον κένωσιν, καὶ τεταπείνωκεν ἑαυτὸν, καθὰ γέγραπται, γενόμενος ἄνθρωπος, ἵνα δικαιώσῃ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, διὰ πίστεως δὲ δηλονότι τῆς εἰς ἑαυτόν· καὶ εἰργάζετο μὲν τὰ ὑπὲρ λόγον, καὶ διὰ τῆς τῶν δρωμένων μεγαλοπρεπείας, ὅτι καὶ Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐστὶν, ἠξίου γνωρίζεσθαι, λέγων· « Εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ Πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι· εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις πιστεύετε. » Εἰ δὲ καί τοι τῶν οὕτω τεθαυμασμένων θεωροὶ γεγονότες, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ λόγων αὐτήκοοι, σκληροὶ καὶ ἀνυπόθετοι μεμενήκασι, μᾶλλον δὲ καὶ ἀπύλωτον ἐσχήκασι στόμα. Τετολμήκασι γὰρ Σαμαρείτην, καὶ μέθυσον καὶ τέκτονος υἱὸν, καὶ τὰ ἔτι τούτων ἀπηχέστερα δυσσεβοῦντες εἰπεῖν. Ταῦτα τοίνυν διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος ἁδουχίας προεγνωκὼς ὁ προφήτης ποιεῖται τοὺς λόγους πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατέρα καὶ Θεὸν, καί φησι, Κύριε, ὑψηλός σου ὁ βραχίων, καὶ οὐκ ἤδεισαν. Τῇ μὲν γὰρ ἀξίᾳ τῆς ἰδίας ὑπεροχῆς, καὶ ὡς ἐν δόξῃ τῇ θεοπρεπεῖ, μέγας καὶ ὑψηλός· καὶ μέν τοι καὶ παναλκής ἐστιν ὁ βραχίων τοῦ Πατρὸς, τοῦτ' ἔστιν, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα γέγονε Θεὸς Λόγος. Ἐπειδὴ δὲ ὤφθη μετὰ σαρκὸς ἠγνοήκασιν αὐτοῦ τὴν δόξαν. Πλὴν αἰσχυνθήσονται, φησὶν, εἰ μάθοιεν αὐτὸν ὄντα δηλονότι τὸν ζωοποιὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον. Ἔμαθον δὲ τίνα τρόπον; Αὐτοὶ μὲν γὰρ τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας ἀπεκτείνασι, καὶ τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ ἠρνήσαντο, καθάπερ φησὶν ὁ θεσπέσιος Πέτρος. Ἐπειδὴ δὲ τὰ τοῦ θανάτου δεσμὰ διαῤῥήξας τριήμερος ἀνέβιω Χριστὸς, καὶ τοῦτο ἐγνώκασιν οἱ τῶν Ἰουδαίων μάλιστα καθηγηταὶ, τότε δὴ, τότε καὶ κατησχύνθησαν, καὶ γοῦν δεδιότες μὴ ἄρα πως ἔκπυστον εἰς ἅπαντας τὸ τῆς ἀναστάσεως γένοιτο μυστήριον, ἀργύρια ἱκανὰ δεδώκασι τοῖς στρατιώταις, καθὰ γέγραπται· ἵνα εἴπωσιν ὅτι « Οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς ἐλθόντες ἔκλεψαν αὐτόν. » Αἰσχυνθήσονται δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον. Ὅταν γὰρ ἴδωσιν αὐτὸν ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος ἐρχόμενον ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς μετὰ τῶν ἀγγέλων, τότε καὶ ἐντροπὴν ἕξουσι τὴν

Cum Deus sit comminatus illis qui justitiam non discunt, et veritatem non faciunt, juxta verba jam ante a nobis exposita, propheta in mentionem Israeliticæ ignorationis simul et inobedientiæ incidit. Nam universorum opifex Deus Verbum, fortissimum Patris brachium, per quem omnia in lucem ortumque producuntur, in forma et æqualitate Patris exsistens, sese ad voluntariam exinanitionem demisit, seque ipse humiliavit, ut scriptum est, factus homo, ut eos qui in terra sunt justificaret, per fidem scilicet in ipsum : ac quæ orationem excedunt, operatus est, et cum Deus, et ex Deo natura esset, ex rerum gestarum magnitudine dignatus est innotescere, inquiens : « Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere : si facio, etsi mihi non creditis, operibus credite [70]. » At isti rerum tam mirabilium spectatores, ejusque sermonum auditores ipsissimi, præfracti tamen et admonitionis impatientes remanserunt, imo potius oris sui fores patulas effrenesque habuerunt. Nam Samaritanum eum, et ebriosum, et fabri filium, et nominibus adhuc odiosioribus impii audebant appellare. Cum hæc face spiritus præscivisset propheta, verba hæc ad Patrem ac Deum in cœlis facit, et inquit : Domine, excelsum tuum est brachium, et non cognoverunt. Etenim ex suæ præstantiæ dignitate, et velut ex divina gloria magnus et excelsus est, et prævalidum Patris brachium, nimirum per quem fiunt omnia Deus Verbum. Postquam autem in carne apparuit, ejus ignoraverunt gloriam. Verum erubescent, inquit, ubi eum didicerint esse, videlicet vivificum Dei Verbum. Didicerunt autem quomodo? Nam ipsi principem salutis interfecerunt, et sanctum Israel negaverunt, sicut ait divinus Petrus [71]. Posteaquam autem vincula mortis dirupisset, tertia die revixit : **364** quod Judæorum maxime doctores resciverunt. Tunc, tunc sane erubuerunt, et veriti nequando resurrectionis mysterium in vulgus percelebraretur, multum argentum dederunt militibus, sicut scriptum est, ut dicerent : « Discipuli ejus noctu venientes furati sunt illum [72]. » Erubescent etiam alio modo. Quando enim viderint in consummatione sæculi venientem, in gloria Patris cum sanctis angelis, tunc etiam pudore infinito suffundentur. Nam filii sponsi cum essent, propter patres, ipsorum enim erant promissiones et legislatio et testamentum, missi tamen

[68.69] Joan. III, 18. [70] Joan. X, 37, 38. [71] Act. III, 14, 15. [72] Matth. XXVIII, 13.

Digitized by Google

sunt in tenebras extremas. Ineruditum itaque populum nominat eos merito. Et æmulatio, inquit, apprehendet eos, et ignis adversarios comedet. Cum enim abjecti fuerint, et spe in Christum ejecti, et declarati a repromissionibus alieni, gentesque fuerunt assumptæ: hinc æmulatione conficiuntur, et tanquam igne quodam invidiæ videlicet miséri consumpti manent. Tale quid scriptum est in canticis, de his qui sunt sanguine Israelitico orti : Ipsi ad æmulationem provocarunt me in non diis, irritaverunt me in idolis suis [73]. Et ego æmulatione provocabo eos in non gente, in gente stulta ad iram commovebo eos.

A ἀμήρυτον, υἱοὶ μὲν ὄντες τοῦ νυμφῶνος διὰ τοὺς πατέρας, αὐτῶν γὰρ αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ διαθήκη, πεμπόμενοι δὲ εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. Ἀπαίδευτον τοίνυν εἰκότως ὀνομάζει λαὸν, καὶ ὅτι ζῆλος αὐτοὺς λήψεται, φησὶ, καὶ ὅτι πῦρ τοὺς ὑπεναντίους ἕδεται. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπόπεμπτοι γεγόνασιν αὐτοὶ, καὶ ἐκβέβληνται τῆς εἰς Χριστὸν ἐλπίδος, καὶ ἀπεδείχθησαν μὲν ἀλλότριοι τῶν ἐπαγγελιῶν, προσελήφθη δὲ τὰ ἔθνη, ταύτῃ τοι κατατρύχονται τῷ ζήλῳ, καὶ οἷον ὑπὸ πυρὸς δαπανώμενοι, τοῦ τῆς βασκανίας δηλονότι διατελοῦσιν οἱ δείλαιοι. Γέγραπταί τι τοιοῦτον καὶ ἐν ᾠδαῖς περὶ τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ὅτι Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεοῖς· παρώξυνάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. Κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει· ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς.

Consueverunt sancti prophetæ, pro Israele preces fundere, erant enim amici Dei, et pietatis ornamentis pulchre coronati. Nam ex radice Abrahami semel cum essent sati, et ex sanguine sanctorum patrum, Israelitis tribubus suis indolere oportuit : cum eos propter impietatem in Christum perire viderent. Hinc nunc quoque beatus propheta Isaias pergit, dicens : « Domine Deus noster, pacem da nobis, omnia enim tradidisti nobis [74]. » Si enim donaveris, inquit, pacem nobis, omni bono abundabimus, omniumque tuorum donorum participes efficiemur. Et quam pacem necessarium est videre. Aut enim ipsum petunt Christum : ipse est enim pax nostra, secundum Scripturas, et per illum spirituali scilicet cognatione etiam Patri copulamur. Vel illud dicunt. Qui enim nondum crediderunt, **365** et peccati maculam abjectam remotamque non habent, a Deo sejuncti sunt, et in hostium loco juste numerantur, et superba cervice sunt, et adversus ipsas Domini leges pugnant. At qui morigeri sunt, et ad frenum flexiles, et ad omnia quæ ei placent parati, amantissimi sunt, pacemque cum eo habent. Cæterum vere Dei donum est, et ex superna venit munificentia. Da igitur nobis, o Domine, ut pacem habeamus erga te, et profano ac detestabili peccato e medio profligato, tibi spiritualiter per mediatorem Christum uniamur. Cujusmodi est illud Paulina voce dictum recte : « Justificati igitur ex fide, pacem habemus erga Deum per Dominum et Servatorem nostrum Jesum Christum [75]. » Quod cum factum fuerit, Dei possessio et sors erimus. Hinc sapienter infertur illud : Domine, posside nos. Extra te alium non scimus, nomen tuum nominamus. Moribus enim similes sint oportet, et Deo soli conjuncti, qui cum ipso pacem habent : ita ut illum et solum sciant, et alterius commentitii Dei nomen omnino ne in lingua quidem gerant. Solum enim illum, quia solus est noster et natura et veritate Deus, nominare oportet. Quale est illud, quo nos lex sapientissimi Mosis affata est :

VERS. 12, 13. *Domine Deus noster, pacem da nobis, omnia enim tradidisti nobis, Domine Deus noster, posside nos. Domine, extra te alium non novimus, nomen tuum nominamus.*

B *Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰρήνην δὸς ἡμῖν, πάντα γὰρ ἀπέδωκας ἡμῖν· Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, κτῆσαι ἡμᾶς. Κύριε, ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν· τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν.*

Ἔθος τοῖς ἁγίοις προφήταις, τὰς ὑπέρ γε τοῦ Ἰσραὴλ ποιεῖσθαι λιτὰς, ἦσαν μὲν γὰρ φιλόθεοι, καὶ τοῖς εἰς εὐσέβειαν αὐχήμασιν εὖ μάλα κατεστεμμένοι. Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ ἐκ ῥίζης πεφήνασιν Ἀβραὰμ καὶ ἐξ αἵματος τῶν ἁγίων πατέρων ἐπιστυγνάζουσιν ἀναγκαίως ὡς ὁμογενέσι τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ὁρῶντες ἀπολλυμένους διά γε τὴν εἰς Χριστὸν δυσσέβειαν. Ταύτῃ τοι καὶ νῦν ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας πρόσεισι λέγων· « Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰρήνην δὸς ἡμῖν· πάντα γὰρ ἀπέδωκας ἡμῖν. » Εἰ γὰρ χαρίσαιο, φησὶ, τὴν εἰρήνην ἡμῖν, παντὸς ἐσόμεθα πλήρεις ἀγαθοῦ, καὶ ἀπεσχήκαμεν τῶν παρὰ σοῦ χαρισμάτων τελειοτάτην τὴν μέθεξιν. Καὶ ποίαν αἰτοῦσιν εἰρήνην, ἰδεῖν ἀναγκαῖον· ἢ γὰρ αὐτὸν αἰτοῦσι Χριστόν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, κατὰ τὰς Γραφὰς, καὶ δι' αὐτοῦ συνήφθημεν τῷ Πατρὶ, δι' οἰκειότητος δὲ, δηλονότι τῆς πνευματικῆς. Ἢ γοῦν ἐκεῖνό φασιν. Οἱ μὲν γὰρ οὔπω πιστεύσαντες, καὶ ἀναπόβλητον ἔχοντες τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας κηλῖδα, διεστήκασι τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν ἐχθρῶν τάξει νοοῦνται δικαίως, καιρόν τε ἔχουσι τὸν αὐχένα, καὶ τοῖς τοῦ Δεσπότου μάχονται νόμοις. Οἱ δὲ εὐπειθεῖς καὶ εὐήνιοι, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἕτοιμοι τῶν αὐτοῖς ἀρεσκόντων φιλαίτατοί τέ εἰσι καὶ εἰρήνην ἔχουσι πρὸς αὐτόν. Ἀλλ' ἔστι τὸ χρῆμα θεόσδοτον ἀληθῶς, καὶ διὰ τῆς ἄνωθεν φιλοτιμίας ἐρχόμενον. Δὸς τοίνυν ἡμῖν, ὦ Δέσποτα, τὸ εἰρηνεῦσαι πρὸς σὲ, καὶ ἐκ μέσου γενομένης τῆς βεβήλου καὶ βδελυρᾶς ἁμαρτίας ἑνωθῆναί σοι πνευματικῶς διὰ μεσίτου Χριστοῦ. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ διὰ τῆς τοῦ Παύλου φωνῆς ὀρθῶς εἰρημένον· « Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, » οὗ δὴ γεγονότος κτῆσις ἐσόμεθα. καὶ κλῆρος Θεοῦ. Ταύτῃ τοι σοφῶς ἐπενήνεκται τὸ, Κύριε κτῆσαι ἡμᾶς, ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν, τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν. Μονοτρόπους γὰρ εἶναι χρὴ, καὶ Θεῷ μόνῳ κατεζευγμένους τοὺς εἰρηνεύοντας πρὸς αὐτὸν, ὥστε καὶ αὐτὸν εἰδέναι μόνον, καὶ ἑτέρου παντελῶς ψευδωνύμου Θεοῦ, μηδὲ ἐπὶ γλώττης ὄνομα φέρειν. Δεῖ γὰρ αὐτὸν ὀνομάζειν μό-

[73] Psal. LXXVII, 58. [74] Isa. XXVI, 12. [75] Rom. V, 1.

Digitized by Google

νον, ὅτι καὶ μόνος ἐστὶν ἐφ' ἡμᾶς φύσει τε καὶ ἀληθείᾳ Θεός. Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ τοῦ παντόφου Μωσέως ἡμῖν ἐπεφώνησε νόμος, « Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Ἀμήν. »

A « Dominum Deum tuum adorabis, et ei soli servies, et nomini ejus [16]. »

Οἱ δὲ νεκροὶ ζωὴν οὐ μὴ ἴδωσιν, οὐδὲ ἰατροὶ οὐ μὴ ἀναστήσωσι. Διὰ τοῦτο ἐπήγαγες, καὶ ἀπώλεσας, καὶ ἦρας πᾶν ἄρσεν αὐτῶν. Πρόσθες αὐτοῖς κακά, Κύριε, πρόσθες κακὰ πᾶσι τοῖς ἐνδόξοις τῆς γῆς.

VERS. 14, 15. *Mortui vitam non vident, neque medici resuscitabunt. Propterea induxisti, et perdidisti, et sustulisti omne masculum eorum. Adde illis mala, Domine, adde mala omnibus terræ gloriosis.*

[96] Jerem. xi, 16. [97] Hebr. x, 31. [98] Deut. iv, 24. [99] Rom. v, 1. [1] Psal. xxi, 32.

Digitized by Google

orbis terrarum fructu ejus. Nati enim sunt ex sanguine Jacob, qui cognominatus est etiam Israel, divini discipuli. Postquam vero ab ortu in occasum, et in omnem terram exiit sonus eorum, et in fines orbis terrarum verba eorum [1], vocata est ad agnitionem gentium multitudo, et sicuti verba prophetæ habent, impletus est orbis terrarum fructu ejus. Cujus vero? Scilicet Israelis, id est, eorum qui orti sunt ex Israelis sanguine. Fructus namque sudorum apostolicorum sunt credentes, quos gaudium et coronam divinus Paulus nominavit. Gloriatio enim vere, et prædicatio sanctorum mystagogorum sunt, qui per ipsos servati sunt.

Ὅτι καταχτήσονται τῷ Θεῷ τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ἐννενοηκώς, ἤτοι μεμαθηκὼς διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀνασκιρτᾷ τρόπον τινὰ, καὶ φησιν ἐκ πολλῆς ἄγαν τῆς περιχαρείας· Τέκνα Ἰακὼβ βλαστήσει, καὶ ἐξανθήσει Ἰσραὴλ, καὶ ἐμπλησθήσεται ἡ οἰκουμένη τοῦ καρποῦ αὐτοῦ. Γεγόνασι μὲν γὰρ ἐξ αἵματος Ἰακὼβ, ὃς μετωνόμασται καὶ Ἰσραὴλ, οἱ θεσπέσιοι μαθηταί. Ἐπειδὴ δὲ ἐξ ἡοῦς εἰς ἑσπέραν, καὶ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν, κέκληται πρὸς ἐπίγνωσιν τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς, καὶ καθά φησι τῆς προφητείας ὁ λόγος, ἐνεπλήσθη ἡ οἰκουμένη τοῦ καρποῦ αὐτοῦ. Καὶ τίνος ἄρα; Ἢ δηλονότι τοῦ Ἰσραὴλ, ἱδρώτων ἀποστολικῶν οἱ πιστεύσαντες· χαρὰν δὲ αὐτοὺς καὶ στέφανον ὁ θεσπέσιος ὠνόμασε Παῦλος· καύχημα γὰρ ἀληθῶς καὶ δόξα τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν οἱ δι' αὐτῶν σεσωσμένοι.

τοῦτ' ἔστι, τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραήλ. Καρποὶ γὰρ

VERS. 7. *Nunquid ut ipse percussit, sic et ipse cædetur? et sicut ipse occidit, sic occidetur? Rixans et exprobrans emittet eos.*

Μὴ ὡς αὐτὸς ἐπάταξε, καὶ αὐτὸς οὕτως πληγήσεται, καὶ ὡς αὐτὸς ἀνεῖλεν, οὕτως ἀναιρεθήσεται; Μαχόμενος, καὶ ὀνειδίζων ἐξαποστελεῖ αὐτούς.

Cohæret plane cum his quæ dicta sunt, horum verborum sententia : quo autem modo quoad licet dicemus. Etenim diximus quod filii Jacob germinabunt, et florebit Israel, et implebitur orbis fructu ejus. Sed perinde quasi urgeret quispiam ac diceret : Etiam impie egit ultra modum Israel; præfractus enim fuit et pervicax, occiditque sanctos, ac in quemvis justum hominem ac prophetam grassatus est, et manum habet plenam sanguinibus : ita quomodo rursus florebit? et quomodo quasi nihil sceleris admissum sit, implebitur orbis fructu ejus? quibus propheta : Nunquid, inquit, ut ipse percussit, etiam ipse sic cædetur? An ut ipse occidit, sic occidetur? Impotenti enim iracundia, et effrenato impetu contra sanctos usus, eos interfecit, quasi nullo modo misereri novisset. An igitur pari et æquali vindicta utetur in eos fons clementiæ, sicque tollet eos, quomodo et ipsi sanctos **377** sustulerunt? An potius vincet ut Deus, et non in totum exscindet dilectum et electum quondam propter patres? Tale quiddam est apud unum e sanctis prophetis dictum a Deo : « Quid tibi faciam, Ephraim? quid tibi faciam, Juda? Sicut Adama ponam te, et sicut Seboim conversum est cor meum in hoc. Conturbata est pœnitentia mea. Non faciam juxta iram furoris mei. Non relinquam ut deleatur Ephraim, quoniam Deus ego sum, et non homo in te sanctus [2]. » Nam oportuit, oportuit, inquam, eum qui Deus est, et non homo ut nos, et clementia nos anteire, et ut natura quidquid ortum habet superat, sic mortalibus antestare, et hac, inquam, humanitate debet excellere. Itaque florebit Israel, et implebitur orbis terrarum fructu ejus, eo modo qui jam expositus est. Non enim sic occidetur, inquit, sicut ipse occidit, neque pari modo feriétur, etiamsi immani furore exagitatus sanctos percusserit. Ergo quæ tandem erit mensura hujus contra illos commotionis? Rixans,

Ἔπεται σφόδρα τοῖς εἰρημένοις ἡ τῶν προκειμένων διάνοια· καὶ κατὰ τίνα δὲ τρόπον ἐροῦμεν ὡς ἔνι. Ἔφημεν γὰρ ὅτι τέκνα Ἰακὼβ βλαστήσει καὶ ἐξανθήσει, καὶ ἐμπλησθήσεται ἡ οἰκουμένη τοῦ καρποῦ αὐτοῦ. Ἀλλ' ὥσπερ τινὸς ἀντεγειρομένου τε καὶ λέγοντος· Καίτοι δεδυσσέβηκεν οὐ μετρίως ὁ Ἰσραὴλ· σκληρὸς γὰρ γέγονε καὶ δυσάγωγος, καὶ ἀπέκτονε μὲν ἁγίους, ἐπεπήδησε δὲ δικαίῳ παντὶ καὶ προφήτῃ, καὶ αἱμάτων ἔχει τὴν χεῖρα μεμεστωμένην· εἶτα πῶς ἐξανθήσει πάλιν, καὶ ὡς γεγονότος τῶν ἐκτόπων οὐδενὸς ἐμπλησθήσεται ἡ οἰκουμένη τοῦ καρποῦ αὐτοῦ; πρὸς δὴ τὰ τοιάδε φησὶν ὁ προφήτης· Μὴ ὡς αὐτὸς ἐπάταξε, καὶ αὐτὸς οὕτως πληγήσεται; Ἢ ὡς αὐτὸς ἀνεῖλεν, οὕτως ἀναιρεθήσεται; Ἐχρήσατο μὲν γάρ, φησὶ, κατὰ τῶν ἁγίων ἀκράτῳ θυμῷ, καὶ ἀχαλίνοις ὁρμαῖς ἀνεῖλεν αὐτοὺς ὡς κατ' οὐδένα τρόπον οἰκτείρειν εἰδώς. Ἆρ' οὖν ἰσορρόποις ὀργαῖς, καὶ ἰσοστάθμῳ δίκῃ κεχρήσεται κατ' αὐτῶν ἡ τῆς ἡμερότητος πηγὴ, καὶ οὕτως αὐτοὺς ἀνελεῖ, καθὰ καὶ αὐτοὶ τοὺς ἁγίους ἀνῃρήκασιν; Ἢ νικήσει μᾶλλον ὡς Θεὸς, καὶ οὐκ εἰσάπαν ἀποκερεῖ τὸν ἠγαπημένον, καὶ ἀπόλεκτον γεγονότα ποτὲ διὰ τοὺς πατέρας; Τοιοῦτόν τί ἐστι τὸ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν εἰρημένον παρὰ Θεοῦ· « Τί σοι ποιήσω, Ἐφραΐμ; τί σοι ποιήσω, Ἰούδα; Ὡς Ἀδαμὰ θήσομαι, καὶ ὡς Σεβωεὶμ μετεστράφη ἡ καρδία μου ἐν τούτῳ. Συνεταράχθη ἡ μεταμέλειά μου. Οὐ μὴ ποιήσω κατὰ τὴν ὀργὴν τοῦ θυμοῦ μου. Οὐ μὴ ἐγκαταλείψω τοῦ ἐξαλειφθῆναι τὸν Ἐφραΐμ, διότι Θεὸς ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἄνθρωπος ἐν σοὶ ἅγιος. » Ἔδει γὰρ, ἔδει Θεὸν ὄντα, καὶ οὐκ ἄνθρωπον καθ' ἡμᾶς, καὶ προὔχειν ἐν ἡμερότητι, καὶ ὥσπερ ἐστὶ κατὰ φύσιν ἐπέκεινα παντὸς γενητοῦ, οὕτως ὑπερκεῖσθαι καὶ ὑπερέχειν τὸν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ κατά γέ φημι τὴν φιλανθρωπίαν. Οὐκοῦν ἐξανθήσει μὲν Ἰσραὴλ, ἐμπλησθήσεται δὲ καὶ ἡ οἰκουμένη τοῦ καρποῦ αὐτοῦ, κατά γε τὸν ἤδη προαποδοθέντα λόγον. Οὐ γὰρ οὕτως ἀναιρεθήσεται,

[1] Psal. xviii, 5. [2] Ose. xi, 8, 9.

Digitized by Google

φησὶ, καθὰ καὶ αὐτὸς ἀνεῖλεν, οὔτε μὴν ἐν ἴσῳ παταχθήσεται τρόπῳ, κἂν εἰ ἐπάταξεν αὐτὸς τοὺς ἁγίους ἀγρίῳ θυμῷ κατεθηγμένος. Ποῖον οὖν ἄρα τὸ μέτρον τῆς ἐπ' αὐτοῖς κινήσεως; Μαχόμενος, φησὶ, καὶ ὀνειδίζων ἐξαποστελεῖ αὐτούς· τὸ, « Ἐξαποστελεῖ » νοήσας ἀντὶ τοῦ, Τῆς πρὸς ἑαυτὸν οἰκειότητος ἀποπέμψεται. Τοῦτο πέπραχεν ὁ Σωτὴρ· ἀπόπεμπτον γὰρ ἐποίησε τὸν Ἰσραήλ. Μαχόμενός τε καὶ ὀνειδίζων, τὸ δὲ Μαχόμενος ἀντὶ τοῦ ἐπιπλήττων τεθείμεν. Ἐπιπλήττων γὰρ Ἰουδαίοις, καὶ μέντοι καὶ ὀνειδίζων ἔφασκεν ὁ Σωτήρ· « Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτεννοῦσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν· ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις ἐπισυνάγει τὰ νοσσία ἑαυτῆς ἐπὶ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; Ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. » Τοῦτο γὰρ ἦν εἰς μακρὰν ἔσεσθαι διατεινομένου. Οὗ δὴ γεγονότος ἀπόλωλεν ὁ Ἰσραὴλ, εἰ καὶ σέσωσται τὸ κατάλειμμα· καθὰ καὶ αὐτός φησιν Ἡσαΐας· « Καὶ ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται. »

A inquit, et exprobrans emittet eos. « Emittet, » intellige, pro, A sua conjunctione relegabit, quod Servator fecit; relegavit enim abdicavitque Israelem. Rixans et exprobrans. Rixans, posuit pro increpans. Increpans enim Judæos, et etiam exprobrans, dicebat Servator: « Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas, et lapidibus obruis missos ad te: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum congregat gallina pullos suos sub alas, et noluistis? Ecce relinquitur domus vestra deserta [6]. » Hoc enim erat nihil aliud quam affirmare discessionem ab illis non longe abfore. Quo quidem pacto periit Israel, etiamsi salvæ factæ sunt reliquiæ, sicut inquit et Isaias ipse: « Et si sit numerus filiorum Israel ut arena maris, reliquiæ salvæ erunt [8]. »

Οὐ σὺ ἦσθα ὁ μελετῶν τῷ πνεύματι τῷ σκληρῷ ἀνελεῖν αὐτοὺς πνεύματι θυμοῦ;

Ὅρα τὸν προφήτην ἐν τούτοις ἀγιοπρεπεῖ παῤῥησίᾳ χρώμενον, διελέγχοντά τε τὸν Ἰσραὴλ ὅτι πεπολέμηκεν ἁγίους· καὶ μελέτην ἐποιήσατο, τὸ, οἱονεὶ σκληρῷ τε καὶ ἀνημέρῳ πνεύματι χρώμενον ἀναιρεῖν αὐτοὺς, καὶ ἀτίθασσον αὐτοῖς ἐπαφιέναι τὸ φρόνημα. Εἰ τοίνυν λέγοιμι, φησὶν, ὅτι αὐτὸς ἀνεῖλε, καὶ ἐπάταξε, οὐ ψευδομυθία τὸ χρῆμά ποθεν, ἀληθὲς δὲ μᾶλλον ἀναφανεῖται τὸ εἰρημένον. Ὁ γὰρ Ἰσραὴλ οὐ σὺ ἦσθα ὁ μελετῶν, ἤγουν εἰωθὼς πνεύματι μὲν, ὡς ἔφην, κεκλῆσθαι σκληρῷ, κατεπιφύεσθαι δὲ θηριοπρεπῶς τῶν ἀπεσταλμένων παρὰ Θεοῦ; Κἂν ἀρνήσῃ, φησὶν, αὐτὸν παροίσω μάρτυρα τὸν τῶν ὅλων κριτήν. Ἔφη γάρ που Χριστὸς πρὸς αὐτούς· « Τίνα τῶν προφητῶν οὐ κατέκτειναν οἱ πατέρες ὑμῶν; ὅτι οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ. »

B Vers. 8. *Nonne tu eras qui meditabaris spiritu duro interficere illos spiritu furoris?*

Contemplare prophetam in his digna sanctis libertate utentem, et arguentem Israelem quod sanctos debellaverit, et duro et immiti spiritu studium adhibuerit quo illos e medio tolleret, animoque in eos **378** efferato irrueret. Si igitur dixero, inquit, illum sustulisse et percussisse, minime erit hæc falsa doctrina, sed quod dictum est verum apparebit. Nam, o Israel, nonne tu eras qui meditabaris, id est, solebas spiritu duro, ut dicebam, contra eos qui missi fuerant a Deo, belluino more grassari? Et si negaveris, inquit, testem adhibebo ipsum universorum judicem. Dixit enim alicubi Christus illis: « Quem e prophetis non occiderunt C patres vestri [6]? » Rursus: « Non capit prophetam perire extra Jerusalem [7]. »

Διὰ τοῦτο ἀφεθήσεται ἡ ἀνομία Ἰακὼβ, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ εὐλογία αὐτοῦ, ὅταν ἀφέλωμαι αὐτοῦ τὴν ἁμαρτίαν, ὅταν θῶσι πάντας τοὺς λίθους τῶν βωμῶν κατακεκομμένους ὡς κονίαν λεπτήν, καὶ οὐ μὴ μείνῃ τὰ δένδρα αὐτῶν, καὶ τὰ εἴδωλα αὐτῶν ἐκκεκομμένα ὥσπερ δρυμὸς μακράν.

Vers. 9. *Propter hoc auferetur iniquitas Jacob, et hoc est benedictio ejus, quando auferam peccatum ejus, quando posuerint omnes lapides ararum contritos, ut pulverem minutum. Nec manebunt arbores eorum, et idola eorum excisa velut lucus longe.*

Διὰ μέσου προστρίψας ὁ μακάριος προφήτης τὸν κατά γε τῶν δεδυσσεβηκότων εἰς τοὺς ἁγίους προφήτας ἔλεγχον, ἔχεται πάλιν τῆς τῶν νοημάτων ἀκολουθίας, καί φησιν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· Διὰ τοῦτο ἀφαιρεθήσεται ἡ ἀνομία Ἰακώβ. Διὰ τοῦτο· ποῖον; Ἐπειδὴ γὰρ οὐχ ὡς αὐτὸς ἀνεῖλεν, οὕτως ἀναιρεθήσεται, οὔτε μὴν ὡς αὐτὸς ἐπάταξεν, οὕτω πληγήσεται, τῇ ἐνούσῃ γαληνότητος τῷ Θεῷ νικώσῃ ἀεὶ τὰς ἀνθρωπίνας μικροψυχίας, καὶ οὐχὶ πάντη τε καὶ πάντως τοῖς ἐπὶ γῆς πλημμελήμασιν ἰσοπαλεῖς τὰς δίκας ἐπάγοντος, συγκεραννύντος δὲ μᾶλλον ἡμερότητι τὴν ὀργήν· ταύτητοί φησιν· Ἀφαιρεθήσεται ἡ ἀνομία Ἰακώβ, τοῦτ' ἔστι, τεύξεται φιλανθρωπίας, ἀνήσει δὲ αὐτῷ κατὰ καιροὺς τὰ ἐγκλή-

Interjecta reprehensione contra eos qui impie se in sanctos prophetas gesserant, prosequitur denuo beatus propheta sententiarum contextum, et inquit velut in persona Dei: Propter hoc auferetur iniquitas Jacob. Propter hoc: quidnam? Etenim quia ille non sic interficietur ut interfecit, neque sic percutietur quemadmodum ipse percussit, cum Deus D clementia præditus sit, quæ humanam imbecillitatem semper vincit, neque unquam de peccatis in terra commissis æquale supplicium sumit, sed iram mansuetudine temperat; hinc ait: Remittetur iniquitas Jacob, id est, experietur humanitatem, atque tempore suo culpas ei remittet, criminibusque eum absolvet. Et hæc est benedictio ejus. Promisit enim Abrahamo dicens: « Certe benedicendo benedicam

[6] Matth. xxiii, 36 38. [8] Isa. x, 21. [6] Matth. xxiii, 31. [7] Luc. xiii, 33.

Digitized by Google

tibi, et multiplicando multiplicabo semen tuum [8]. » Atqui divinus Abraham benedictus revera non fuit, neque multiplicatum est semen ejus, pro ratione ac proportione peccatorum pœnas solventibus his qui ex illius erant orti sanguine. Cum autem etsi nihil boni egerant, sed ad ultimam impietatem potius deducti sunt, illi quoque hac remissione collocupletati sint, servata est, transiitque in eos benedictionis promissio. Quando igitur, inquit, auferam peccatum ejus, hic erit ei modus benedictionis. Tempus quoque perspicuum facit quo ille futurus est a delictis liber. Quando enim, **379** inquit, vocati per fidem ad agnitionem veri Dei, adversus pristinum errorem pugnabunt, quando e medio tollentur aræ, fana, et idolorum examina, quando igne concremabunt templa inanimis idolis facta, quando suas exscindent arbores, præterea manufacta velut lucum quemdam : tunc quidem, tunc remittet Deus etiam Israelitis offensas. Idque, opinor, est quod lumen divinus ille Paulus dicebat : « Quando plenitudo gentium intrabit, tum omnis Israel servabitur [9]. » Nam concremare templa, lucos eis affixos exscindere, statuasque propterea subvertere, nihil aliud omnino significat, quam eos qui olim errarunt, operaque manuum suarum adorarunt, ad veritatis agnitionem transituros : eoque religionis pietatisque deventuros, ut his quæ quondam adoraverant manus injiciant, deosque ex ligno factos tanquam lucum quempiam exscindant.

A

B

ματα, ἀπαλλάξει καὶ αὐτῶν αἰτιαμάτων· καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ εὐλογία αὐτοῦ. Ἐπηγγείλατο μὲν γὰρ τῷ Ἀβραὰμ λέγων· « Ἦ μὴν εὐλογήσω σε καὶ πληθύνων πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου. » Ἀλλ' οὐκ ἂν ηὐλογήθη κατὰ ἀλήθειαν ὁ θεσπέσιος Ἀβραάμ, οὐδ' ἂν ἐπληθύνθη τὸ σπέρμα αὐτοῦ, ἀναλόγους τοῖς ἡμαρτημένοις ἐξαιτουμένων τὰς δίκας τῶν ἐξ αἵματος αὐτοῦ. Ἐπειδὴ δὲ καίτοι πεπραχότες τῶν ἀγαθῶν οὐδὲν, μᾶλλον δὲ κατενηνεγμένοι πρὸς ἀνοσιότητα τὴν ἐσχάτην, πεπλουτήκασι καὶ αὐτοὶ τὴν ἄφεσιν, τετήρηταί τε καὶ διαβέβηκεν εἰς αὐτοὺς ἡ τῆς εὐλογίας ὑπόθεσις. Ὅταν τοίνυν ἀφέλωμαι, φησὶ, τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ οὗτος ἔσται τῆς εὐλογίας ὁ τρόπος αὐτῷ. Ἐναργῆ δὲ καθίστησι τὸν καιρὸν καθ' ὃν ἔσται καὶ αὐτὸς τῶν πλημμελημάτων ἐλεύθερος. Ὅταν γὰρ, φησὶν, οἱ διὰ τῆς πίστεως κεκλημένοι πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ κατ' ἀλήθειαν ὄντος Θεοῦ τῆς ἀρχαίας καταστρατεύσονται πλάνης, ὅταν ἐκ μέσου γένωνται βωμοὶ, καὶ τεμένη, καὶ ὁ τῶν εἰδώλων ἐσμὸς, ὅταν πυρὶ δαπανήσωσι τοὺς τοῖς ἀψύχοις εἰδώλοις ἐκπεπονημένους ναούς· ὅταν ἐκκόψωσι τὰ δένδρα αὐτῶν, καὶ πρός γε τούτοις τὰ χειροποίητα, καθάπερ τινὰ δρυμόν· τότε δὴ τότε ἀνήσει Θεὸς καὶ αὐτοῖς τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὰ διεπταισμένα. Καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἔστιν, ὅπερ ἔφησε φῶς ὁ θεσπέσιος Παῦλος· « Ὅταν δὲ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται. » Τὸ γὰρ ὅλως κατεμπρῆσαι ναοὺς, καὶ τοὺς παραπεπηγότας αὐτοῖς ἀποκεῖραι δρυμοὺς, προσθεῖναι δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ἀγαλμάτων τὴν καταστροφὴν, κατασημήνειεν ἂν ἕτερον οὐδὲν ἢ ἐκεῖνό που πάντως, ὅτι τῶν πάλαι πλανωμένων, καὶ προσκυνούντων τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν μετάστασις ἔσται πρὸς ἀληθείας ἐπίγνωσιν, ὥστε πρὸς τοῦτο φιλοθεΐας ἥκειν αὐτοὺς, ὡς καὶ τοῖς πάλαι προσκυνουμένοις παρ' αὐτῶν ἐπαφεῖναι τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς ἐκ ξύλων θεοὺς καθάπερ τινὰ δρυμὸν ἀποκεῖραι.

Translatum gregem nominat Israelem, eo quod complures habuerit eosque bonos pastores, tantum non illic cohabitantes, qui eos ad omne quod laudatum est adducere dirigereque noverunt. Itaque repletus est pastoribus bonis. Sed erit, inquit, dimissus. Quid sit autem, dimissus erit, ipse statim explicavit, dicens : Velut grex derelictus, id est, omni præside curatoreque destitutus. Quod cum fiet, longo tempore in depastionem prostituetur. Diripient enim eos feræ sub intelligentiam cadentes, et potentissimæ, id est, Satanas, et quæ cum illo et sub illo sunt, potestates malæ. Nam cum nemo malarum potestatum insultus ab hominis corde abarceat, capi facillime poterit, demigrabitque quocunque illis certe videbitur. Si vero dicenda sunt quæ ex historia consequuntur, præda facti sunt, post crucem Salvatoris, etiam Romani exercitus. Mansit enim apud eos, et requievit instar stolonis cujusdam robusti; sed parvo, inquit, **380** tempore

Κατοικούμενον ποίμνιον ὀνομάζει τὸν Ἰσραὴλ διάτοι τὸ πλείστους μὲν ὅσους, καὶ ἀγαθοὺς ἐσχηκέναι ποιμένας, καὶ μονονουχὶ, καὶ συνοικοῦντας ἔχειν τοὺς ἀπευθύνειν εἰδότας εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐπαινουμένων. Οὐκοῦν ἐπεπλήθει ποιμένων ἀγαθοῖς, ἀλλ' ἔσται, φησὶν, ἀνειμένον· καὶ τί τὸ ἀνειμένον ἐστὶν, αὐτὸς παραχρῆμα διεσάφησε, λέγων· Ὡς ποίμνιον καταλελειμμένον, τοῦτ' ἔστι, παντὸς ἐπιστάτου, καὶ κηδεμόνος ἠρημωμένον. Οὗ δὴ γεγονότος, εἰς χρόνους προκείσεται μακροὺς εἰς βόσκημα. Κατανεμηθήσονται γὰρ αὐτοὺς νοητοί τε καὶ ἀλκιμώτατοι θῆρες, τοῦτ' ἔστιν, ὁ Σατανᾶς, καὶ αἱ σὺν αὐτῷ καὶ ὑπ' αὐτῷ δυνάμεις πονηραί. Ἀποσοβοῦντος γὰρ οὐδενὸς τῆς ἀνθρώπου καρδίας τὰς τῶν πονηρῶν δαιμόνων ἐφόδους εὐάλωτος ἔσται, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκείνοις δοκούντων ἀμελητὶ κατοιχήσεται. Εἰ δὲ χρή τι καὶ τοῖς ἱστορικῶς γεγονόσιν ἀκόλουθον εἰπεῖν, νομὴ γεγόνασι μετὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν, καὶ τῆς Ῥωμαίων στρατειᾶς. Κατέλυσε γὰρ καὶ ἀνεπαύσατο παρ' αὐ-

C

D

Vers. 10. *Habitans grex dimittetur velut grex derelictus, et erit multo tempore in depastionem, et illic requiescent, et post tempus non erit in illa quidquam viride, propterea quod exsiccabitur.*

Τὸ κατοικούμενον ποίμνιον ἀνειμένον ἔσται, ὡς ποίμνιον καταλελειμμένον, καὶ ἔσται πολὺν χρόνον εἰς βόσκημα, καὶ ἐκεῖ ἀναπαύσονται, καὶ μετὰ χρόνον οὐκ ἔσται ἐν αὐτῷ πᾶν χλωρόν, διὰ τὸ ξηρανθῆναι.

[8] Gen. XXII, 17; Hebr. VI, 14. [9] Rom. XI, 25.

Digitized by Google

τοῖς οἷάπερ τις μόσχος εὐσθενής· ἀλλ' ὀλίγου διαγεγονότος καιροῦ, φησίν, οὐκ ἔσται ἐν αὐτῇ πᾶν χλωρὸν διὰ τὸ ξηρανθῆναι, τοῦτ' ἔστι, μέχρι τοσούτου κατανεμηθήσονται τὴν χώραν ὡς ἀποφανθῆναι ξηράν, καὶ οὐκ ἔχουσαν ἔτι νομήν. Τοῦτο δέ ἐστιν ἀπόδειξις ἐναργὴς τοῦ μὴ πρότερον ἀποφοιτήσειν αὐτῶν τῆς χώρας τοὺς καταδηοῦντας αὐτὴν, εἰ μὴ πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐν αὐτοῖς χρησίμων, καὶ μέχρι τῶν ἀγαν εὐτελεστάτων μονονουχὶ, καὶ κατεδηδοκόσιν ἴδιον πεποίηνται κλῆρον. Ὁ αὐτὸς δ' ἂν γένοιτο λόγος, κἂν εἰ ἕλοιτό τις οἷά τινας μόσχους τὰς τῶν Ἰουδαίων καρδίας κατανενεμῆσθαι λέγειν τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας· μέχρι γὰρ τοσούτου κατέφαγον αὐτὰς ὥστε τάχα που καὶ ἀπορεῖν ἔτι νομῆς, διὰ τὸ μηδὲν ἔτι λοιπὸν ἐν αὐτοῖς σώζεσθαι τῶν ἀγαθῶν, ὃ δαπανᾶσθαι πέφυκε παρ' αὐτῶν.

A intercedente, nihil erit in ea viride, eo quod exsiccatum erit, id est, diripient terram usque eo ut arida appareat, nihil habens ultra pastionis. Hoc autem argumentum est evidens, non prius discessuros ab eorum regione qui illam devastant, quam totum quod illis utile est ad utiliora quæque tantum non devastaverint, propriamque sortem fecerint. Possit etiam et hæc esse oratio, si quis accipere velit, Judæorum corda velut stolones quosdam, impuros dæmonas vastare; usque eo namque devorarunt ea, ut in posterum destituantur pabulo; quod sit in illis deinceps nihil boni, nihil salvum ac reliquum quod possit ab iis consumi.

Γυναῖκες ἐρχόμεναι ἀπὸ θέας, δεῦτε. Οὐ γὰρ λαός ἐστιν ἔχων σύνεσιν. Διὰ τοῦτο οὐ μὴ οἰκτειρήσῃ ὁ ποιήσας αὐτούς, οὐδὲ ὁ πλάσας αὐτοὺς οὐ μὴ ἐλεήσῃ.

B Vers. 11. *Mulieres venientes a spectaculo, adeste. Non enim est populus habens intelligentiam. Propterea non commiserabitur qui fecit eos, et qui formavit eos non parcet.*

Εἰρηκὼς ὅτι τὸ κατοικούμενον πολύμνιον ἀνειμένον ἔσται, καὶ ὅτι νομὴ γενήσεται, καὶ εἰς βόσκημα προσκείσεται, κατά γε τοὺς ἤδη προαποδοθέντας λόγους, ὡς ἤδη τοῦ Ἰσραὴλ ἔξω γεγονότος τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν, καὶ διαθήκης τῆς πρώτης, ἐθῶν τε τῶν κατὰ τὸν νόμον ἀποπεπαυμένων, εὐαγγελίζεσθαι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὴν ἀνάστασιν ταῖς ἁγίαις προστέταχε γυναιξὶν, ὧν καὶ ὁ Ματθαῖος διαμέμνηται, λέγων ὧδί· « Ὀψὲ δὲ Σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν Σαββάτων, ἦλθε Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ Μαρία ἡ ἄλλη θεωρῆσαι τὸν τάφον. Καὶ ἰδοὺ σεισμὸς μέγας ἐγένετο. Ἐπειδὴ δὲ C γεγόνασι περιδεεῖς, ἔφη πρὸς αὐτὰς ὁ μακάριος ἄγγελος· Μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς. Οἶδα γὰρ ὅτι Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε· οὐκ ἔστιν ὧδε, ἠγέρθη γὰρ, καθὼς εἶπεν. Δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον ὅπου ἔκειτο, καὶ ταχὺ πορευθεῖσαι εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ ἰδοὺ προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε. Καὶ μετά γε τὰς τοῦ ἀγγέλου φωνὰς, ἰδοὺ Ἰησοῦς ὑπήντησεν αὐταῖς λέγων· Χαίρετε. Αἱ δὲ προσελθοῦσαι ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ. Τότε λέγει αὐταῖς ὁ Ἰησοῦς· Μὴ φοβεῖσθε, ὑπάγετε, ἀπαγγείλατε τοῖς μαθηταῖς μου, ἵνα ἀπέλθωσιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κἀκεῖ με ὄψονται. » Οὐκοῦν ἀφιεμένου τοῦ Ἰσραὴλ, ὑμεῖς αἱ σοφαὶ γυναῖκες, φησὶν, ἥκετε, D καὶ μάλα γοργῶς εὐαγγελιζόμεναι τὴν ἀνάστασιν τοῦ τὸν θάνατον ἀποκτείναντος, καὶ ἀνελόντος τὴν φθορὰν, καὶ δικαιοῦντος τῇ πίστει τοὺς ἡμαρτηκότας, καὶ ἀπαλλάττοντος μολυσμῶν τοὺς ἐναλόντας αὐτοῖς, τοῦ μεταπλάττοντος εἰς καινότητα ζωῆς τοὺς προσιόντας αὐτῷ, τοῦ τὴν ψέαν τοῖς ἐπὶ γῆς ἀναδείξαντος ζωὴν, τοῦτ' ἔστι, τὴν εὐαγγελικὴν, καὶ στήσαντος μὲν τῆς ἐν νόμῳ λατρείας τὸ ἀδρανὲς, καταλαμπρύναντος δὲ τὴν ἀλήθειαν, καὶ τῆς ἐν πνεύματί τε καὶ ἀληθείᾳ προσκυνήσεως τὴν ὁδὸν ἐναργῆ καταστήσαντος τοῖς σεβομένοις αὐτόν. Ἥκετε δὲ οὖν. Ἀποπέπτωκε γὰρ τῆς ἐλπίδος ὁ Ἰσραὴλ. Οὐ γάρ ἐστι λαὸς

Cum dixerit translatum gregem dimittendum esse, foreque prædam, et in depastionem prostituendum, ut verba jam ante exposita habent, ac si jam Israel a conjunctione quæ cum Deo est, propter impietatem in Christum excluderetur, et testamento primo, et ritibus legalibus cessantibus: præcipit sanctis mulieribus Servatoris nostri resurrectionem evangelizare, quarum etiam meminit Matthæus, sic inquiens: « Vespera autem Sabbatorum, quæ illucescit in unam Sabbatorum, venit Maria Magdalena, et Maria alia, ut viderent sepulcrum. Et ecce motus magnus factus est. Cum autem valde territæ essent, dixit illis beatus angelus: Nolite timere vos. Scio enim quod Jesum crucifixum quæritis: non est hic, surrexit enim, quemadmodum dixit. Venite, videte locum ubi positus erat, et celeriter profectæ, dicite discipulis ejus quod suscitatus sit a mortuis: et ecce præcedit vos in Galilæam; illic eum videbitis. Post vero dicta angeli, ecce Jesus occurrit illis, dicens: Avete. Illæ autem accedentes apprehenderunt pedes ejus, et adorarunt eum. Tum dicit illis Jesus: Ne timeatis, abite, renuntiate discipulis meis ut abeant in Galilæam, ibique me videbunt [10]. » Igitur dimisso Israele, vos sapientes mulieres, inquit, venite, et **381** evangelizate fortissime resurrectionem ejus qui mortem occidit, et mortem peremit, peccantes fide justificat, inquinamentis implicatos liberat, qui ad novitatem vitæ transformat accedentes ad ipsum, qui novam iis qui in terra sunt vitam ostendit, id est, evangelicam, qui legalis cultus imbecillitatem abolet, veritatem illustrat, viam spiritualis et veræ adorationis colentibus ipsum planam constituit. Venite igitur. Excidit enim spe Israel. Non enim est populus intelligens. Excæcatus namque est corde, et manet in tenebris, et in caligine peccati detinetur. Non enim attendere voluit dicenti Christo: « Quandiu lucem habetis, ambulate in luce, ne vos tene-

[10] Matth. xxviii, 1 seqq.

Digitized by Google

dræ comprehendant [11]. » Admirandam vero esse dico Servatoris dispensationem, in his sapientissimis etiam mulieribus. Possit enim, opinor, quis dicere : An non erant sancti discipuli, quibus fortasse melius erat, utpote divinorum dogmatum sacris administris, etiam ante alios faustum resurrectionis nuntium prædicare? Cur enim potius illi non viderunt primi Jesum potentiam mortis dissolventem, sed mulieribus apparuit, et dignitate apostolatus illis tributa, ire jubet, discipulisque referre Christum excitatum e mortuis, et primæ ejus gloriam spectarunt? Ad hæc dicimus, factum esse hominem Unigenitum Dei Verbum, ut infirmum curaret, hominemque pristinis sceleribus exsolveret. Oportebat igitur, oportebat gratificari mulieribus annuntiandæ resurrectionis prærogativam. Cum enim prima et antiquior mulier Adamum in transgressionem induxisset, dictis serpentis subserviens, fuissetque illa mortis procuratrix et conciliatrix : cur non illa debuit tam gravium criminum causas ab apostolatu depellere? « Ubi enim, » inquit, « abundavit peccatum, exuberavit gratia [12]. » Datum est salutis Evangelium feminæ, quæ mortis ministra fuit. Dictum enim est his necessario : Avete, ab eo qui maledictionem imposuerat in principio. Dixit enim illi : « In dolore paries filios [13]. » Soluta sunt ergo secundis prima, et quod infirmum erat curatum est. Itaque illis præcipit Evangelium prædicare, Christi amore erga Judæos refrigescente. Nam, inquit, postquam **382** amentissimi et insulsi manserunt, non misericordiam capiet eorum qui fecit eos, neque digni sunt quorum misereri oporteat.

A ἔχων σύνεσιν. Πεπώρωται γὰρ τὴν καρδίαν, καὶ μένηκεν ἐν σκότει, καὶ τῇ τῆς ἁμαρτίας ἀχλύϊ κεκράτηται. Οὐ γὰρ ἤθελε προσέχειν λέγοντι τῷ Χριστῷ· « Ἕως τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε ἐν τῷ φωτί, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ. » Χρῆναι δέ φημι τὴν τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίαν, καὶ ἐπί γε ταυταισὶ ταῖς πανσόφοις ἀποθαυμάσαι γυναιξί. Φαίη γὰρ ἄν, οἶμαι, τίς· Οὐ γὰρ ἦσαν ἅγιοι μαθηταί, οἷς ἦν τάχα που καὶ ἄμεινον, ἅτε δὴ καὶ τῶν θείων δογμάτων ἱερουργοῖς, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων εὐαγγελίσασθαι τὴν ἀνάστασιν; Διατί γὰρ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἐκεῖνοι τεθέανται πρῶτοι τοῦ θανάτου τὸ κράτος παραλύσαντα τὸν Ἰησοῦν, ὤφθη δὲ γυναιξί, καὶ τὸ τῆς ἀποστολικῆς ἀξίωμα περιθεὶς αὐταῖς ἰέναι κελεύει, φάναι τε τοῖς μαθηταῖς, ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται ὁ Χριστός, B καὶ πρῶται τεθέανται τὴν δόξαν αὐτοῦ; Πρὸς δὴ τὰ τοιαῦτά φαμεν, ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἵνα θεραπεύσῃ τὸ ἀῤῥωστοῦν, καὶ τῶν ἀρχαίων αἰτιαμάτων ἀπαλλάξῃ τὸν ἄνθρωπον. Ἔδει δὴ οὖν, ἔδει χαρίσασθαι γυναιξὶ τὸ εὐαγγελίσασθαι πρώταις τὴν ἀνάστασιν. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ πρώτη, καὶ ἀρχαιοτέρα γυνὴ παρεκόμισε τὸν Ἀδὰμ εἰς παράβασιν, ταῖς τοῦ ἥφεως ὑπηρετοῦσα φωναῖς, καὶ γέγονεν αὕτη τοῦ θανάτου πρόξενος, πῶς οὐκ ἔδει τῶν οὕτως δεινῶν ἐγκλημάτων ἀποκρούσασθαι τὰς αἰτίας διὰ τῆς ἀποστολῆς; « Οὗ γὰρ ἐπλεόνασε, » φησὶν, « ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. » Δέδοται τῆς σωτηρίας τὸ Εὐαγγέλιον τῇ τὸν θάνατον διακονησαμένῃ γυναικί. Εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτὰς ἀναγκαίως τὸ Χαίρετε παρὰ τοῦ τὴν ἀρὰν ἐπιθέντος ἐν ἀρχῇ· ἔφη γὰρ πρὸς αὐτήν· « Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα. » Λέλυται τοίνυν τοῖς δευτέροις τὰ πρῶτα, καὶ τεθεράπευται τὸ ἀῤῥωστηκός. Αὐταῖς οὖν ἄρα τὸ εὐαγγελίζεσθαι δεῖν ἐπιτάττει τῆς πρὸς Ἰουδαίους ἀγάπης ἀποφοιτήσαντος τοῦ Χριστοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνούστατοί τε καὶ ἀμαθεῖς ἀπομεμενήκασι, φησὶν, οὐκ ἂν ἐλεήσειεν αὐτοὺς ὁ ποιήσας αὐτούς, οὐδ' ἂν εἶεν ἄξιοι τοῦ κατοικτείρεσθαι δεῖν.

Excitatus Christus, cum præcepisset sanctis apostolis : « Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen Patris, et Filii, et sancti Spiritus [13a], » et in cœlos ascendisset : ira videlicet e supernis in eos qui impie in ipsum debacchati sunt descendit. Consumpti enim sunt ferro et igne, insurgente contra eos Romanorum manu, cunctasque eorum urbes incendente, ipsa Hierosolyma, ipsum celebre templum diruente. Terminatur igitur regio Judææ Euphratis flumine, versus orientem et austrum, et ea quæ vocatur Rhinocururon. Est autem illa urbs Ægyptum claudens et Palæstinam. Cum ergo Judææ nobis terminos nominaverit, obsepturum affirmat Dominum omnia circumcirca finitima, id est, universam Judæam. Obsepiet, posuit pro obsidebit et premet, et in summas adducet difficultates. Obseptio enim, sive conclusio, inevitabilem afflictionem vel calamitatem significare poterit. Quin et

Vers. 12. *Et erit die illo, obsepiet Dominus a fossa fluminis, usque ad Rhinocururon. Vos autem congregate filios Israel singulos.*

C *Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, συμφράξει Κύριος ἀπὸ τῆς διώρυγος τοῦ ποταμοῦ, ἕως Ῥινοκουρούρων. Ὑμεῖς δὲ συναγάγετε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ κατὰ ἕνα ἕνα.*

Ἐγηγερμένου τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῖς ἁγίοις ἐπιτάξαντος ἀποστόλοις· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· » καὶ μὴν καὶ εἰς αὐτοὺς ἀναβάντος τοὺς οὐρανοὺς, ἐπενήνεκται τοῖς εἰς ἑαυτὸν ἀνοσίως πεπαρῳνηκόσι τὰ ἐξ ὀργῆς, τῆς ἄνωθεν δὲ δηλονότι. Δεδαπάνηνται γὰρ καὶ σιδήρῳ καὶ πυρὶ, κατεξανιστάσης αὐτῶν τὸν πόλεμον τῆς Ῥωμαίων χειρὸς, καὶ πάσας μὲν αὐτῶν κατεμπιπράσης τὰς πόλεις, καὶ αὐτὰ δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν διαβόητον ἐκεῖνον καθελούσης D ναόν. Τερματίζεται τοίνυν τῶν Ἰουδαίων ἡ χώρα, τοῖς τε Εὐφράτου νάμασιν ὡς ἠώ τε καὶ νότον, καὶ τῇ καλουμένῃ Ῥινοκορούρων. Πόλις τε αὕτη τήν τε Αἰγυπτίων ὁρίζουσα, καὶ μέντοι τὴν Παλαιστινῶν. Οὐκοῦν τῆς Ἰουδαίας ἡμῖν τοὺς ὅρους ὀνομάσας, συμφράξαι διαβεβαιοῦται τὸν Κύριον τὰ ἐμπεριεχόμενα πάντα, τοῦτ' ἔστιν, ἅπασαν τὴν Ἰουδαίαν. Τὸ

[11] Joan. xii, 35. [12] Rom. v, 20. [13] Gen. iii, 16. [13a] Matth. xxviii, 19.

Digitized by Google

δὲ συμφράξει τέθεικεν ἀντὶ τοῦ πολιορκήσει, καὶ καταβλίψει, καὶ εἰς ἀπορίαν κατοίσει τὴν ἐσχάτην. Ἡ γὰρ σύμφραξις, ἤγουν ὁ συγκλεισμὸς τὴν διάφυκτον κάκωσιν ἤτοι συμφορὰν ὑπεμφήνειεν ἄν. Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον τὸ συμφράξει νοήσεις. Συγκέκλεισται γὰρ ὥσπερ τῶν Ἰουδαίων ὁ νοῦς, ὥστε κατὰ μηδένα δύνασθαι τρόπον τὸ τῆς ἀληθοῦς θεοπτίας εἰσδέξασθαι φῶς, μήτε μὴν συνιέναι τὸ Χριστοῦ μυστήριον, ὥσπερ ὁ μακάριος γράφει Παῦλος· « Πώρωσις ἀπὸ μέρους γέγονε τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ἄχρι σήμερον, ἡνίκα ἂν ἀναγινώσκηται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. » Καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἔστιν ἡ σύμφραξις. Ὅτι δὲ οὐ κατὰ πᾶσαν τοῦτο γέγονε τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ἤγουν κατὰ πάντων τῶν ἐθνῶν, ἀλλὰ κατὰ μόνης τῆς Ἰουδαίας καὶ τῶν ἐν αὐτῇ παρέδειξεν ἐναργῶς· οὐχ ἁπλῶς τὴν σύμφραξιν συμβῆναι λέγων, ἀλλ' ἐκ τῆς διώρυγος τοῦ ποταμοῦ, ἕως Ῥινοκορούρων. Καὶ ταυτὶ μὲν τοῖς Ἰουδαίων δήμοις ἀπεκτονόσι τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολήσασι τοὺς ἀπεσταλμένους παρὰ Θεοῦ, προστεθεικόσι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Υἱὸν, συμβήσεσθαί φησιν. Εἶτα μεθίστησι τὸν λόγον εἰς τὸ αὐτοῦ πρόσωπον τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, διαλεγομένου τε καὶ λέγοντος τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, ἤγουν ἅπασι τοῖς κατὰ καιρὸν ἱερουργοῦσι τὸ Εὐαγγέλιον αὐτοῦ, καὶ μυσταγωγεῖν εἰωθόσιν· Ὑμεῖς δὲ συναγάγετε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ κατὰ ἕνα ἕνα. Τοῦτ' ἔστι, μὴ πολὺς ἔστω λόγος τοῖς τὸ διδάσκειν πεπιστευμένοις, κἂν εἰ μὴ ὁρῷτο κατὰ πληθὺν εἰστρέχων ὁ Ἰσραήλ· ἀλλ' εἴ τις εἴη συνετὸς ἐν αὐτοῖς καλείσθω διὰ τῆς πίστεως, ἡκέτω δὲ καὶ καθ' ἕνα, καὶ οἷον ἐξειλεγμένος. Σέσωσται γὰρ τὸ κατάλειμμα τοῦ Ἰσραὴλ. Καὶ γοῦν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ πλειστάκις αὐτοῖς προσπεφωνήκασι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ θεσπέσιος Πέτρος· « Καὶ νῦν, ἀδελφοί, » φησὶν, « οἶδα, ὅτι κατ' ἄγνοιαν ἐπράξατε, καθὰ καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν. Μετανοήσατε οὖν καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ὑμῖν γάρ εἰσιν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν. » Καὶ σεσαγήνευται μὲν οὐ μέτριος πληθύς· πλὴν τό γε ἧκον εἰς ἅπαν τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ὀλιγοστοὶ παντελῶς, καὶ οἷον καθ' ἕνα παρεδέχθησαν οἱ σεσωσμένοι, διὰ πίστεως δὲ δηλονότι τῆς ἐν Χριστῷ.

A alio modo intelliges illud, obsepiet. Conclusa enim quodammodo erat mens Judæorum, ut nullo modo posset lucem veræ contemplationis divinæ recipere, neque Christi mysterium cognoscere ; sicuti beatus Paulus scribit : « Excæcatio ex parte facta est Israeli ; et ad hunc usque diem, cum legitur Moses, velamen cordi illorum impositum est [14]. » Et hoc est, opinor, obseptio. Quod autem hoc factum sit, non contra universum orbem terræ, nimirum contra universas gentes, sed contra solam Judæam et qui in ea sunt, ostendit manifeste, cum dicit obseptionem non simpliciter contigisse, sed a fossa fluminis usque ad Rhinocurura. Et hoc quidem dicit eventurum populo Judaico, qui prophetas occidit, et missos a Deo lapidavit, ipsumque Filium B cruci affixit. Deinde sermonem transfert ad omnium nostrum **383** Servatoris Christi personam, disserentis et dicentis sanctis apostolis, videlicet omnibus, succedente tempore, Evangelium ejus ministrantibus, et mystica sacra tractare solitis : Vos autem congregate filios Israel singulos. Id est, ne multis verbis utantur, quibus docendi provincia concredita est, etiamsi non videatur Israel confertim ingredi : sed si quis inter eos sit intelligens, vocetur per fidem, veniatque seorsim et tanquam selectus. Salvæ enim sunt reliquiæ Israel. Et quidem divini discipuli eos allocuti sunt sæpenumero, quemadmodum sane divinus Petrus : « Et nunc, fratres, » inquit, « scio quod ex ignorantia fecistis, quemadmodum et principes vestri. Resipiscite itaque, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine C Domini nostri Jesu Christi, et accipietis donum sancti Spiritus [15]. Vobis enim sunt promissiones et filiis vestris [15a]. » Et capta est haud modica multitudo ; verum hi præ universa gente Judæorum paucissimi omnino erant, et veluti sigillatim unusquisque susceptus est, servatus per fidem, videlicet in Christo.

Καὶ ἔσται, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ σαλπιοῦσι τῇ σάλπιγγι τῇ μεγάλῃ, καὶ ἥξουσιν οἱ ἀπολόμενοι ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἀσσυρίων, καὶ οἱ ἀπολόμενοι ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ προσκυνήσουσι τῷ Κυρίῳ ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ ἅγιον ἐν Ἰερουσαλήμ.

VERS. 13. *Et erit die illo, clangent tuba magna, et venient qui perierant in regione Assyriorum, et* D *qui perierant in Ægypto, et adorabunt Dominum super montem sanctum in Jerusalem.*

Ἔθος τοῖς ἁγίοις προφήταις ἀσαφείᾳ τινὶ τὸν ἑαυτῶν κατακρύπτειν λόγον, καὶ ἐπεῖτοι πρὸς ὀργὰς ἀχάλινοι γεγόνασιν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, μέσην τινὰ διανοῶν ἰέναι τρίβον, ὡς εἶναι πλειστάκις ἀσυμφανὲς τὸ δηλούμενον. Σαλπίσαι μὲν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ φησιν, οὐχ ἑτέρους, ὡς γε οἶμαι πάλιν, πλὴν ὅτι τοὺς ἁγίους μυσταγωγοὺς, σαλπίσαι δὲ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ σάλπιγγι τῇ μεγάλῃ, τοῦτ' ἔστι, τοῖς εὐαγγελικοῖς κηρύγμασι κεχρημένους μονονουχὶ κατηχῆσαι, καὶ μέγα τι καὶ ἐξαίσιον ἀνακεκραγέναι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς. « Καὶ γάρ τοι κατὰ ἀλήθειαν εἰς πᾶσαν τὴν

Mos est sanctis prophetis obscuritate quadam suum obtegere sermonem, et quoniam effrenes ac præcipites in iram erant Israelitæ, media quadam via in sententiis incedere, ita ut sit sæpe obscurum quod significatur. Tuba canere non alios dicit, ut arbitror, quam sanctos mysteriorum antistites ; et non simpliciter tuba canere, sed tuba magna, id est, evangelica prædicatione tantum non resonare, et magnum quiddam et stupendum clamare in terra degentibus. « Etenim vere in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis verba eorum [17]. »

[14] II Cor. III, 14, 15. [15] Act. II, 17. [15a] Act. II, 38. [16] Psal. XVIII, 5.

Digitized by Google

Tuba enim usus est olim quoque magnus Moyses, at non magna. Exili enim voce præditus erat, et tarda lingua ; et legalium prædicationum vis ad solam regionem Judæorum contrahebatur. At divina et salutifera prædicatio cunctas urbes pervadit et regiones, et veluti per universam terram quæ sub cœlo est, intonuit. Tale quid etiam in libris Mosaicis scriptum **384** est : « Ambulavit enim universorum Deus specie ignis super montem Sina [17]. » Erant autem fumi et grandines, et caligine profunda ætherium corpus obtenebratum est ; sed etiam, inquit, vox tubæ sonabat valde. Tum his subinfert, dicens : Factæ sunt autem voces tubæ procedentes multo fortiores. Initio enim lex exili voce resonabat; at tempore procedente, voces tubæ factæ sunt quam fortissimæ. Illo, inquit, tempore, magna tuba clangent, id est, evangelicum præconium resonabunt : eos qui erraverunt colligentes, et qui in loco captivorum facti sunt, ac idololatriæ laqueis impliciti, a pristino errore extrahentes. Venient enim, inquit, perditi in regione Assyriorum, et perditi in Ægypto, et adorabunt Dominum in monte Jerusalem. Duas regiones posuit maxime præ cæteris superstitiosas, Assyriorum, inquam, et Ægyptiorum. Sed hi, inquit, qui in illis perierunt, venient vocati per fidem ad agnitionem veri Domini et Dei, adorabuntque eum, non in fanis contaminatis, sed in monte sancto, Ecclesia videlicet : quam etiam Jerusalem nominat. montem quidem, eo quod humile omnino nihil humive repens exsistat in Ecclesiis, sed altis et sublimibus præcellat opinionibus. Jerusalem vero quod sit vere *pacis visio*.

γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. » Σάλπιγγι γὰρ ἐκέχρητο κατὰ καιροὺς καὶ ὁ μέγας Μωσῆς, πλὴν οὐ τῇ μεγάλῃ· ἰσχνόφωνος γὰρ καὶ βραδύγλωσσος ἦν, καὶ τῶν νομικῶν κηρυγμάτων ἡ δύναμις εἰς μόνην τὴν τῶν Ἰουδαίων συνεστέλλετο χώραν. Τὸ δὲ θεῖον καὶ σωτήριον κήρυγμα διὰ πάσης ἔρχεται πόλεώς τε καὶ χώρας, καὶ οἷον ὅλης κατεβρόντησε τῆς ὑπ' οὐρανόν. Γέγραπται δέ τι τοιοῦτον καὶ ἐν τοῖς Μωσέως βιβλίοις· « Κατεφοίτησε μὲν γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐν εἴδει πυρὸς ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ. » Ἐγίνοντο δὲ καπνοὶ καὶ χάλαζαι, καὶ γνόφῳ βαθεῖ τὸ αἰθέριον κατεμελαίνετο σῶμα· ἀλλὰ καὶ φωνή, φησί, τῆς σάλπιγγος ἦχει μέγα. Εἶτα τούτοις ἐπιφέρει λέγων· Ἐγίνοντο δὲ αἱ φωναὶ τῆς σάλπιγγος προβαίνουσαι ἰσχυρώτεραι σφόδρα, σφόδρα. Ἐν ἀρχαῖς μὲν γὰρ ὁ ἰσχνόφωνος ἀνεφωνήθη νόμος, προβαίνοντος δὲ τοῦ καιροῦ, τῆς σάλπιγγος αἱ φωναὶ γεγόνασιν ἰσχυραὶ σφόδρα, σφόδρα. Κατ' ἐκεῖνο, φησὶ, τοῦ καιροῦ τοίνυν τῇ μεγάλῃ σάλπιγγι, τοῦτ' ἔστι, τὸ εὐαγγελικὸν ἀναφωνήσωσι κήρυγμα, συλλέγοντες τοὺς πεπλανημένους καὶ τοὺς ἐν τάξει τῶν δορυκτήτων γεγενημένους, καὶ τοὺς τῆς εἰδωλολατρίας ἐναλόντας βρόχοις τῆς ἀρχαίας ἀπάτης ἐξέλκοντες. Ἥξουσι γὰρ, φησὶν, οἱ ἀπολόμενοι ἐν χώρᾳ τῶν Ἀσσυρίων, καὶ οἱ ἀπολόμενοι ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ προσκυνήσουσι τῷ Κυρίῳ ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ ἅγιον ἐν Ἱερουσαλήμ. Δύο τέθεικε χώρας τὰς ὅτι μᾶλλον τῶν ἄλλων δεισιδαιμονεστέρας, τήν τε Ἀσσυρίων, φημὶ, καὶ τῶν Αἰγυπτίων. Ἀλλ' οἱ ἐν αὐταῖς ἀπολωλότες, φησὶν, ἥξουσι κεκλημένοι διὰ τῆς πίστεως πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ κατ' ἀλήθειαν ὄντος Κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ, οὐκ ἐν τοῖς τεμένεσιν ἔτι τοῖς μεμολυσμένοις, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἅγιον ὄρος, τοῦτ' ἔστι, τὴν Ἐκκλησίαν, ἣν καὶ Ἱερουσαλὴμ ὀνομάζει· ὄρος μὲν ὅτι χθαμαλὸν ἢ χαμαιῤῥιφὲς οὐδὲν τὸ σύμπαν ἐν Ἐκκλησίαις, ἀλλ' ὑψηλοῖς τε καὶ ἐπηρμένοις διαπρέπει δόγμασιν. Ἱερουσαλὴμ δὲ ὅτι *ὅρασις* ἀληθῶς *εἰρήνης* ἐστίν.

Cap. XXVIII. Vers. 1. *Væ coronæ injuriæ, mercenarii Ephraim, flos cadens de gloria super vertice montis pinguis, ebrii sine vino.*

Οὐαὶ τῷ στεφάνῳ τῆς ὕβρεως, οἱ μισθωτοὶ Ἐφραὶμ, τὸ ἄνθος τὸ ἐκπεσὸν ἐκ τῆς δόξης ἐπὶ τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους τοῦ παχέος, οἱ μεθύοντες ἄνευ οἴνου.

Cum supra ostenderit vocandos esse per fidem ad agnitionem veritatis, omnesque adoraturos Dominum quicunque perierant laqueis detenti idololatriæ, orationem ad proceres Judæorum traducit, qui impietatis in Christum origo et occasio populo subdito exstiterunt. Non enim eos per legem et prophetas adduxerunt ad agnitionem eorum quæ promissa fuerant antiquitus, sed in foveam interitus depressos excommunicarunt, exterminarunique e Synagoga, qui illum esse Christum confessi sunt. Sic etenim ait divinus Joannes. Convellentes autem veluti et labefactantes fidem in illo, et **385** imperitorum mentem a fide recta abducentes, Jesum Samaritanum, et ebriosum, et ex scortatione natum appellitarunt. Et quod adhuc his magis est impium, ad Pilatum adduxerunt, et ut cruci affigeretur rogaverunt, quantumque in ipsis erat, vitæ

Προαποφήνας, ὅτι κεκλήσονται διὰ τῆς πίστεως εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ προσκυνήσουσι τῷ Κυρίῳ πάντες ὅσοι διολώλασι τοῖς τῆς εἰδωλολατρίας βρόχοις ἐνισχημένοι, μετακομίζει τὸν λόγον ἐπὶ τοὺς τῶν Ἰουδαίων καθηγητὰς, οἳ καὶ τῆς κατὰ Χριστοῦ δυσσεβείας γεγόνασιν ἀρχὴ καὶ πρόφασις τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς. Οὐ γὰρ ἀπεκόμιζον εἰς ἐπίγνωσιν αὐτοὺς τῶν πάλαι προηγγελμένων διά τε τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, ἀλλὰ γὰρ τοῖς τῆς ἀπωλείας ἐνιέντες βόθροις ἀποσυναγώγους ἐποιοῦντο τοὺς ὁμολογοῦντας ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός. Οὕτω γάρ που φησὶν ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης. Κατασείοντές δὲ ὥσπερ τὴν ἐπ' αὐτῷ πίστιν, καὶ τῶν ἀγελαίων τὸν νοῦν τῆς εὐθείας ἀποκομίζοντες, Σαμαρείτην καὶ μέθυσον, καὶ ἐκ πορνείας γεγενημένον ὠνόμαζον τὸν Ἰησοῦν. Καὶ τὸ ἔτι τούτων δυσσεβέστερον, Πιλάτῳ προσῆγον, καὶ δὴ καὶ σταυροῦσθαι παρεκελήκασιν, ἀπεκτόνασί τε τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, τό γε

[17] Exod. xix, 18.

Digitized by Google

ἦκον ἐπ' αὐτοῖς, πλὴν ἀνεβίω πατήσας τὸν θάνατον· ζωὴ γὰρ ἦν κατὰ φύσιν ὡς Θεὸς, καὶ εἴπερ ἦν ἐν σαρκί. Οὐαὶ τοίνυν, φησὶ, τῷ στεφάνῳ τῆς ὕβρεως. Στέφανον αὐτοὺς ἀποκαλεῖ. Καὶ γὰρ ἦσαν αὐτοὶ τοῦ παντὸς Ἰσραὴλ στέφανος ὥσπερ τις καὶ δόξα, τοῖς τῆς ἱερωσύνης αὐχήμασι διαπρέποντες, καὶ τὸ τῆς ἡγεμονίας λαχόντες ἀξίωμα. Ἀλλ' οὐ μεμενήκασιν ἐν ταῖς ἐκνεμηθείσαις αὐταῖς εὐκλείαις τε καὶ ὑπεροχαῖς, ἀποπεπτώκασι δὲ μᾶλλον ὕβρεως στέφανος γεγονότες. Περιβέβληνται γὰρ ἀτιμίᾳ καὶ μώμῳ καὶ τοῖς εἰς δυσσέβειαν ἐγκλήμασι γεγονότες ἔνοχοι, καθάπερ ἄνθος κατεμαράνθησαν. Γεγόνασι γὰρ αὐτοὶ καὶ μισθωτοὶ τοῦ Ἐφραΐμ. Ἐφραΐμ δέ φησι τὸν Ἰούδαν, διάτοι τὸ ἐκ φυλῆς εἶναι τῆς Ἐφραΐμ. Αὐτὸν οὖν ἄρα κατεμισθοῦντο τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς οἱ προεστηκότες, πρός γε τὸ χρῆναι ταῖς αὐτῶν μιαιφονίαις ὑπηρετεῖν καὶ παραδοῦναι τὸν Διδάσκαλον. Ὃ δὴ καὶ πέπρακται. Οὐαὶ τοίνυν τῷ στεφάνῳ τῆς ὕβρεως, φησὶ, τοῦτ' ἔστι, τοῖς ἡγουμένοις, οἳ καὶ ἐμισθώσαντο τὸν Ἐφραΐμ, τοῦτ' ἔστι, τὸν ἐκ φυλῆς Ἐφραΐμ. Γεγόνασί τε ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ὡς ἄνθος ἐκπεσὸν ἐκ τῆς δόξης. Ὥσπερ γὰρ δόξα τοῖς ἄνθεσι τὸ ἔξω τε ὁρᾶσθαι μαρασμοῦ, καὶ ἐν τῷ τῆς ἰδίας φύσεως κάλλει, κατὰ τὸν ἴσον οἶμαι τουτονὶ τρόπον νοηθείη ἂν καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν. Ἕως μὲν γάρ ἐσμεν ἐν οἷς ἡμᾶς εἶναι πρέπει, τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς ἀδιαλόβητον εὖ μάλα τηροῦμεν τὸ κάλλος· παρατετραμμένης δὲ τῆς ἐν ἡμῖν διανοίας ἐφ' ἃ μὴ προσῆκεν, ἄνθος ἐσόμεθα τῆς αὐτῷ πρεπούσης δόξης ἐκπεπτωκός. Ὃ δὴ καὶ πεπόνθασιν οἱ Γραμματεῖς τε καὶ Φαρισαῖοι, καὶ γνώμην, καὶ λόγους, καὶ ἐγχειρήματα, καὶ πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων καταθήγοντες τοῦ Χριστοῦ. Ποῦ δὲ τὸ ἄνθος ἦν τὸ ἐκπεσὸν τῆς δόξης, καὶ τίνα τρόπον ἀπεκληρώσατο; Ἐπὶ τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους τοῦ παχέος. Ὄρος δὲ παχὺ τὸν Ἰσραὴλ ὀνομάζει· παχὺ μὲν, ὅτι ταῖς εὐθυμίαις κατεπαίνετο· ὄρος δὲ, διάτοι τὸ ὑψοῦ τεθεῖσθαι παρὰ Θεοῦ, κατά γε τὸ ἔνδοξον, φημί. Αὐτὸς γάρ που φησι περὶ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ· « Υἱὸν ἐγέννησα καὶ ὕψωσα. » Ἔθος δὲ τῇ θείᾳ Γραφῇ τὴν τῶν Ἰουδαίων μητέρα, φημὶ δὴ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὄρει παρεικάζειν ἐσθ' ὅτε. Ἔκειντο τοίνυν ἄνθος ἐπὶ τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους, τοῦτ' ἔστιν, ἐπάνω πάντων, καὶ ἐπὶ πάντας ὡς ἡγούμενοι, καὶ τὸ κατάρχειν τῶν ἄλλων ταῖς ἐκ νόμου λαχόντες ψήφοις. Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ μεθύοντες ἄνευ οἴνου. Καὶ γὰρ ἦν ἐξ ἀμπέλου Σοδόμων ἡ ἄμπελος αὐτῶν, καὶ ἡ κληματὶς αὐτῶν ἐκ Γομόρρας, ἡ σταφυλὴ αὐτῶν σταφυλὴ χολῆς, βότρυς πικρίας αὐτοῖς, καὶ θυμὸς δρακόντων ἀνίατος. Κατεμεθύσκοντο γὰρ οὐκ οἶνον τοῦτον πίνοντες τὸν αἰσθητὸν, ἀλλὰ τὸ ἐξ ἀκράτου θυμοῦ, καὶ μανίας μέθυσμα, καὶ τῆς διαβολικῆς δυστροπίας τὸν σκοτισμὸν ταῖς αὐτῶν διανοίαις εἰσοικιζόμενοι.

Ἰδοὺ ἰσχυρὸν καὶ σκληρὸν ὁ θυμὸς Κυρίου ὡς χάλαζα καταφερομένη, οὐκ ἔχουσα σκέπην, βίᾳ καταφερομένη, ὡς ὕδατος πολὺ πλῆθος σύρον χώραν τῇ γῇ. ποιήσει ἀνάπαυσιν ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶ, καὶ καταπατηθήσεται ὁ στέφανος τῆς ὕβρεως, οἱ μισθωτοὶ τοῦ Ἐφραΐμ.

[a] Isa. I, 2.

principem occiderunt. Verum calcata morte revixit, ut qui vita esset natura tanquam Deus, etiamsi in carne existeret. Væ igitur, inquit, coronæ injuriæ. Coronam eos vocat. Erant enim illi totius Israelis corona veluti quædam et gloria, sacerdotii insignibus excellentes, et principatus auctoritatem sortiti. Verum in hac dignitate et prærogativa sibi deputata non permanserunt, imo exciderunt potius, cum facti essent corona injuriæ, seu insolentiæ. Circumdati enim ignominia et labe, impietatisque crimine implicati, tanquam flos emarcuerunt. Erant enim illi mercenarii Ephraim. Ephraim dicit Juda, quod esset ex tribu Ephraim. Illum igitur mercede conduxerunt Judaicæ Synagogæ præfecti, ut essent cædis eorum administri, et hunc Doctorem traderent. Quod factum est. Væ ergo, inquit, coronæ injuriæ, id est, proceribus, qui etiam mercede conduxerunt Ephraim, scilicet eum qui esset e tribu Ephraim. Hanc namque ob causam facti sunt velut flos cadens de gloria. Quemadmodum enim florum gloria est sine marcore esse, et in suæ naturæ pulchritudine conspici, pari modo et in nobis ipsis posse intelligi arbitror. Quandiu enim versamur in quibus nos versari convenit, animæ nostræ pulchritudinem diligenter custodimus illibatam; at mente nostra ad ea quæ parum decet transversa, flos erimus cujus decora gloria defluxit. Quod usuvenit Scribis et Pharisæis, mente, sermone, conatibus, omnibusque prodigiosis machinamentis contra Christum instructis. At ubi erat flos decidens de gloria, et quem locum obtinuit? In vertice montis pinguis. Montem pinguem, Israelem nominat: pinguem quidem, quod tranquillitate et securitate gestiret; montem vero, quod in sublimi a Deo collocaretur, quod ad nobilitatem, inquit, attinet. Ait enim ipse de Israelitis: « Filios genui et exevi [a]. » Est autem familiare divinæ Scripturæ matrem Judæorum, Jerusalem inquam, monti comparare quandoque. Positi igitur erant flos **386** in vertice montis, id est, supra omnes et in omnes velut principes, et ad imperitandum aliis suffragio legis delecti. Hi erant ebrii sine vino. Etenim ex vite Sodomorum erat vitis eorum, et sarmentum eorum ex Gomorrha, uva bilis, botrus amarus illis, et ira draconum insanabilis. Inebriati sunt enim, non hoc vinum subjectum sensibus bibendo, sed ex impotenti ira et furore ebrietatem et diabolicæ perversitatis obtenebrationem in animi quasi domicilium admittendo.

Vers. 2, 3. *Ecce forte et durum ira Domini, sicut grando quæ deorsum demittitur, non habens tegmen, violenter demittitur, velut aquæ magna vis trahens regionem, in terra faciet quietem manibus et pedibus, et conculcabitur corona superbiæ, mercenarii Ephraim.*

Digitized by Google

Quomodo illis dira contingent, et quod impietatis in Christum pœnas daturi sint, in duram et implacabilem iram justi judicis incidentes, hisce verbis propheticus sermo nobis submonstrat. Veniet enim, inquit, veniet contra nos dura et sæva ira Domini, sicque veniet perinde quasi grando demitteretur contra eos qui non habent velamentum, demissa violenter, id est, non tolerabiliter, seu potius fortiter et acriter, ac si quis funda vibrata, immaniter aliquem impeteret. Veniet ergo, inquit, instar grandinis, aut tanquam vis aquæ multæ trahens regionem. Est autem et hoc inexpugnabile. Agedum enim flumine, ut exempli causa dicam, vel torrente impetuosissime demisso, quid est quod obstare aut resistere valeat, quodque aquarum irruptioni non cedat? Veniet igitur velut aqua, totam inundans regionem, videlicet Judæorum. Erit autem casus tam horribilis, ut in tota terra facturus sit requiem. At qualem requiem, et quam? Manibus et pedibus. Est autem hæc verborum sententia. Nam qui natare discunt, si quidem sit aquarum status placidus et velut tractabilis, pedibus manibusque adductis et porrectis, mediocriterque laborantibus, suffocationis periculum effugiunt. At impetus aquarum si omnino irruat, ita ut exitus non pateat, quiescit ac desinit natare omnino captus, videturque labore liberatus, **387** ac cum sit prorsus submersus, ut deinceps præfocetur necesse est. Itaque ironiam habet hæc oratio, cum ait terræ facturam requiem aquam, requiemque manibus et pedibus. Simile est enim ac si diceret: Frustra laboret nemo, ut adventanti in omnes calamitati occurrat. Adeo enim impetuose ruet, ut si laborare vellent, nec consilio providere possint, nec cogitatione præcipere. Nemo enim enatabit, ac, velit nolit, deprimetur, quocunque aqua attrahens detulerit, id est, violentissima et invulnerabilis manus Romani exercitus. Tunc quidem, tunc conculcabitur, id est, pedibus eorum, quos dixi, subjicietur corona superbiæ, mercenarii Ephraim. Quinam autem isti sunt, ex his quæ jam supra dicta sunt cognovimus.

Τίνα τρόπον αὐτοῖς τὰ δεινὰ συμβήσεται, καὶ ὅτι τῆς εἰς Χριστὸν δυσσεβείας ἀποτίσουσι δίκας σκληρῷ τε καὶ ἀνημέρῳ παραπεσόντες θυμῷ τοῦ τὰ δίκαια κρίνοντος, διὰ τούτων ἡμῖν ὁ προφητικὸς ὑπεμφαίνει λόγος. Ἥξει γὰρ, ἥξει, φησὶ, σκληρὸς καὶ δυσάντητος καθ' ὑμῶν ὁ θυμὸς Κυρίου, ἥξει δὲ οὕτως ὡσανεὶ καὶ χάλαζα καταφέροιτο κατά τινων οὐκ ἐχόντων σκέπην, καταφερόμενος δὲ σὺν βίᾳ, τοῦτ' ἔστιν, ἀφορήτως, ἐντόνως δὲ μᾶλλον καὶ μονονουχὶ κατασφενδονῶντός τινος, καὶ ἀγρίως τισὶν ἐπιφέροντος. Ἥξει δὲ οὖν ὡς χάλαζα, φησὶν, ἢ καὶ ὡς ὕδατος πολὺ πλῆθος σύρον χώραν. Ἄμαχον δὲ καὶ τοῦτο. Ποταμοῦ γὰρ, φέρε εἰπεῖν, ἤτοι χειμάρρου ῥαγδαιότατα καταφερομένου, ποῖον ἔσται τὸ ἀντιστατοῦν, καὶ ἀντισχεῖν δυνάμενον, καὶ τῇ τῶν ὑδάτων ῥύμῃ μὴ παραχωροῦν; Ἥξει δὴ οὖν ὡς ὕδωρ ὅλην ἐπικλύζον τὴν χώραν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν τῶν Ἰουδαίων. Ἔσται δὲ οὕτως ἀπηνὴς ἡ καταφορὰ, ὡς καὶ ἀνάπαυσιν ποιῆσαι τῇ γῇ. Ἀνάπαυσιν δὲ ποίαν ἄρα, καὶ τίνα; Ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσί. Καὶ ἔσται τοιοῦτος τῶν εἰρημένων ὁ νοῦς. Οἱ γάρτοι νήχεσθαι μεμελετηκότες, εἰ μὲν εἴη τυχὸν ἠρεμαία τε καὶ οἷον εὐαφὴς τῶν ὑδάτων ἡ στάσις, πόδας τε καὶ χεῖρας συστέλλοντες, καὶ ἐκτείνοντες, διαπονηθέντες τε συμμέτρως, τὸν ἐκ τοῦ καταπνίγεσθαι διαδράσκουσι κίνδυνον. Τῆς δὲ τῶν ὑδάτων ὁρμῆς ἀπρόσιτον παντελῶς ἐχούσης τὴν προσβολὴν παύεται τοῦ νήχεσθαι πάντη τε καὶ πάντως ὁ ἐναλὸς, καὶ δοκεῖ μὲν ἀπαλλάττεσθαι πόνου, καταπνίγεται δὲ λοιπὸν ὡς ἐξ ἀνάγκης τε καὶ βίας πάντη τε καὶ πάντως ὑποβρύχιος γεγονώς. Οὐκοῦν διαγελᾷ πως ὁ λόγος, καὶ εἰρωνεύεται, ἀνάπαυσιν τῇ γῇ ποιῆσαι λέγων τὸ ὕδωρ, ἀνάπαυσιν δὲ ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσί. Ὅμοιον γὰρ ὡς εἰ καὶ λέγοι τυχὸν, Εἰκῆ πονείτω μηδεὶς, εἰς ἀντίστασιν τῆς μελλούσης κατὰ πάντων ἴέναι συμφορᾶς. Ἥξει γὰρ οὕτως ῥαγδαίως, ὡς ἀπρόσβλητον εἶναι παντελῶς καὶ ἀνόνητον ὁλοτρόπως τοῖς ἐθέλουσι πονεῖν γενέσθαι τὸ χρῆμα. Διανήξεται γὰρ οὐδεὶς, κατακομισθήσεται δὲ καὶ ἄκων, οὗπερ ἂν φέροι τὸ καθέλκον ὕδωρ, τοῦτ' ἔστι, τῶν Ῥωμαίων στρατείας ἡ βιαιοτάτη καὶ ἄθραυστος χείρ. Τότε δὴ τότε κατα-

πατηθήσεται, τοῦτ' ἔστιν, ὑπὸ πόδας κείσεται τῶν εἰρηκότων ὁ στέφανος τῆς ὕβρεως, οἱ μισθωτοὶ τοῦ Ἐφραΐμ. Τίνες δὲ οὗτοι, διὰ τῶν ἤδη προειρημένων ἐγνώκαμεν.

Vers. 4. *Et erit flos qui decidit de spe gloriæ, in summo montis excelsi, velut præcoqua ficus quam simul atque vidit aliquis, priusquam eam manu sumat, devorare cupiet.*

Quid sit ille flos decidens de spe gloriæ, et quid præterea significaverit, in vertice montis excelsi situm esse et conspici, ex paulo ante dictis evasit perspicuum. Florem enim, utpote in monte conspicuum, vel Israelem, vel eos qui ut præsint delecti sunt, optime intelliges. Sed erit, inquit, tanquam præcoqua ficus. Nam cum fructus in ficu matureseunt, si quis forte alios prævenit et antevertit, flatque ita aptus esui, qui videt, alacriter invadit cupitque devorare, et fortassis impetu ad hoc inflammato, quantum ad appetitum attinet, manum se extendere cunctantem accusat, oreque diducto in

Καὶ ἔσται τὸ ἄνθος τὸ ἐκπεσὸν τῆς ἐλπίδος τῆς δόξης, ἐπ' ἄκρου τοῦ ὄρους τοῦ ὑψηλοῦ ὡς πρόδρομοι σύκου, ὁ ἰδὼν αὐτὸ πρὶν εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ λαβεῖν, θελήσει αὐτὸ καταπιεῖν.

Τί τὸ ἄνθος τὸ ἐκπεσὸν τῆς ἐλπίδος τῆς δόξης, τί δὲ δὴ πρὸς τοῦτο κατασημάνειεν ἄν, τὸ ἐπ' ἄκρου τοῦ ὄρους τοῦ ὑψηλοῦ κεῖσθαί τε αὐτὸ καὶ ὁρᾶσθαι, διὰ τῶν ἔναγχος εἰρημένων κατέστη γνώριμον. Ἄνθος μὲν γὰρ, τὸ ὡς ἐν ὄρει περίοπτον, ἤτοι τὸν Ἰσραὴλ, ἤγουν τοὺς καθηγεῖσθαι λαχόντας εὖ μάλα συνήσεις. Ἀλλ' ἔσται, φησὶν, ὡς πρόδρομος σύκου. Μελλόντων γὰρ τῶν ἐν συκῇ πεπαίνεσθαι καρπῶν, εἴπερ τι τῶν ἄλλων προελάσειε τυχὸν, γένοιτό τε οὕτως ἐδώδιμον, ἐπιπηδᾷ μὲν προθύμως ὁ τεθεαμένος, γλίχεται δὲ καταπιεῖν, καὶ τάχα που ταῖς εἰς τοῦτο διαπύροις ὁρμαῖς, καὶ τό γε ἧκον εἰς ὄρεξιν αἰτιᾶται

Digitized by Google

μέλλουσαν τὴν χεῖρα πρὸς ἔκτασιν, καὶ διευρύνων τὸ στόμα, τοῖς κλάδοις ἐκπηδᾷ. Οὕτως ἔσται, φησὶ, τοῖς ἁρπάζουσιν ὁ Ἰσραήλ. Καταπέποται γὰρ, ὡς ἔφην, ὑπὸ Ῥωμαίων, ἡδεῖά τε γέγονε τοῖς ἑλοῦσι τροφή. A

Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται Κύριος Σαβαὼθ ὁ στέφανος τῆς ἐλπίδος, ὁ πλακεὶς τῆς δόξης τῷ καταλειφθέντι μου λαῷ. Καταλειφθήσονται ἐν πνεύματι κρίσεως ἐπὶ κρίσιν, καὶ ἰσχὺν κωλύων [κωλύον] *ἀνελεῖν.*

Quod hi errantes vocabuntur suo tempore, et veritatis luce ditati, animo ac corde agnoscent universitatis Creatorem et artificem, quodque sapientes et cordati futuri sunt, et ex pulchritudine creaturarum, ratione et proportione quadam, contemplabuntur eum qui totum hoc quidquid est, inenarrabili potentia produxit ut esset, optime disseruit. Ex his jam ita dictis, cum satis justam **517** iis mystagogiam institutionemque contexuerit, orationem ad eos transfert qui sanguine Jacobi sive Israelis orti sunt. Postquam enim offendissent in lapidem offensionis, et salutis auctore ac chorago non recepto, a conjunctione quæ cum illo est procul abessent, non jam contra receptam in lege umbram, sed contra adorationem ac cultum per spiritum ac in veritate invectum, id est, evangelicum, obmurmurarunt, et inquiunt : Abscondita est via mea a Deo, id est, non considerat legalem vivendi rationem, ac institutionem. Nam qui sic vivunt, nempe prout sapientissimi Moysis præceptum jussit, eos deinceps inspicere non dignatur. Sed abstulit judicium meum, et recessit, id est, legem cessare fecit. Judicium vocant legem : quod docebit beatus David, cum alloquitur universorum Deum : « Judicium et justitiam in Jacob tu fecisti [46] ; » id est, tu per angelos, vel per Moysis intercessionem, legem statuisti. Dixitque etiam Moyses de Israel : Illic dedit et justificationes et judicia. Abstulit igitur meum judicium, id est, legis quodammodo cultum abjecit, et abstulit a nobis, ac recessit. Non enim curat amplius electos, et primogenitus Israel in nihilum abiit.

B

C

Ὅτι κεκλήσονται κατὰ καιροὺς οἱ πλανώμενοι, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας εἰς νοῦν καὶ καρδίαν καταπλουτήσαντες φῶς, ἐπιγνώσονται μὲν τὸν τῶν ὅλων γενεσιουργὸν καὶ τεχνίτην, εὖ μάλα διειρηκὼς, ἔσονται δὲ ὅτι σοφοὶ καὶ ἀγχίνοι, καὶ ἀπὸ καλλονῆς κτισμάτων θεωρήσουσιν ἀναλόγως τὸν τόδε τὸ σύμπαν ἀῤῥήτῳ δυνάμει προενεγκόντα πρὸς ὕπαρξιν, καὶ ἀποχρῶσαν αὐτοῖς ἐξυφήνας τὴν μυσταγωγίαν διὰ τῶν ἤδη προειρημένων, μεθίστησι τὸν λόγον ἐπὶ τοὺς ἐξ αἵματος Ἰακὼβ, ἤτοι τὸν Ἰσραήλ. Ἐπειδὴ γὰρ προσέκοψαν τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος, καὶ τὸν τῆς σωτηρίας χορηγὸν οὐ παραδεξάμενοι, τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος γεγόνασί που μακρὰν, οὐκέτι παραδεχθείσης τῆς κατὰ νόμον σκιᾶς, οὐκ εἰσκεκομισμένης δὲ μᾶλλον τῆς ἐν πνεύματί τε καὶ ἀληθείᾳ προσκυνήσεως, καὶ λατρείας, τοῦτ' ἔστι, τῆς εὐαγγελικῆς, διεγόγγυζον λέγοντες· Ἀπεκρύβη ἡ ὁδός μου ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, τοῦτ' ἔστι, τὴν νομικὴν οὐκ ἐπισκέπτεται πολιτείαν. Ζῶντας γὰρ οὕτω, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἡ διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως προστέταχεν ἐντολὴ, τῆς παρ' ἑαυτοῦ λοιπὸν ἐποπτίας οὐκ ἀξιοῖ. Ἀφεῖλε δέ μου τὴν κρίσιν καὶ ἀπέστη, τοῦτ' ἔστιν, ἔπαυσε τὸν νόμον. Κρίσιν δέ φασι τὸν νόμον· καὶ τοῦτο διδάξει λέγων ὁ μακάριος Δαβὶδ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν· « Κρίσιν καὶ δικαιοσύνην ἐν Ἰακὼβ σὺ ἐποίησας· » τοῦτ' ἔστι, Σὺ τὸν δι' ἀγγέλων, ἤγουν διὰ τῆς Μωσέως μεσιτείας ὡρίσω νόμον· ἔφη δὲ καὶ Μωσῆς περὶ τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι Ἐκεῖ ἔδωκεν αὐτῷ δικαιώματα καὶ κρίσεις. Ἀφεῖλέ μου τοίνυν τὴν κρίσιν, τοῦτ' ἔστι, τὴν κατὰ νόμον λατρείαν ἀποβεβληκὼς μονονουχὶ, καὶ ἀφεῖλεν αὐτὴν ἀφ' ἡμῶν, καὶ ἀπέστη. Κήδεται γὰρ οὐκέτι τῶν ἐξειλεγμένων, καὶ ὁ πρωτότοκος Ἰσραὴλ οἴχεται πρὸς τὸ μηδέν.

D

Vers. 28. *Et nunc nonne cognovisti, neque audivisti? Deus æternus, Deus qui fabricavit terminos terræ, non esuriet, neque laborabit, neque prudentiæ ejus inventio.*

Olim namque, o Israel, eruditus es lege, cognovisti ex prophetis modum futuræ post legem dispensationis. Prodita enim lex est, umbras habens et typos futurorum bonorum, et mysterii Christi virtutem quasi parturiens in littera : multifariam enim per legis præceptum ante Christus formabatur, ejusque mysterium ænigmatice describebatur. Hoc ipse confirmabit, cum dicit Israelitis inobedientibus: « Si

Καὶ νῦν οὐκ ἔγνως, εἰ μὴ ἤκουσας; Θεὸς αἰώνιος, Θεὸς κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς, οὐ πεινάσει, οὐδὲ κοπιάσει, οὐδέ ἐστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ.

Πάλαι μὲν γὰρ, ὦ Ἰσραὴλ, ἐπαιδεύθης διὰ νόμου, ἔγνως διὰ προφητῶν τῆς μετὰ τὸν νόμον ἐσομένης οἰκονομίας τὸν τρόπον. Κεχρησμῴδηται μὲν γὰρ ὁ νόμος, σκιὰς ἔχων καὶ τύπους τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, καὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τὴν δύναμιν ὡς ἐν ὠδῖσιν ἔχων τῷ γράμματι· πολυτρόπως γὰρ διὰ τῆς κατὰ νόμον ἐντολῆς προανεμορφοῦτο Χριστὸς, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον αἰνιγματωδῶς κατεγρά-

[46] Psal. xcviii, 4.

Digitized by Google

φετο· καὶ πιστώσεται λέγων αὐτὸς τοῖς ἀπειθεῖν ἑλομένοις ἐξ Ἰσραήλ· « Εἰ πιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί, περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. » Ἐπειδὴ δὲ, φησὶν, αἰτιᾶται λέγων, Οὐκ ἐπισκέπτεταί μου τὰς κατὰ νόμον ὁδούς· τοῦτο γάρ ἐστι τό· Ἀπεκρύβη ἡ ὁδός μου ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι ἀφεῖλεν ἡμῶν τὴν κρίσιν, ἤτοι τὸν νόμον, καὶ ἀπέστη· ὡς ἠγνοηκὼς δέ που πάντως τὸν ἐν τῷ Θεῷ σκέποντα, τοιάδε φησί· Ἔστω, φησὶ, κἂν γοῦν νῦν οὐκ ἔγνως, εἰ μὴ ἤκουσας; τοῦτ' ἔστιν, εἰ μὴ ἀκούσεις; ὅμοιον δὲ ὡς εἰ λέγοι· Δέχομαι τὴν προσποίησιν οἰκονομικῶς. Οὐκ ἔγνως, εἰ μὴ μάθοις, ἤτοι μὴ ἀκούσῃς. Ἄκουε τοίνυν, Θεὸς αἰώνιος. Θεὸς ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς, οὐ πεινάσει, οὐδὲ κοπιάσει. Προσεκόμιζες δὲ, φησὶ, τὰς δι' αἱμάτων θυσίας πρόβατα, καὶ βοῦς ἀνετίθεις ἀποπεραίνων εὐχάς· λιβανωτοῖς ἐτίμας καὶ καπνοῖς, τρυγόσι καὶ περιστεραῖς· ἀλλ' ἴσθι τοι καὶ μὴ ἀγνοήσῃς ὅτι τὰ ἄκρα κατεσκεύασε ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος. Ἄκρα δὲ τῆς γῆς τὰ πέρατά φησιν, ἵνα διὰ τούτου νοῆται πᾶσα. Οὐ πεινάσει, οὐδὲ κοπιάσει. Ὅμοιον εἶναι τοῦτό φημι τῷ πρὸς αὐτοὺς εἰρημένῳ, διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος φωνῆς· « Μὴ φάγωμαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίωμαι; » Πῶς γάρ μοι, φησὶ, προσκομίζετε τὰς θυσίας; ἆρ' ὡς πεινῶντι, καὶ ὑπὸ λιμοῦ κοπιᾷν εἰωθότι; ἄπαγε τῆς δυσβουλίας. Ὁ γὰρ αἰώνιος Θεὸς ὁ φθείρεσθαι μὴ εἰδὼς, οὔτε πεινάσει, οὔτε κοπιάσει· οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ τι τῶν ἀνθρωπίνων ἅψεται. Ἀλλ' οὐδ' ἔστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ. Αἰτία μὲν γὰρ ἔσθ' ὅτε, φησὶ, λέγων· Εἰ νῦν ἀπαράδεκτον ἐποιήσω τὴν διὰ Μωσέως ἐντολὴν, ἤτοι τὴν ἐν νόμῳ σκιάν, τί καὶ ὅλως ἐνομοθέτεις ἐν ἀρχαῖς; εἰ κρείττονα τῶν ἀρχαίων τὰ νέα, τοῦτ' ἔστι, τὰ εὐαγγελικὰ θεσπίσματα, διατί ταῦτα καὶ πρὸς αὐτοῦ τέθειται τοῦ νόμου; Ἀλλὰ μὴ εἴπῃς τοῦτο, φησίν. Οὐ γὰρ εὑρεῖν δύνασαι τὴν ἀκατάληπτον φρόνησιν, ἤτοι σοφίαν τοῦ Θεοῦ. Δέδοται μὲν γὰρ ἡ διὰ Μωσέως ἐντολή· καὶ ἐπὶ τίσιν ἄρα, καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν ὁ Παῦλος διδάξει, λέγων, ὅτι « Νόμος παρεισῆλθε, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα. » Καὶ πάλιν· « Συνέκλεισε γὰρ ἡ Γραφὴ τὰ πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ. » Ὥρισθη τοίνυν ὁ τῆς ἁμαρτίας παραδεικτικὸς, καὶ οἱονεὶ τῆς ἁπάντων ἀσθενείας ἔλεγχος, ἵνα, ἐπείπερ οὐκ οἶδε δικαιοῦν τοὺς ἡμαρτηκότας, κατακρίνει δὲ μᾶλλον αὐτοὺς, λοιπὸν ἀναγκαίως εἰσφέρεται τῆς διὰ Χριστοῦ φιλοτιμίας ἡ χάρις, δικαιοῦσα τὸν ἀσεβῆ, καὶ ἀπαλλάττουσα τῶν πλημμελημάτων τοὺς ἐνισχημένους αὐτοῖς. Οὐκοῦν οὐκ ἔστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως τοῦ πάντα τοφῶς οἰκονομοῦντος Θεοῦ, καὶ προαναδείξαντος μὲν τὸν νόμον εἰς ἔλεγχον ἁμαρτίας, πέμψαντος δὲ τὸν Υἱὸν ἐξ οὐρανῶν, ἵνα δικαιώσῃ τῇ πίστει τοὺς ἐν ἁμαρτίαις.

credidissetis Moysi, credidissetis et mihi : de me enim ille scripsit [67]. » Quoniam vero, inquit, criminatur, dicens : Non considerat vias meas in lege, id enim est : Abscondita est via mea a Deo, et abstulit nostrum judicium, sive legem, et recessit, quasi non novisset prorsus eum qui Deo confidit : hæc dicit : Esto, inquit, etiam nunc non cognovisti, vel non audivisti? id est, nonne audire potuisti [68]? Simile **518** est ac si dicat : Admitto fictionem quam instituisti. Non cognovisti, nisi dideceris vel audieris. Audi igitur, Deus æternus est. Deus, qui fabricavit extrema terræ, non esuriet, neque laborabit. Obtulisti, inquit, sanguinolenta sacrificia, oves et boves immolasti, vota fecisti, thure et fumo, turturibus et columbis honorasti. Sed cognosce, neque sis nescius, eum qui fabricavit extrema terræ, Deum esse æternum. Extrema terræ, fines dicit, ut inde tota terra intelligatur. Non esuriet, neque laborabit, simile est ei quod dicitur illis voce Psallentis : « Num edam carnes taurorum, aut sanguinem hircorum bibam [69]? » Quomodo enim mihi, inquit, adducitis sacrificia? an ut esurienti, et præ fame laboranti? Apage consilii inopiam. Æternus enim Deus corrumpi non potest, neque esuriet, neque laborabit, nec illum quidquam rerum humanarum attinget. Sed neque est inventio prudentiæ ipsius. Causaris enim, inquit, et dicis interdum : Si nunc rejeceris præceptum Moysis, seu legis umbram, cur omnino legem condidisti ab initio? si nova, id est, evangelica oracula, præstantiora sint veteribus, cur hæc ad ipsam legem apponuntur? Ne dicas, inquit, istud. Non enim poteris invenire incomprehensam Dei prudentiam, sive sapientiam. Data enim est lex per Moysem; ob quæ autem, et quam ob causam, Paulus docebit, inquiens : « Lex subingressa est, ut abundaret delictum [70]. » Et rursus : « Conclusit enim Scriptura omnia sub inobedientia, ut omnium misereretur [71]. » Definitur igitur esse peccati monstratrix, et omnium infirmitatis quasi redargutio, ut quoniam justificare peccatores non poterat, sed condemnet potius, deinceps necessario inducatur munificentiæ per Christum gratia, quæ justificat impium, et liberat delictis eos qui illis sunt implicati. Itaque non est inventio prudentiæ Dei, qui omnia gubernat sapienter, et qui præmonstravit legem, ut peccata redarguat, qui misit Filium de cœlo, ut justificaret per fidem peccatis obrutos.

Διδοὺς τοῖς πεινῶσιν ἰσχὺν, καὶ τοῖς μὴ ὀδυνομένοις λύπην. Πεινάσουσι γὰρ νεώτεροι, καὶ κοπιάσουσι νεανίσκοι, καὶ ἐκλεκτοὶ ἀρίσχυες ἔσονται. Οἱ δὲ ὑπομένοντες Θεὸν, ἀλλάξουσιν ἰσχὺν, πτεροφυήσουσιν ὡς ἀετοὶ, δραμοῦνται καὶ οὐ κοπιάσουσι, βαδιοῦνται καὶ οὐ πεινάσουσι.

VERS. 29-31. *Qui dat esurientibus fortitudinem, et non dolentibus mœrorem. Esurient enim juvenes, et laborabunt adolescentes, et electi infirmi erunt. Qui vero exspectant Deum, mutabunt fortitudinem, alas assument ut aquilæ,* **519** *current et non laborabunt, gradientur et non esurient.*

[67] Joan. v, 46. [68] Isa. XL, 27, 28. [69] Psal. XLIX, 13. [70] Rom. v, 20. [71] Rom. XI, 32.

Digitized by Google

Hoc mihi simul ac complexim intellige : Deus æternus, Deus qui fabricavit extrema terræ, ipse est qui dat esurientibus robur. Non enim unquam cibi inopia angebatur, Deus quippe et æternus. Imo dat potius ipse esurientibus robur spirituale, justitiam : item dat non dolentibus mœrorem. Atque hoc bifariam intelliges. Vel enim ex ingenti stupore, et ex eo quod ignoraverint Dei voluntatem, nescientibus se offendisse eum, ac in graves atque inevitabiles calamitates incidentibus, dat auxilii causa ut doleant in posterum, de his in quibus lapsi sunt. Dolor enim qui est secundum Deum, pœnitentiam ad salutem non pœnitendam operatur, vel crucifigentibus Jesum, et propterea gaudentibus (sic enim affecti sunt Judæorum proceres, et quicunque ausi sunt dicere : « Sanguis ejus super nos, et super filios nostros [72] ; ») dat mœrorem, dum effecit ut in calamitatibus bellique malis versarentur; et quoniam a conjunctione quæ est cum illo exciderunt, destituti sunt omni fortitudine ac cibo spirituali. Hinc tantum non exponens quod dictum est, infert dicens : Esurient enim juvenes, et laborabunt adolescentes, et electi infirmi erunt. Nam quod ad gentes attinet, quæ defecerant, et infirmæ erant, et sic pedibus diabolicis subjectæ, et facientes incunctanter quidquid immundis spiritibus visum esset, fortes quidam erant et juvenes : at intelligibiliter videlicet et spiritualiter, fame et labore premebantur. Jam qui ex legis pædagogia recte noverunt agere, et præceptum sibi traditum semel, perficere, hi, inquit, esurient et laborabunt, id est, ad omnia bona infirmi erunt et inhabiles. Fames enim divinorum sermonum si quibus contingat, declarat eos prorsus infirmos et fractos, et qui nihil boni præclare ac fortiter possunt peragere. Quod autem fame perierit gens Israelitica, credentibus in Dominum nostrum Jesum Christum, a malo ereptis, proclamat Deus, quondam dicens per unum e prophetis : « Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et inducam famem super terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini. Et ab oriente usque ad occidentem circumcursabunt, quærentes verbum **520** Domini, et non invenient [73].» Quomodo enim infirmi non essent, quomodo non laborarent, ac fame mentis et intelligentiæ non disperirent, cum videlicet Christum non admiserint, etiam cum dicat aperte : « Ego sum panis vivus, qui e cœlo descendit, et vitam dat mundo : si quis hunc panem edit, vivet in æternum [74] ? » Cum autem propter insignem insulsitatem, etiam cum habere potuissent, panem vitæ non comederint, fame contabuerunt, deliciantibus gentibus. Est enim verum quod dicit Salomon : « Non fame perimet Dominus animam justam, vitam vero impiorum subvertet [75].» Sed hæc usuvenerunt Judæis, quippe qui impii fuerant in ducem vitæ. At qui sustinent Dominum, id est, qui Christo ser-

Νόει δή μοι κατὰ κοινοῦ, τὸ, ὅτι Θεὸς ὁ αἰώνιος, Θεὸς ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς, αὐτός ἐστιν ὁ διδοὺς τοῖς πεινῶσιν ἰσχύν. Οὐ γάρ τοι τροφῆς ἐν ἐνδείᾳ γέγονέ ποτε Θεὸς ὢν καὶ αἰώνιος. Δίδωσι δὲ τοῖς πεινῶσι μᾶλλον αὐτὸς τὴν δικαιοσύνην, πνευματικὴν εὐανδρίαν· δίδωσι δὲ ὁμοίως καὶ τοῖς μὴ ὀδυνομένοις λύπην. Καὶ τοῦτο νοήσεις διχῇ. Καὶ γάρ τοι ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀναισθησίας, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἐγνωκέναι τὸ ἀρέσκον Θεῷ, μήτε μὴν εἰδόσιν ὅτι προσκρούοντες αὐτῷ δειναῖς, καὶ ἀφύκτοις περιπεσοῦνται δίκαις, δίδωσιν εἰς ἐπικουρίαν τὸ λυπεῖσθαι λοιπὸν ἐφ' οἷς ἂν πταίωσιν. Ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητόν τε κατεργάζεται, ἤγουν τοῖς σταυρώσασι τὸν Ἰησοῦν, καὶ τάχα που καὶ χαίρουσιν ἐπὶ τούτῳ (διετέθησαν γὰρ οὕτως οἵ τε τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ, καὶ ὅσοι τετολμήκασιν εἰπεῖν· « Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν· ») διδοὺς λύπην, συμφοραῖς αὐτοὺς καὶ πολέμου κακοῖς ὁμιλῆσαι παρασκευάσας· καὶ ὅτι τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος ἀπωλισθήκασιν, ἔρημοι γεγόνασιν ἁπάσης ἰσχύος καὶ τροφῆς πνευματικῆς. Ταύτῃτοι μονονουχὶ καὶ διερμηνεύων τὸ εἰρημένον ἐπιφέρει, λέγων· Πεινάσουσι γὰρ νεώτεροι, καὶ κοπιάσουσι νεανίσκοι, καὶ ἐκλεκτοὶ ἀνίσχυες ἔσονται. Ὅσον μὲν γὰρ ἦκεν εἰς τὸ ἐκλελῦσθαι τὰ ἔθνη, ἠσθενηκέναι τε οὕτως, καὶ ὑπὸ πόδας ἐρρῖφθαι διαβολικοὺς, καὶ πράττειν ἀμελητὶ τὸ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι δοκοῦν, ἀνδρεῖοί τινες ἦσαν καὶ νεώτεροι· νοητῶς δὲ δηλονότι, καὶ πνευματικῶς, πείνῃ καὶ κόπῳ κατείχοντο. Οἱ δὲ διὰ τῆς ἐν νόμῳ παιδαγωγίας εἰδότες ἀγαθουργεῖν, καὶ τὴν δοθεῖσαν ἅπαξ ἀποπεραίνοντες ἐντολὴν, ἀλλ' οὗτοι, φησὶ, πεινάσουσι, καὶ κοπιάσουσι, τοῦτ' ἔστιν, ἀνίσχυες ἔσονται πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν. Ὁ γάρ τοι λιμὸς τῶν θείων λόγων εἰ συμβαίνοι τισὶν, ἀποφαίνει δὴ πάντως αὐτοὺς ἠσθενηκότας, καὶ παρειμένους, καὶ καταθλεῖν εἰδότας τῶν ἀγαθῶν οὐδέν. Ὅτι δὲ λιμῷ κατεφθάρη τὸ ἔθνος τὸ ἐξ Ἰσραὴλ, ἐξῃρημένων τοῦ κακεῖ τῶν πεπιστευκότων εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, προαναφωνεῖ Θεὸς, καὶ πάλαι λέγων δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν· « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ ἐπάξω λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν, οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι τὸν λόγον Κυρίου· καὶ ἀπ' ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν περιδραμοῦνται ζητοῦντες τὸν λόγον Κυρίου, καὶ οὐ μὴ εὕρωσι.» Πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον ἀνίσχυες ἔσεσθαι καὶ κοπιᾷν, καταφθείρεσθαί τε λιμῷ νοητῷ, δῆλον ὅτι Χριστὸν οὐ παραδεξάμενοι, καίτοι λέγοντα σαφῶς· « Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ· ἐάν τις τὸν ἄρτον τοῦτον φάγῃ, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα ; » Ἐπειδὴ δὲ διὰ πολλὴν ἀβουλίαν, καίτοι μεταλαχεῖν ἐξὸν, οὐ κατεδηδόκασι τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς, λιμῷ κατατήκονται, τρυφώντων τῶν ἐθνῶν. Ἀληθὲς γὰρ ὅτι, καθά φησιν ὁ Σολομών, « Οὐ λιμοκτονήσει Κύριος ψυχὴν δικαίαν, ζωὴν δὲ ἀσεβῶν ἀνατρέψει.» Ἀλλὰ ταῦτα μὲν Ἰουδαίους συνέβη παθεῖν. Δεδυσσεβήκασι γὰρ εἰς τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς.

[72] Matth. xxvii, 25. [73] Amos, viii, 11, 12. [74] Joan. vi, 51, 52. [75] Prov. x, 3.

Digitized by Google

Οἱ γε μὴν ὑπομένοντες τὸν Θεὸν, τοῦτ' ἔστιν, οἱ Χριστῷ δουλεύοντες, καὶ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντες, καὶ κατορθοῦν σπουδάζοντες, ἀλλάξουσιν ἰσχύν. Οὐ γὰρ ἐν ἐκείναις μεμενήκασι ταῖς ἀσθενείαις ἐν αἷς ἦσάν ποτε πλανώμενοι, καὶ ὑπεζευγμένοι τῷ Σατανᾷ, καὶ ταῖς κοσμικαῖς ἡδοναῖς, ἀλλ' ἑτέραν ἕξουσι, τοῦ Χριστοῦ δηλονότι χορηγοῦντος αὐτοῖς τὸ δύνασθαι κατευμεγεθεῖν βδελυρᾶς ἁπάσης ἡδονῆς, καὶ τῶν τῆς ἁμαρτίας ἕξω φέρεσθαι βρόχων. Γέγραπται γάρ· « Ἰσχύς μου καὶ ὕμνησίς μου ὁ Κύριος. » Ἀνακαινισθήσονται δὲ οὕτως, φησὶν, ὡσανεὶ καὶ ἀετοί. Καὶ τοῦτο διδάξει λέγων ὁ μακάριος Δαβίδ· « Ἀνακαινισθήσεται ὡς ἀετοῦ ἡ νεότης σου. » Δραμοῦνται δὲ, καὶ οὐ κοπιάσουσι. Πρόθυμοι γὰρ καὶ νεανικοὶ τὰς τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας διοδεύσουσι τρίβους, διδόντος αὐτοῖς τὰ ζωαρκῆ, καὶ κοπιᾷν οὐκ ἐῶντος Χριστοῦ. Ἐμπίμπλησι γὰρ τὰς καρδίας τῶν ἀγαπώντων αὐτὸν τῆς ἄνωθεν εὐσθενείας, ὥστε κἂν εἰ γένοιτο πειρασμοῖς καὶ κόποις περιπεσεῖν, κατορθοῦντας τὴν ἀρετὴν, κρείττους γενέσθαι τοῦ καμεῖν, εὖ εἰδότας ὅτι πολύευκτον ἡ ὑπομονή, κἂν εἰ ἐνυπάρχοι τισὶν, ἀποφαίνει δὴ πανδοκιμωτάτους. « Κατεργάζεται γὰρ ἡ ὑπομονὴ δοκιμὴν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα, ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει τοὺς οὕτω ζῆν εἰωθότας. » Παραθήγει πρὸς εὐανδρίαν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν ἐφ' ἅπασιν ἀγαθοῖς, ὁ μακάριος Δαβὶδ λέγων· « Ἀνδρίζεσθε, καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία ὑμῶν, πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ Κύριον. »

A viunt, et quæ ejus sunt sapiunt, et recte facere student, mutabunt fortitudinem. Non enim manserunt in illis infirmitatibus in quibus erant aliquando errantes, et subditi Satanæ jugo et mundi voluptatibus, sed aliam habebunt, Christo scilicet suppeditante illis facultatem qua omnem voluptatem detestabilem superent, et e laqueis peccati eluctentur. Scriptum est enim : « Fortitudo mea et laus mea, Dominus [76]. » Renovabuntur igitur sic, inquit, velut aquilæ. Quod etiam docebit beatus David : « Renovabitur sicut aquilæ juventus tua [77]. » Current et non laborabunt. Prompti enim et instar juvenum alacres, vias conficient divinæ pietatis, dante illis Christo quæ ad vitam suppeditant, et laborare non permittente. Implet enim corda diligentium se superna fortitudine, ut, si contingat illos in tentationes et labores incidere, qui convenienter virtuti vivunt, laborem superent, probe scientes valde optabilem esse patientiam. Quæ si adsit aliquibus, eos semper efficit per omnia probatissimos. « Operatur enim patientia probationem, probatio vero spem, spes autem non pudefacit, qui sic consueverunt vivere [78]. » Stimulat ad fortitudinem, in omnibus nimirum bonis, beatus David, ita dicens : « Viriliter agite, et roboretur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino [79]. »

Ἐγκαινίζεσθε πρός με, νῆσοι. Οἱ γὰρ ἄρχοντες ἀλλάξουσιν ἰσχύν· ἐγγισάτωσαν, καὶ λαλησάτωσαν ἅμα, τότε κρίσιν εὐαγγελιάτωσαν.

Cap. XLI. Vers. 1. *Renovamini ad me, insulæ. Principes enim mutabunt fortitudinem; appropinquent et loquantur simul, tunc judicium annuntient.*

Κατὰ διαφόρους τρόπους αἱ νῆσοι νοοῦνται. Εἰσὶ μὲν γὰρ καὶ ἐν θαλάσσαις πολλαὶ, λέγονται δὲ οὕτω καὶ πόλεις ἔσθ' ὅτε, καὶ κῶμαι πλατεῖαν ἔχουσαι κύκλῳ γῆν ἀνήροτον καὶ κεχερσωμένην· τοιαύτας εἶναί φασι τὰς τῶν Ἰδουμαίων καὶ Μωαβιτῶν, ὡς ἐν ἐρήμῳ κειμένας. Ἦσαν δὲ οὗτοι δυσσεβεῖς καὶ εἰδωλολάτραι, καὶ τῆς Ἰουδαίων χώρας οὐ μακράν. Φαμὲν τοίνυν, ὅτι τὴν τῶν ἐθνῶν πρόσληψιν κατασημεῖναι θέλων, καὶ ὡς ἐκ μέσου ἐπὶ τὸ πᾶν τὴν τοῦ πράγματος δύναμιν ἀποφέρων, ταῖς τῶν πλανωμένων πόλεσι προσφωνεῖ, λέγων· Ἐγκαινίζεσθε πρός με, νῆσοι, τοῦτ' ἔστι, τὴν ἐκ τοῦ πλανᾶσθαι, καὶ πλημμελεῖν παλαίωσιν, καὶ σαθρότητα τῶν ἰδίων ἀποπεμψάμενοι καρδιῶν, ἀνακαινίσθητε διὰ μεταγνώσεως. Βουλεύσασθε τὰ ἀμείνω, παραδέξασθε τὴν εἰς καινότητα ζωῆς ἀνακαινίζουσαν χάριν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν διὰ Χριστοῦ. Εἰκὸς δὲ δὴ καὶ ἑτέρως, νήσους ἐνθάδε κατωνομάσθαι τὰς Ἐκκλησίας, αἳ μονονουχὶ μεταξὺ περιστάσεων κοσμικῶν τέθεινται, καὶ τοῖς τῶν ἐπανισταμένων αὐταῖς περικλύζονται κύμασι, πλὴν ἵδρυσιν ἔχουσιν ἀσφαλῆ, καὶ ἀκράδαντον διαμένουσι. Τεθεμελίωνται γὰρ ἐπὶ πέτραν, καὶ ἔστιν ἐν αὐτῇ Χριστός. Αὗται τοίνυν αἱ ὡς νῆσοι κατωνομασμέναι, τοῦτ' ἔστιν, αἱ Ἐκκλησίαι. Σημαίνεται δὲ δι' αὐτῶν, ἡ τῶν διὰ πίστεως κεκλημένη πληθὺς, ἡ φιλαμαρτήμων ποτὲ, ἡ βδελυρὰ καὶ ἀκάθαρτος, σαθρὰ δὲ καὶ ἐῤῥυτιδωμένη, μετεφοίτησε διὰ Χριστοῦ πρὸς καινότητα ζωῆς, γέγονε παρθένος, ἁγνὴ, μὴ

Variis modis intelliguntur insulæ. Sunt enim et in mari complures, dicuntur sic etiam civitates interdum et villæ, quæ **521** amplam circumcirca habent terram inaratam et incultam : quales dicunt esse Idumæorum et Moabitarum, utpote in deserto sitas. Erant autem hi impii et idololatræ, non procul a regione Judæorum. Itaque dicimus, cum gentium ascriptionem notare, et velut a re in medium producta, ad universum genus summam negotii transferre vellet, errantium civitates affatur, dicens : Renovamini ad me, insulæ, id est, erroris et peccati vetustate, et vitiositate animorum vestrorum amandata, renovamini per pœnitentiam. Cogitate meliora, accipite gratiam, videlicet Christi, quæ in novitatem vitæ renovat. Verisimile est aliter quoque nominari hic insulas, Ecclesias, quæ mundi hujus difficultatibus et angustiis circumsidentur, et insurgentium contra eas fluctibus jactantur, verum stationem habent firmam, et immotæ permanent. Nam fundatæ sunt super petram, in qua est etiam Christus. Hæ igitur tanquam insulæ dictæ sunt, nimirum Ecclesiæ. Significatur autem per hæc, vocatorum per fidem multitudo, quæ quondam peccatis dedita, exsecrabilis et impura, vitiosa et rugosa, per Christum ad novitatem vitæ transmigravit, virgo facta est, pura, maculam aut rugam non habens, sed potius sancta et incontaminata.

[76] Psal. cxvii, 14. [77] Psal. cii, 5. [78] Rom. v, 3-5. [79] Psal. xxvi, 14.

Digitized by Google

Renovamini igitur ad me, inquit. Mutare quoque pulchre affirmat principes fortitudinem. Principes hic nominat veritatis præcones, alios aliis post vocationem suffectos, ut et declarant Petrus et Paulus, et reliquus apostolorum catalogus, quibus illud amplius quadrat : Alas assument ut aquilæ, current et non laborabunt, gradientur et non esurient. Talia enim miracula eorum Acta demonstrant. Non enim consimiles primis illis, scilicet proceribus Judæorum, erant Servatoris nostri discipuli, sed alia potentia velut spirituali præditi, nimirum longe erant meliores, et incomparabiliter præstantiores virtutis insignibus. Hi ergo principes appropinquent, et loquantur simul. Appropinquent, de tempore intelliges. Si enim aperuerit illos tempus, simul loquentur. Perinde est ac si diceret : Omnes idem narrabunt eis quos mysteria docent; quasi ex uno loquentes **522** spiritu, non verbis inter se pugnabunt, sed summo cum concentu et consensu de divinis dogmatis prædicabunt, occultumque Christi mysterium annuntiabunt. Hoc enim est, ut arbitror : Tunc judicium annuntient. Quia namque Israelitæ judicium nominarunt, Mosaicam legem, hinc etiam opponens illi hanc evangelicam et salutarem prædicationem, eam judicium his verbis jure optimo appellat. Justum enim judicium vere, et legislatoris quæ Deo placet efficacitas, non in legis umbra, sed in prædicatione sanctorum mystagogorum, novorum principum ostenditur. Qui cum didicissent a Christo judicium, vel Dei ac Patris voluntatem, eam nobis uno ore ac consensu annuntiarunt.

ἔχουσα σπίλον, ἢ ῥυτίδα, ἁγία δὲ μᾶλλον, καὶ ἄμωμος. Οὐκοῦν ἐγκαινίζεσθε πρός με, φησίν. Ἀλλάξαι γε μὴν τοὺς ἄρχοντας ἰσχὺν εὖ μάλα διῖσχυρίζεται. Ἄρχοντας ἐνταῦθα τοὺς τῆς ἀληθείας ὀνομάζει κήρυκας, ἑτέρους ἀνθ' ἑτέρων μετὰ τὴν κλῆσιν γεγενημένους. Καὶ δηλοῦσι Πέτρος καὶ Παῦλος, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν ἀποστόλων κατάλογος, εἰς οὓς προσφυέστερον ἐκλαβέσθαι καὶ τὸ, Πτεροφυήσουσιν ὡς ἀετοί. Δραμοῦνται, καὶ οὐ κοπιάσουσι. Βαδιοῦνται, καὶ οὐ πεινάσουσι. Τοιαῦτα γὰρ αἱ κατ' αὐτοὺς Πράξεις ἐμφαίνουσι θαύματα. Οὐ γάρ τοι κατὰ τοὺς πρώτους, τοῦτ' ἔστι, τοὺς τῶν Ἰουδαίων καθηγητάς, οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γεγόνασι μαθηταί. Ἀλλ' ὡς ἐν ἑτέρᾳ δυνάμει, πνευματικῇ δῆλον δὲ ὅτι, πολλῷ ἦσαν ἀμείνους, καὶ ἀσυγκρίτως ὑπερκείμενοι τοῖς κατὰ ἀρετὴν αὐχήμασιν. Οὗτοι τοίνυν οἱ ἄρχοντες ἐγγισάτωσαν, καὶ λαλησάτωσαν ἅμα. Τὸ δὲ, ἐγγισάτωσαν, κατὰ χρόνον νοήσεις. Εἰ γὰρ ἀναδείξειεν αὐτοὺς ὁ καιρὸς, ἅμα λαλήσουσιν. Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι· Πάντες τὸ αὐτὸ τοῖς μυσταγωγουμένοις ἐροῦσιν. Ὡς γὰρ ἐξ ἑνὸς λαλοῦντες πνεύματος οὐ τοῖς ἀλλήλων διαμαχοῦνται λόγοις, συμφώνως δὲ μᾶλλον τὸ περὶ τῶν θείων δογμάτων ποιήσονται κήρυγμα, καὶ καταγγελοῦσι κεκρυμμένως τὸ Χριστοῦ μυστήριον. Τοῦτο γάρ, οἶμαι, ἐστὶ τὸ, Τότε κρίσιν ἀναγγειλάτωσαν. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἐξ Ἰσραὴλ κρίσιν ὠνόμαζον τὸν διὰ Μωσέως νόμον, ταύτῃτοι καὶ μάλα εἰκότως ἀντεξάγων αὐτῷ τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα, κρίσιν αὐτὸ διὰ τούτων ἀποκαλεῖ. Ἡ γὰρ ἀληθῶς δικαιοκρισία, καὶ τῆς ἀρεσκούσης Θεῷ νομοθεσίας ἡ δύναμις, οὐκ ἔν γε μᾶλλον τῇ κατὰ νόμον σκιᾷ διαφαίνεται, ἀλλ' ἐν τῷ κηρύγματι τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν τῶν νέων ἀρχόντων. Οἳ καὶ μαθόντες παρὰ Χριστοῦ τὴν κρίσιν, ἤτοι τὴν βούλησιν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ταύτην καὶ ἡμῖν ταυτοεποῦντες ἀπηγγέλκασιν.

A

B

C

Vers. 2. *Quis suscitavit ab oriente justitiam, vocavit eam ad pedes suos, et vadet?*

Non propter nudam et solam creaturarum magnificentiam admirari decet universorum dominatorem Deum, sed per ea quibus nos afficit beneficia, suæ serenitatis et placabilitatis dat specimen. Servavit enim mortales, genusque humanum omnino perditum a morte, a corruptione, a diaboli tyrannide asseruit. Abolevit enim illum una cum potestatibus quæ cum illo sunt, justificavitque per fidem, peccato, quod contra nos tyrannice sæviebat, profligato. Sed hæc omnia egregie per Christum præstita sunt : « Factus est enim nobis a Deo et Patre justitia et redemptio, et sanctificatio [80]. » Et perillustrati sumus consortesque facti misericordiæ et charitatis, et omnium omnino quæ ad salutem valent. Hoc quoque nobis prædixit quidam sanctorum prophetarum, cum ait : « Et exorietur vobis timentibus nomen meum, sol justitiæ, et sanatio in alis ejus [81]. » Quis ergo, inquit, velut solem ab oriente oriri fecit justitiam? id est, Christum. Quis illam vocavit? id est, venire fecit, et apparere terræ incolis, et ita apparere, ut ad pedes eat vocantis,

Τίς ἐξήγειρεν ἀπὸ ἀνατολῶν δικαιοσύνην, ἐκάλεσεν αὐτὴν κατὰ πόδας αὐτοῦ, καὶ πορεύσεται;

Οὐκ ἀπό γε ψιλῆς καὶ μόνης τῆς ἐν τοῖς ποιήμασι μεγαλουργίας καταθαυμάζεσθαι πρέπει τὸν τῶν ὅλων κατεξουσιάζοντα Θεὸν, ἀλλὰ γὰρ καὶ δι' ὧν εὐεργετεῖ, τῆς ἐνούσης αὐτῷ γαληνότητος ποιεῖται τὴν ἔνδειξιν. Σέσωκε γὰρ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἀπολωλὸς εἰσάπαν τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον καὶ θανάτου, καὶ φθορᾶς ἐξείλετο, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας. Κατήργηκε γὰρ αὐτὸν, ὁμοῦ ταῖς δυνάμεσι ταῖς σὺν αὐτῷ, δεδικαίωκε δὲ διὰ πίστεως, τὴν τυραννήσασαν καθ' ἡμῶν ἀποσοβήσας ἁμαρτίαν. Ἀλλὰ ταυτὶ δὴ πάντα κατωρθώθη διὰ Χριστοῦ· « Γέγονε γὰρ ἡμῖν παρὰ Θεοῦ καὶ Πατρὸς δικαιοσύνη καὶ ἀπολύτρωσις, καὶ ἁγιασμός. » Καὶ πεφωτίσμεθα δὲ δι' αὐτοῦ, μετεσχήκαμεν δὲ φειδοῦς καὶ ἀγάπης, καὶ ἁπαξαπλῶς παντὸς τοῦ σώζειν εἰδότος. Καὶ τοῦτο ἡμῖν δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν προανεφώνει λέγων· « Καὶ ἀνατελεῖ ὑμῖν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά μου, ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ. » Τίς τοίνυν, φησὶ, καθάπερ ἥλιον ἐξ ἀνατολῶν ἀνατεχεῖν παρεσκεύασε τὴν δικαιοσύνην; τοῦτ' ἔστι, Χριστόν. Τίς ἐκάλεσεν αὐτήν; τοῦτ' ἔστιν, ἀφικέσθαι παρεσκεύασε, καὶ

D

[80] I Cor. I, 30. [81] Malac. IV, 2.

Digitized by Google

ἐμφανισθῆναι δὲ οὕτως, ὡς καὶ πορεύεσθαι κατὰ πόδας τοῦ κεκληκότος, ἀντὶ τοῦ μονονουχὶ κατ' ἴχνος ἰέναι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός; Ἀνεστράφη γὰρ οὕτως ἐν γῇ Κύριος, τὰ τοῦ Πατρὸς ἔργα πληρῶν, καὶ αὐτὸν ἡμῖν ἐν ἰδίᾳ φύσει καταδεικνύς. Ἦν γὰρ καὶ ἔστιν ἰσοσθενὴς αὐτῷ, καὶ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων πεπληροφόρηκε τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅτι κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ἰσομέτρως ἔχει τῷ γεγεννηκότι. Καὶ γοῦν ἔφασκεν ἐναργῶς· « Εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ Πατρός μου, μὴ πιστεύητέ μοι. Εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις μου πιστεύετε. » Ἑπόμενος δὴ πανταχοῦ τῇ θελήσει τοῦ Πατρὸς, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ὢν ἡ θέλησις τοῦ Πατρὸς, τοῖς Ἰουδαίων δήμοις προσεφώνει λέγων· « Ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε· ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα. Καὶ ἐὰν κρίνω δὲ ἐγὼ, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστὶν, ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. » Ὁρᾷς οὖν ὅπως οἱονεὶ κατὰ πόδας πορεύεται τοῦ Πατρός. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν· « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστι· » καὶ, « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα μου. »

A id est, tantum non vestigiis Dei et Patris insistat? Sic enim versatus est in terra Dominus, et Patris opera implendo, et eum nobis in propria natura exhibendo. Erat enim et est æqualis ei potentia, et ex ipsis factis plene persuasit mortalibus, **523** quod per omnia parem Genitori mensuram habeat. Liquidō enim dixit: « Si non facio opera Patris mei, ne credatis mihi. Sin facio, etiamsi mihi non credatis, operibus credite [82]. » Cumque semper voluntatem Patris sequeretur, imo ipse potius esset voluntas Patris, Judæorum populum allocutus est, dicens: « Vos secundum carnem judicatis: ego non judico quemquam. Et si judico, judicium meum est justum, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me [83]. » Vides B ergo quo pacto Patris quasi vestigiis insistat. Dixit enim: « Ego in Patre, et Pater in me est [84]; » et: « Qui vidit me, vidit et Patrem meum [85]. »

Δώσει ἔναντιον ἐθνῶν, καὶ βασιλεῖς ἐκστήσει. Καὶ δώσει εἰς γῆν τὰς μαχαίρας αὐτῶν, καὶ ὡς ῥάβδους ἐξωσμένα τὰ τόξα αὐτῶν. Καὶ διώξεται αὐτοὺς, καὶ διελεύσεται ἐν εἰρήνῃ ἡ ὁδὸς τῶν ποδῶν αὐτοῦ. Τίς ἐνήργησε, καὶ ἐποίησε ταῦτα; Ἐκάλεσεν αὐτὴν, ὁ καλῶν αὐτὴν ἀπὸ γενεῶν ἀρχαίων.

VERS. 2-4. *Dabit in conspectu gentium, et reges stupefaciet. Et dabit in terram gladios eorum, et velut stipulas projectas, arcus eorum. Et persequetur eos, et pertransibit in pace via pedum ejus. Quis operatus est, et effecit hæc? Vocavit eam is qui vocat eam ab ætatibus antiquis.*

Πρὸ μὲν γὰρ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας, κτηνῶν ἀλόγων διενεγκόντες οὐδὲν οἱ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀμαθίᾳ πολλῇ συζῶντες ἐφαίνοντο, κεκράτηντο δὲ καὶ ἀγνωσίᾳ καὶ σκότῳ, καὶ δεδουλεύκασι τοῖς κοσμοκράτορσι τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ τοῖς τοῦ διαβόλου θελήμασι τὸν τῆς ἑαυτῶν διανοίας ὑπενεγκόντες αὐχένα, ταῖς εἰς φαυλότητα τροχιαῖς κατεφέροντο πρὸς ἀπώλειαν. Ἀλλ' ἐπέλαμψεν αὐτοῖς ὁ Χριστός. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ προσδοκία τῶν ἐθνῶν. Καὶ τῶν πάλαι πλεονεκτούντων ἀπαλλάξας ἐλευθέρους ἀπέφηνε, καὶ υἱοὺς Θεοῦ, πάντα ῥύπον τὸν ἐν αὐτοῖς διασμήξας· δεδικαίωκε γὰρ διὰ πίστεως, καὶ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χύσει λαμπροὺς ἀπέφηνε καὶ πεφωτισμένους. Τὴν τοίνυν δικαιοσύνην τὴν ἐν ἡλίου τάξει μονονουχὶ καὶ ἐγηγερμένην ἐξ ἀνατολῶν δέδωκε τοῖς ἔθνεσιν, ἐξωσθέντος δηλονότι τοῦ Ἰσραὴλ διὰ τὴν εἰς αὐτὸν δυσσέβειαν. Οὗ δὴ γεγονότος, καὶ πληθύος ἀνασεσωσμένης τῆς οὕτω πολλῆς ἐξανέστησαν οἱ βασιλεῖς. Ἔκστασις γὰρ ὥσπερ ἐπιπέπτωκε τοῖς κοσμοκράτορσι τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ πεφόβηνται τὸ θεῖον καὶ ἀφόρητον κρίμα, τὸ ἐπί γε, φημὶ, τοῖς ἔθνεσι γεγονός. Οἱ δὲ πάλαι δεινοί τε καὶ εὐσθενεῖς καὶ τῇ θείᾳ δόξῃ μαχόμενοι, καὶ οἷον ὅπλα κινεῖν κατ' αὐτῆς εἰωθότες, καὶ μαχαίρας ἀπογυμνοῦν, καὶ τὸ τῆς ἀπονοίας ἐντείνειν τόξον, πεπτώκασιν εἰς γῆν, καὶ τὰ τοῦ πολέμου σκεύη μεθέντες, φρυγάνοις ἐν ἴσῳ γεγόνασι. Πεποίηται δὲ πάλιν ὁ ἐπὶ τούτοις λόγος ὡς ἐξ ὁμοιότητος τῶν καθ' ἡμᾶς. Ἥττηνται γὰρ αἱ πονηραὶ δυνάμεις καὶ ἅπας αὐτῶν κακουργίας ἠσθένησε τρόπος, Χριστοῦ διαρπάζοντος τὰ σκεύη αὐτῶν. « Οὐ γὰρ ὠφελήσει, »

Nam ante Servatoris nostri adventum, a brutis animalibus nulla in re discrepantes terræ incolæ, C in magna ignorantia versari ac vivere videbantur, et inscitia ac tenebris involuti detentique sunt, mundique ac sæculi hujus rectoribus servierunt, ac diaboli voluntati mentis suæ cervicem submittentes, per vias vitiorum devoluti sunt in interitum. Sed illuxit illis Christus. Ipse est enim exspectatio gentium. Et ab his qui olim occuparunt ereptos, liberos effecit et filios Dei, omnesque sordes eorum abstersit; nam per fidem justificavit, et sancti Spiritus perfusione claros reddidit et illustratos. Hanc igitur justitiam, solis locum tenentem quodammodo et excitatam ab oriente, dedit gentibus, repulso videlicet Israele, propter hanc in illum impietatem. Quo facto, et multitudine adeo D numerosa servata, insurrexerunt reges. Exstasis enim quasi et stupor in mundi hujus rectores incidit, et reformidarunt divinum et intolerandum judicium, quod, inquam, factum est in gentibus. Qui autem olim potentes et validi erant, divinæque rebellarunt majestati, et velut arma movere contra eam, ac gladios extrahere, et insolentiæ arcum intendere soliti sunt, in terram ceciderunt, et instrumentis belli missis, stipulis facti sunt assimiles. **524** Sumitur rursus in hisce verbis oratio tanquam ex similitudine eorum quæ apud nos sunt. Victæ enim sunt malæ potestates, et omnis eorum malitiæ modus est debilitatus, Christo ejus vasa seu instrumenta diripiente. « Non enim juvabit, » inquit

[82] Joan. x, 37, 38. [83] Joan. viii, 15, 16. [84] Joan. xiv, 11. [85] ibid., 9.

Digitized by Google

« inimicus in eo, et filius iniquitatis non apponet nocere ei [86]. » Oportuit enim, oportuit, malis potestatibus ante sublatis, et dejecto in terram omnium hoste, tunc tunc, et quidem valde opportune, gentium perfici redemptionem. Persecutus est enim illos Christus, id est, in fugam vertit. Non etenim licebat resistere Deo, qui etiam pristinæ illorum tyrannidi finem imposuit, ne non paterentur illa per omnia, quæ par erat eos qui terram perdiderunt, subire. Hostibus ergo fugatis. Via enim, inquit, pedum ejus in pace pertransibit; nullum impedimentum omnium nostrum Servatori Christo res nostras administranti est injectum. Sed tanquam planam et æquabilem viam ingrediens, omnium nostrum salutem, nullo inimico infringente aut obsistente, est operatus. Nam ceciderunt. Quis ergo operatus est hæc omnia? vel quis vocavit justitiam? Nonne ego, inquit, qui et nunc et extremis temporibus eam ostendi, et vocavi ab ætatibus antiquis. Non enim nuperum est Christi mysterium, sed ante constitutionem mundi præfinitum. Deo quod futurum est præsciente. Simul enim atque cecidit Adam, imo priusquam in hoc laberetur, præcognovit Conditor, et medelæ futuræ illi suo tempore, scilicet per Christum, tempus præfinivit. Neque vero mireris quod inveniatur prævidisse nos per fidem in ipsum justificatos. Quos enim, inquit, cognovit, etiam præfinivit conformes imagini Filii ipsius, hos et vocavit. Quoniam igitur nos præfiniti sumus ex præcognitione, quanto magis ipse per quem servati sumus et vocati?

φησίν, « ὁ ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ, καὶ υἱὸς ἀνομίας οὐ προσθήσει τοῦ κακῶσαι αὐτόν. » Ἔδει γάρ, ἔδει, προανῃρημένων τῶν κακῶν, καὶ πονηρῶν δυνάμεων, καὶ κατενεχθέντος εἰς γῆν τοῦ πάντων ἐχθροῦ, τότε δὴ τότε, καὶ λίαν καιροῦ, τῶν ἐθνῶν γενέσθαι τὴν λύτρωσιν. Κατεδίωξε γὰρ αὐτοὺς ὁ Χριστὸς, τοῦτ' ἔστιν, ἔτρεψε πρὸς φυγήν. Οὐ γὰρ ἦν ἀντανίστασθαι τῷ Θεῷ, καὶ τὴν ἀρχαίαν αὐτῶν τυραννίδα συνελαύνοντος εἰς πέρας, μὴ οὐχὶ πάντη τε καὶ πάντως ἐκεῖνα παθεῖν ἅπερ ἦν ἀκόλουθον ἐπενεχθῆναι παρ' αὐτοῦ τοῖς ἀπολέσασι τὴν γῆν. Δεδιωγμένων τοιγαροῦν τῶν ἐχθρῶν. Ἡ ὁδὸς γὰρ, φησὶ, τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἐν εἰρήνῃ διελεύσεται· οὐδὲν γὰρ γέγονεν ἐμποδὼν οἰκονομοῦντι τὰ καθ' ἡμᾶς τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ. Ἀλλ' οἷον διὰ ψιλῆς καὶ ὑπτίας ὁδοῦ βαδίζων, τὴν πάντων ἡμῶν κατώρθωκε σωτηρίαν, οὐδενὸς ἐχθροῦ παραλύοντος ἢ ἀνθισταμένου. Πεπτώκασι γάρ. Τίς οὖν ἄρα ἐνήργησε ταῦτα πάντα, ἢ τίς ἐκάλεσε τὴν δικαιοσύνην; Οὐκ ἐγὼ, φησὶν, ὁ νῦν μὲν καὶ ἐν καιρῷ τῷ ἐσχάτῳ καταδείξας αὐτὴν, κεκληκὼς δὲ αὐτὴν ἀπὸ γενεῶν ἀρχαίων. Οὐ γὰρ πρόσφατόν ἐστι τὸ Χριστοῦ μυστήριον, προώριστο δὲ μᾶλλον πρὸ καταβολῆς κόσμου, προεγνωκότος Θεοῦ τὸ ἐσόμενον. Ἅμα γὰρ πέπτωκεν ὁ Ἀδὰμ, μᾶλλον δὲ πρὶν εἰς τοῦτο κατολισθεῖν αὐτὸν, προενόησεν ὁ Δημιουργὸς καὶ τῆς ἐσομένης αὐτῷ κατὰ καιροὺς θεραπείας, δῆλον δὲ ὅτι τῆς διὰ Χριστοῦ. Προωρίσατο τὸν τρόπον, καὶ μή τι θαυμάσῃς, ὅτι καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς διὰ πίστεως τῆς εἰς αὐτὸν δεδικαιωμένους προαναθροίσας εὑρίσκεται. Οὓς γὰρ ἔγνω, φησὶ, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τούτους καὶ ἐκάλεσεν. Ὅτε τοίνυν ἡμεῖς προωρίσμεθα κατὰ πρόγνωσιν, πῶς οὐ μᾶλλον αὐτὸς ὁ δι' οὗ σεσώσμεθα, καὶ κεκλήμεθα;

Vers. 4-6. *Ego Deus primus, et in tempora ventura ego sum. Viderunt gentes, et timuerunt, termini terræ appropinquaverunt, et venerunt simul, judicans unusquisque proximo et fratri ad auxiliandum.*

Ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, καὶ εἰς τὰ ἐπερχόμενα ἐγώ εἰμι. Εἶδοσαν ἔθνη καὶ ἐφοβήθησαν, τὰ ἄκρα τῆς γῆς ἤγγισαν, καὶ ἦλθον ἅμα, κρίνων ἕκαστος τῷ πλησίον, καὶ τῷ ἀδελφῷ βοηθῆσαι.

Primum se Deum esse dicit, non quasi esset secundum se secundus. Qui enim, aut unde? unus enim est, et universorum Deus, **525** non habens principium ut sit, sed vocans ipse potius ad ortum omnia. Primus igitur et solus, et sine principio Deus, universorum opifex, nec alio modo erit per infinita sæcula sequentia. Ipse enim est et solus. Quoniam autem viderunt gentes Christum, ejusque nobis exhibitam justitiam, videruntque omnino oculis mentis gloriam ipsius, timuerunt, inquit, ab extremis terræ, usque ad extrema, id est per universum orbem terrarum. Et aggregatæ sunt et appropinquaverunt, non jam procul manentes, et velut alienati per peccatum, sed tanquam prope facti, cognitione spirituali, et in unam fidem et animorum consensum congregati. Hoc enim, opinor, significat: Appropinquaverunt, et venerunt simul. Cumque gustassent Dominum, et intellexissent eum benignum esse, et pulchritudinem veritatis admirati fuissent, non sibi ipsis solum

Πρῶτον εἶναι ἑαυτὸν Θεόν φησιν, οὐχ ὡς γεγονότος μετ' αὐτὸν δευτέρου. Πῶς γὰρ ἢ πόθεν; εἷς γάρ ἐστι καὶ τῶν ὅλων Θεὸς, οὐκ ἀρχὴν ἔχων τοῦ εἶναι, κεκληκὼς δὲ μᾶλλον εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα. Αὐτὸς οὖν πρῶτος καὶ μόνος, καὶ ἄναρχος Θεὸς, ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, καὶ εἰς ἀπεράντους αἰῶνας τοὺς ἐφεξῆς οὐ καθ' ἕτερον ἔσται τρόπον, αὐτὸς γάρ ἐστι καὶ μόνος. Ἐπειδὴ δὲ τεθέανται τὰ ἔθνη Χριστὸν καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ γενομένην ἡμῖν δικαιοσύνην, τεθέανται δὲ πάντες τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασι τὴν δόξαν αὐτοῦ, πεφόβηνται, φησὶν, οἱ ἀπ' ἄκρων τῆς γῆς ἕως ἄκρων, τοῦτ' ἔστιν, οἱ ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Καὶ συνῆχθησαν καὶ ἤγγισαν, οὐκέτι μένοντες μακρὰν, καὶ ὡς ἀλλοτριούμενοι διὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλ' οἷον ἐγγὺς γεγονότες διὰ τὴν οἰκειότητα τὴν πνευματικὴν, καὶ εἰς μίαν πίστιν καὶ ὁμοψυχίαν συνενηγμένοι. Τοῦτο γὰρ οἶμαι δηλοῦν τὸ, ὅτι Ἤγγισαν, καὶ ἦλθον ἅμα. Γευσάμενοι δὲ τοῦ Κυρίου, καὶ συνέντες ὅτι χρηστός ἐστι, καὶ τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος καταθαυμάσαντες, οὐχ ἑαυτοῖς μόνον τετηρήκασι τὸ δῶρον, ἀλλὰ γὰρ

[86] Psal. LXXXVIII, 23.

Digitized by Google

εὖ ποιοῦντες, καὶ ἐπιεικῶς κεκρίκασιν ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ καὶ τῷ φίλῳ βοηθῆσαι, φησίν.

Καὶ ἐρεῖ· Ἴσχυσεν ἀνὴρ τέκτων, καὶ χαλκεὺς τύπτων σφύρᾳ, ἅμα ἐλαύνων. Ποτὲ μὲν ἐρεῖ· Σύμβλημα καλόν ἐστιν. Ἰσχύρωσαν αὐτὰ ἐν ἥλοις, θήσονται αὐτὰ, καὶ οὐ κινηθήσονται.

Τῆς ἐπικουρίας τὸν τρόπον καθίστησιν ἐναργῆ. Ἕκαστος γὰρ τῶν κεκρικότων τῷ πλησίον, καὶ τῷ ἀδελφῷ βοηθῆσαι, μυσταγωγηθεὶς, φησὶ, καὶ ἐγνωκὼς τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἑτέρους νουθετήσει λέγων· Ἴσχυσεν ἀνὴρ τέκτων καὶ χαλκεὺς τύπτων σφύρᾳ, ἅμα ἐλαύνων. Ἴσχυσε δὲ τίνα τρόπον; συνθεὶς γὰρ εἴδωλα καὶ διαγλύψας εἰς θεὸν ὁ τεκτονικὴν ἔχων τὴν ἐμπειρίαν, καὶ μὴν καὶ χαλκεὺς τύπτων σφυρήλατον ἄγαλμα πεποιηκὼς ἀπεκόμισε τοῖς ἠπατημένοις εἰς ἀδόκιμον νοῦν, καὶ τῶν ἑαυτοῦ πόνων ἦγουν εὑρημάτων ἀπέφηνε προσκυνητὰς τοὺς κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγονότας. Εἶτα διαγελᾷ τῶν εἰδώλων τὴν ποίησιν, καὶ οἷον ἀπομιμεῖται τῶν ἐργαζομένων αὐτὰ τοὺς λόγους ἐπιφωνούντων ἀλλήλοις, ὅτι Σύμβλημα καλόν ἐστιν. Οἱ γὰρ τῶν εἰδώλων δημιουργοὶ χεῖρα τυχὸν ἢ πόδα, ἢ καὶ ἕτερόν τι τῶν τοῦ σώματος μορίων ἀπεργασάμενοι ἀποτελοῦσι αὐτὰ διὰ συμβλημάτων, καὶ μέλη μέλεσιν ἐναρμόζοντες, καὶ ἰσχυρὰ ποιοῦντες αὐτὰ ἐν ἥλοις· εἶτα τιθέντες καὶ ἀσφαλιζόμενοι πρὸς τὸ ἑστάναι, καὶ μὴ σαλεύεσθαι. Γέλως δὲ ταῦτά ἐστι καὶ ἕτερον οὐδὲν, καὶ τῆς τῶν προσκυνούντων αὐτὰ ματαιότητος, καὶ τῆς εἰς ἄκρον εὐηθείας ἀποδεικτικά. Τὸ γὰρ εἰδέναι μὲν ὅτι καὶ ἐκ μορίων λεπτῶν καὶ συμβλημάτων τῶν κατὰ μέρος ἀπετελέσθη τὸ εἴδωλον, καὶ τὴν ἐπὶ τῷ γενέσθαι, καὶ μὴν, καὶ ἑστάναι διαμονὴν, καὶ ἀσφάλειαν ἐν ἥλοις ἔχειν· εἶτα προσκυνεῖν αὐτὰ, καὶ θεοὺς ὀνομάζειν, πῶς οὐχ ἁπάσης μωρίας ἐπίμεστον ἀληθῶς;

Σὺ δὲ, Ἰσραὴλ, παῖς μου, Ἰακὼβ, ὃν ἐξελεξάμην, σπέρμα Ἀβραὰμ, ὃν ἠγάπησα, οὗ ἀντελαβόμην ἀπ' ἄκρων τῆς γῆς, καὶ ἐκ τῶν σκοπιῶν αὐτῆς ἐκάλεσά σε, καὶ εἶπά σοι· Παῖς μου εἶ, ἐξελεξάμην σε, καὶ οὐκ ἐγκατέλιπόν σε. Μὴ φοβοῦ. Μετὰ σοῦ γάρ εἰμι. Μὴ πλανῶ. Ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ Θεός σου ὁ ἐνισχύσας σε, καὶ ἐβοήθησά σοι, καὶ ἠσφαλισάμην σε τῇ δεξιᾷ τῇ δικαίᾳ μου.

Μυσταγωγήσας εὖ μάλα τοὺς ἐξ ἐθνῶν, καὶ εἰδέναι παρασκευάσας ὅτι καὶ Θεός ἐστι καὶ τῶν ὅλων δημιουργὸς, αὐτῷ τε ὑπείκει τὰ πάντα καὶ τοῖς θείοις αὐτοῦ νεύμασι, καὶ γεγόνασιν ἐν ἀρχαῖς, καὶ πρὸς τὸ εἶναι παρενηνεγμένα πέπηγεν ἐν καλῷ, καὶ ἀκλόνητον ἔχει διαμονὴν, παραθαρσύνει λοιπὸν ἀναγκαίως τοὺς τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων ἱερουργοὺς, δι' ὧν ἔμελλον τὸν τῆς κατηχήσεως ποιεῖσθαι λόγον τοῖς ἐξ ἐθνῶν. Ἀποφαίνει δὲ αὐτοὺς σοφοὺς καὶ εὐτολμοτάτους, καὶ τῆς τῶν ἁγίων πατέρων ἀρετῆς ἀποφέρει πρὸς ἀνάμνησιν, καὶ τὴν εἰς αὐτοὺς γενομένην ἀγάπην εἰδέναι βούλεται. Ταύτητοί φησι· Σὺ δὲ, Ἰσραὴλ, παῖς μου, Ἰακὼβ, ὃν ἐξελεξάμην, σπέρμα Ἀβραὰμ, ὃν ἠγάπησα. Ἰακὼβ δὲ καὶ Ἰσραὴλ, καὶ σπέρμα τὸ Ἀβραὰμ τοῦ ἠγαπημένου, εἶεν ἂν οὐχ ἕτεροι παρά γε τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ πιστεύσαντας εἰς Χριστὸν, ὧν οἱονεί τινες ἀπαρχὴ

reservarunt hoc doni, sed benigne fecerunt, et ex æquo et bono judicarunt, quisque fratri et amico, inquit, ad auxiliandum.

Vers. 7. *Et dicet: Potior fuit vir faber et ærarius qui percutit malleo, atque producit. Et aliquando dicit: Conflatio bona est. Confirmarunt ea clavis, ponent ea, et non movebuntur.*

Modum auxilii ponit ante oculos. Unusquisque enim eorum qui judicarunt ut proximo et fratri suo auxilium ferat, mysteriis, inquit, initiatus, et qui veritatem cognovit, alios monebit, dicens: Potior fuit vir faber et ærarius, et qui percutit malleo, ac producit. At quomodo fuit potior? Cum enim confecisset idolum, et deum sculpsisset is qui fabrilem artem callet, et ærarius percutiens cum malleo ductam imaginem effinxisset, adduxit eos qui decepti sunt in reprobam mentem, et qui facti sunt ad Dei imaginem, eos suorum laborum seu inventorum cultores reddidit. Dein irridet idolorum fictionem, et velut mimesi quadam orationem eorum qui fabricantur ea, imitatur, qui applaudunt sibi, Conflatio pulchra est. Idolorum namque opifices, ubi manum, vel pedem, vel quampiam partem expoliverunt, ea conflando et consolidando, et membra membris adaptando et firmando, clavis dein conjungendo et communiendo, perficiunt ut stare possint, et non moveri. At plane ridiculum est, et vanitatis adorantium, et summæ stupiditatis argumentum. **526** Nam cum sciant, ex minutis particulis, et commissuris ac portiunculis effici idolum, et quod perpetuitatem ex eo quod factum sit, quod consistat, et ex clavis firmitudinem habeat, deinde adorare illa, et deos existimare, an non vere omni supplicio vindicandum est?

Vers. 8-10. *Tu autem, Israel, puer meus, Jacob, quem elegi, semen Abrahæ, quem dilexi, quem assumpsi ab extremis terræ, et a summitatibus ejus vocavi te, et dixi tibi: Puer meus es, elegi te, et non dereliqui te. Ne timeas. Tecum enim sum. Non fallo. Ego enim sum Deus tuus, qui corroboravi te, et auxiliatus sum tibi, et protexi te dextra justa mea.*

Mysteria edoctis pulcherrime gentibus, et instructis, quod Deus sit et universorum opifex, eique obediant omnia, ejusque divinis nutibus, et quod ab initio exstiterit, et quod quæ in vitam producta sunt pulchre fixerit, ac inconcusse permaneant, deinceps animat necessario evangelicorum vaticiniorum ministros, per ea quibus gentes instituere debebant. Sapientes autem eos reddit etiam et audentissimos, et virtutem sanctorum patrum in memoriam revocat, et charitatem erga illos scire vult. Hinc ait: Tu, Israel, puer meus, Jacob, quem elegi, semen Abrahæ, quem dilexi. Jacob autem et Israel, et semen Abraham dilectum, non sunt alii quam Israelitæ credentes in Christum, quorum veluti quædam primitiæ fuerunt divini discipuli. Electos porro et dilectos ait esse patres, illud quodam-

Digitized by Google

modo dicens : Qui ex stirpe nobili estis, adeo honorata, adeo amata a me, qui ex sanguine estis Abrahæ, patriæ virtutis laudem æmulamini, et eorum pietatis estote imitatores. Dicit etiam se assumpsisse Abrahamum, et eum ab extremitatibus et summitatibus terræ vocasse, propterea quod e longinquo et e terra Chaldæorum evocatus sit in Judæam. Audivit enim Deum dicentem : « Egredere e terra tua, et e cognatione tua, et e domo patris tui, et veni in terram quam tibi monstrabo [87]. » Dicit præterea quasi de toto Israel, Dixi tibi : Puer meus es. Vocatus est enim primogenitus. Erat quoque, ut dixi, **527** electus, nec relictus a Deo. Audivit, Ne timeas, et porro, Non fallo. Ego enim sum Deus tuus, qui roboravi te. Docebatur namque ex lege, Deum unum esse, et Dominum unum, et eum solum esse colendum, quod adjutus fuerit a Deo, et ipsius dextera, quæ est opifex et creatrix ejus potentia, nimirum Filius. Et in tuto fuit, et ab omnibus insidiis immunis. Vicit enim gentes, et hæreditatem accepit terræ eorum.

Verss. 11-14. *Ecce confundentur et erubescent omnes qui adversantur tibi. Erunt enim ac si non sint, et peribunt omnes adversarii tui. Quæres eos, et non invenies homines qui debacchabuntur in te. Erunt enim quasi non sint, neque erunt qui bellum gerant contra te, quia ego Deus tuus, qui teneo dextram tuam, qui dico tibi : Ne timeas, vermicule Jacob, parvule Israel. Ego opitulatus sum tibi,* dicit *Deus, qui redimo te, sanctus Israel.*

Hæc quoque superiorum est redditio. Tu enim puer meus, Israel, inquit, et Jacob, quem elegi, semen Abrahæ, quem dilexi. Ecce erubescent et pudefient omnes qui adversantur tibi. Complures enim sanctis mystagogis insidiati sunt olim, et salutari prædicationi ex sua perversitate resistere nitebantur, sed facti sunt tanquam nihilum, et impietatis adversarii disperierunt. Nam in eo quod ministris divinæ prædicationis reclamarint, nihil aliud contendebant quam ut dogmatis et opinionibus pietatis reluctarentur. Non erunt igitur, inquit, sed quæres eos, et non invenies qui debacchati fuerint in te. Erunt enim tanquam non sint. Hoc siquidem est voce beati Davidis hymno decantatum : « Vidi impium subvectum et elatum quasi cedros Libani, et præterii, et ecce non erat; et quæsivi eum, et non est inventus locus ejus [88]. » Extollunt enim se multi altum sapientes contra ætatem sanctorum antistitum, ac radicitus e terra peribunt, ut perhibent sacræ Litteræ. Et qui altum sapiunt, gravem patientur et inexspectatam ruinam. Scriptum est enim : « Qui altam facit domum suam, quærit ruinam [89]. » Itaque, inquit,

τοῦ γέγονε, καὶ κρείττων πάσης ἐπιβουλῆς. Νενίκηκε γὰρ ἔθνη, καὶ κεκληρονόμηκε τὴν γῆν αὐτῶν ἐκείνων.

Ἰδοὺ ἐντραπήσονται, καὶ αἰσχυνθήσονται πάντες οἱ ἀντικείμενοί σοι. Ἔσονται γὰρ ὡς οὐκ ὄντες, καὶ ἀπολοῦνται πάντες οἱ ἀντίδικοί σου. Ζητήσεις αὐτούς, καὶ οὐχ εὑρήσεις τοὺς ἀνθρώπους, οἱ παροινήσουσιν εἰς σέ. Ἔσονται γὰρ ὡς οὐκ ὄντες, καὶ οὐκ ἔσονται οἱ ἀντιπολεμοῦντές σοι, ὅτι ἐγὼ ὁ Θεός σου ὁ κρατῶν τῆς δεξιᾶς σου, ὁ λέγων σοι· Μὴ φοβοῦ, σκώληξ Ἰακώβ, ὀλιγοστὸς Ἰσραήλ. Ἐγὼ ἐβοήθησά σοι, λέγει ὁ Θεός, ὁ λυτρούμενός σε ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραήλ, καὶ αἰνετὸς εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ἀπόδοσις καὶ ταῦτα τοῖς ἀνωτέρω. Σὺ γάρ, Ἰσραὴλ, παῖς μου, φησὶ, καὶ Ἰακὼβ, ὃν ἐξελεξάμην, σπέρμα Ἀβραάμ, ὃν ἠγάπησα. Ἰδοὺ αἰσχυνθήσονται, καὶ ἐντραπήσονται πάντες οἱ ἀντικείμενοί σου. Πλεῖστοι μὲν γὰρ γεγόνασι κατὰ καιροὺς, οἱ τοῖς ἁγίοις μυσταγωγοῖς ἀνοσίως ἐπιβουλεύσαντες, καὶ τοῖς σωτηρίοις κηρύγμασι τὰ ἐκ τῆς αὐτῶν δυστροπίας ἀντεξαγαγεῖν ἐπιχειρήσαντες. Ἀλλὰ γεγόνασιν ὡς οὐδὲν, καὶ ἀπολώλασιν οἱ τῆς εὐσεβείας ἀντίδικοι. Τὸ γὰρ ἀντιπράττειν τοῖς ἱερουργοῖς τοῦ θείου κηρύγματος εἴη ἂν ἕτερον οὐδὲν πλὴν ὅτι τὸ μάχεσθαι τοῖς τῆς εὐσεβείας δόγμασιν. Οὐκ ἔσονται τοίνυν, φησὶν, ἀλλὰ ζητήσεις αὐτοὺς, καὶ οὐ μὴ εὕρῃς τοὺς εἰς σὲ πεπαρῳνηκότας. Ἔσονται γὰρ ὡς οὐκ ὄντες. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ διὰ φωνῆς τοῦ μακαρίου Δαβὶδ ὑμνούμενον· « Εἶδον ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον, καὶ ἐπαιρόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου, καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν· καὶ ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὑρέθη ὁ τόπος αὐτοῦ. » Κατεπαίρονται μὲν γὰρ πολλοὶ τῶν τὰ ὑψηλὰ φρονεῖν εἰωθότων τῆς τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν ἡλικίας. Ἀλλ' ὀλόῤῥιζοι ἐκ γῆς ὀλοῦνται, καθά φησι τὸ Γράμμα τὸ ἱερόν. Καὶ οἱ φρονοῦντες τὰ ὑψηλὰ, δεινὴν καὶ

[87] Gen. XII, 1. [88] Psal. XXXVI, 35. [89] Prov. XVII, 16.

Digitized by Google

ἀδόκητον ὑπομενοῦσι τριβήν. Γέγραπται γάρ· « Ὃς ὑψηλὸν ποιεῖ τὸν ἑαυτοῦ οἶκον, ζητεῖ συντριβήν. » Οὐκοῦν οὐκ ἔσονται, φησίν, οἱ ἀντιπολεμοῦντές σε· καὶ οὐ δή πού φησιν, ὅτι τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἀντιστήσεται μὲν οὐδείς. Ὑπάρξει δὲ πάντως τὸ λαμπρᾶς εἶναι γαλήνης. Οὐ γάρ ἐστιν ἀληθές. Μυρίοι γὰρ ὅσοι πεπολεμήκασιν αὐτοῖς, ἀλλ' οὐδὲ εὑρεθεῖεν ὡς ὑπάρχοντες, ταπεινούμενοι δηλονότι, καὶ τοῖς τῆς θείας ὀργῆς κινήμασιν ὑποπίπτοντες. Ταύτῃτοι πρὸς εὐανδρίαν ἀνακομίζει αὐτοὺς λέγων· Ἐγὼ ὁ Θεός σου ὁ κρατῶν τῆς δεξιᾶς σου, τοῦτ' ἔστιν, ὁ ἀντιλαμβανόμενός σου, καὶ ἀποφαίνων κρείττονα παντὸς πειρασμοῦ· Ἐγὼ ὁ λέγων σοι, Μὴ φοβοῦ, Ἰακὼβ, ὀλιγοστὸς Ἰσραήλ. Ὅσον μὲν γὰρ πρός γε τὴν τῶν πολεμούντων πληθὺν, ἤτοι τὰς δυναστείας, ὀλιγοστὸς ἦν παντελῶς ὁ Ἰσραὴλ, καὶ οὐ σύμπαν φημὶ τὸ ἔθνος, ἀλλὰ τοὺς πρὸς αὐτοῦ ληφθέντας εἰς ἀποστολήν. Ἀλλ' ἦν ὁ σώζων αὐτοὺς μέγας ἰσχυρὸς καὶ κραταιὸς εἰς ἐπικουρίαν, ἄμαχον ἔχων τὴν χεῖρα. Λυτρουμένου γὰρ Θεοῦ τίς ὁ κακῶσαι δυνάμενος;

A non erunt qui bellum gerant contra te. Nec prorsus ait : Nemo sanctis **528** apostolis restituturus est; neque etiam semper futurum est ut splendide ac tranquille vivant. Non enim hoc verum est; innumeri namque pugnarunt contra eos, sed Deo protegente erunt perinde ac si non fuissent, neque invenientur superstites, dejecti nimirum, et divinæ iræ æstui succumbentes. Hinc ad fortitudinem eos revocat, dicens : Ego Deus tuus, apprehendens dexteram tuam, id est, suscipiens te, et reddens te omnibus tentationibus superiorem : Ego, inquam, qui dico tibi : Ne timeas, Jacob, parvule Israel. Quantum enim ad multitudinem bellantium, vel ad dynastias attinet, omnino parvulus erat Israel, non de tota gente loquor, sed de his qui ex B illis assumpti sunt ad apostolatum. Verum qui servat eos magnus est et fortis, et satis validus ad auxilium ferendum, ut qui invictam manum habeat. Deo enim liberante, quis malo poterit afficere?

Ἰδοὺ ἐποίησά σε ὡς τροχοὺς ἁμάξης, ἀλοῦντας, καινοὺς, πρηστηροειδεῖς. Καὶ ἀλοήσεις ὄρη, καὶ λεπτυνεῖς βουνούς, καὶ ὡς χοῦν θήσεις, καὶ λιχμήσεις, καὶ ἄνεμος λήψεται αὐτούς, καὶ καταιγὶς διασπερεῖ αὐτούς.

Vers. 15, 16. *Ecce feci te quasi rotas plaustri triturantes, novas, presteri similes. Et triturabis montes, et comminues colles, et quasi in pulverem rediges, et ventilabis, et ventus auferet eos, et tempestas disperget eos.*

Αἰγυπτίων μὲν παῖδες συνενεγκόντες ἐξ ἀγρῶν ἐπὶ τὴν ἅλωνα δράγματα, εἶτα βοῦς ἐπαφιέντες αὐτοῖς, καὶ ἐν κύκλῳ περικομίζοντες καταλεπτύνουσι ταῖς χηλαῖς τοὺς ἀστάχους. Διακρίνουσι δὲ καὶ διιστῶσι τῶν ἀχύρων σῖτον, οἵ γε μὴν ἐν ἑτέραις πόλεσι καὶ χώραις ἁμάξαις χρώμενοι καὶ τροχοῖς πρηστηροειδέσιν. Αὐτὸ δὴ τοῦτ' μεμελετήκασι κατορθοῦν. Ἰδοὺ τοίνυν, φησὶν, ὦ Ἰσραὴλ, πεποίηκά σε ὡς τροχοὺς ἁμάξης ἁλοῶντας, καινοὺς, πρηστηροειδεῖς. Καὶ τί τὸ ἁλοώμενον; ἄσταχυς ἆρα καὶ σῖτος, καὶ τὰ ἐξ ἀγρῶν εἰς ἅλω συμπεφυρμένα; Οὐδαμῶς, ἀλλ' ὄρη, καὶ βουνοί. Καὶ τίνες ἂν εἶεν οἱ τοιοῖδε πάλιν; Πρῶτον μὲν αἱ πονηραί τε καὶ ἀντικείμεναι δυνάμεις. Δέδωκε γὰρ ἡμῖν ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Εἶτα παρεικάζειν ἔοικεν ὄρεσι καὶ βουνοῖς τοὺς ὑψηλὰ φρονεῖν εἰωθότας, καὶ ὑπέρογκον ἔχοντας φρόνημα, ὑψοῦ τε ἠρμένους, καὶ ἐν δυναστείαις ὄντας κοσμικαῖς, καὶ τοῖς ἁγίοις μυσταγωγοῖς, κατεξανιστάντες ἑαυτοὺς, καὶ δίκην ὀρῶν ἢ βουνῶν ὑπαντᾷν εἰωθότας, ὡς δυσχερεστάτην αὐτῆς ἀποφαίνειν τὴν ὁδὸν, τὴν ἐπί γε, φημὶ, τῷ χρόνῳ πληροῦν τῆς ἀποστολῆς τὸν δρόμον. Ἀλλὰ καὶ τοὺς οὕτως ὄντας, φησὶ, λεπτυνεῖς, ἀχύρων δίκην ἀναπτῆναι παρασκευάσεις ταῖς τῶν ἀνέμων αὔραις διασκιδναμένους, καὶ οἷον καταιγίδα διδοὺς, ὥστε διασπείρειν αὐτούς. Βαδιοῦνται γὰρ οὕτω πρὸς τὸ μηδέν.

Ægyptiorum filii, comportatis ex agris in aream manipulis, quos deinde bobus alligantes et circumagentes, ita ungulis spicas comminuunt, a paleis vero triticum discernunt atque separant. In aliis vero urbibus et regionibus, plaustris et rotis presteri similibus utentes, hoc idem conantur efficere. Ecce igitur, inquit, o Israel, feci te ut rotas plaustri triturantes, novas, presteri ac turbini similes. Et quid triturabitur? an vero spica, et triticum, et quæ ex agris in aream convehuntur? Nequaquam, sed montes et colles. Qui tandem sunt isti? Primum quidem malæ et adversariæ potestates. Dedit namque universorum Servator nobis ut proculcaremus serpentes et scorpiones, et omnem inimici potentiam [90]. Deinde comparare videtur montibus et collibus eos qui altum sapiunt, et tumido sunt animo et elato, et qui mundanis dynastiis ac potestatibus præficiuntur, quique sanctis mystagogiis se opponunt, et obstant instar montium vel collium, ut illis impeditissimam difficillimamque viam reddant, quominus, inquam, cursum apostolatus perficiant. Sed qui tales sunt, inquit, comminues, efficiesque ut palearum in morem avolent, aura ventorum dissipati, **529** et trades quasi tempestati, ut illos dispergat. Sic enim in nihilum abibunt.

Σὺ δὲ εὐφραν θήσῃ ἐπὶ τοῖς ἁγίοις, Ἰσραήλ. Καὶ ἀγαλλιάσονται οἱ πτωχοὶ, καὶ οἱ ἐνδεεῖς. Ζητήσουσι γὰρ ὕδωρ, καὶ οὐκ ἔσται· καὶ ἡ γλῶσσα

Vers. 16, 17. *Tu vero lætaberis in sanctis, Israel. Et exsultabunt pauperes et inopes. Quærent enim aquam, et non erit, et lingua eorum siti exaruit.*

[90] Luc. x, 19.

Digitized by Google

Ego sum Dominus Deus, ego exaudiam Deus Israel, et non derelinquam eos.

αὐτῶν ἀπὸ τῆς δίψης ἐξηράνθη. Ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεός, ἐγὼ ἐπακούσομαι ὁ Θεὸς Ἰσραήλ, καὶ οὐκ ἐγκαταλείψω αὐτούς.

Hostes, inquit, divinæ prædicationis, et qui iter tuum impediunt, o Israel, inquit, ibunt in exsilium. Lætaberisque tu in sanctis, Israel, id est, deliciaberis, ubi complures factos filios, et in filiis Israel numeratos videris. « Non enim omnes ex Israel, hi Israel : neque quia sunt semen Abrahæ, omnes filii ; sed filii promissionis recensebuntur in semen [91]. » Quod autem in more fuerit sanctis apostolis gaudere et exsultare, de his qui fide, scilicet in Christum, probati spectabilesque erant, declarabit etiam Paulus, epistolam ad eos mittens, et dicens : « Gaudium et corona mea [92]. » Quin et unumquemque sanctorum discipulorum ad eumdem modum affectum esse, equidem jure optimo dixerim. Summæ enim voluptatis causa illis erat errantium conversio, et eorum qui non noverunt veritatem, ad melius reductio. Lætaberis ergo in sanctis, Israel. Qui autem hi sint, enarrat, dicens : Exsultabunt pauperes et inopes, id est, gentes. Erant enim omnium bonorum indigi, et charismatum divinorum omnino expertes. Nam qui illum prorsus ignorant, eos virtutis insignibus carere est necesse. Pauperes igitur et inopes exsultabunt. Qui, aut quo pacto? Quærent enim aquam, et non erit, inquit : et lingua eorum præ siti exaruit. Quærent, his verbis, dicit pro, Quæsiverunt. Quoniam autem non invenerunt, lingua eorum siti exaruit. Exstiterunt enim apud Græcos multi philologi, et disputatores, et indagatores veritatis : sed qui docere norit apud eos hæc, non erat. Non erat aqua vivifica. Non erat qui saturare posset veritatis dogmatibus eos qui eam amant. Exaruit ergo lingua eorum præ siti. Sed ego exaudiam eos, inquit Deus Israel, nec derelinquam eos. Miseratus est enim turbæ errantium, nec reliquit eam in **530** hac supernorum donorum inopia, imo potius explevit : idque quo modo, ex sequentibus pulchre enucleabit.

Οἱ μὲν οὖν ἐχθροὶ τοῦ θείου κηρύγματος, καὶ τὴν σὴν διακόπτοντες τρίβον, ὦ Ἰσραήλ, φησὶν, οἰχήσονται πρὸς ἀπώλειαν. Εὐφρανθήσῃ δὲ σὺ ἐν τοῖς ἁγίοις, Ἰσραήλ, τοῦτ' ἔστιν, ἐντρυφήσεις ὅταν ἴδῃς πολλοὺς γεγονότας ἁγίους, καὶ ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ τεταγμένους. « Οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραήλ, οὗτοι Ἰσραήλ, οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραάμ, πάντες τέκνα, ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται εἰς σπέρμα. » Ὅτι δὲ χαίρειν ἦν ἔθος, καὶ ἐπιγάννυσθαι τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἐπὶ τοῖς εἰωθόσιν εὐδοκιμεῖν, διὰ πίστεως δηλονότι τῆς εἰς Χριστὸν, σαφηνιεῖ καὶ ὁ Παῦλος ἐπιστέλλων αὐτοῖς, καὶ λέγων· « Χαρὰ καὶ στέφανός μου. » Καὶ ἕκαστον δὲ τῶν ἁγίων μαθητῶν τὸν αὐτὸν διακεῖσθαι τρόπον φαίην ἂν ἔγωγε, καὶ μάλα εἰκότως. Θυμηδίας γὰρ τῆς ἀνωτάτω πρόφασις ἦν αὐτοῖς ἡ τῶν πλανωμένων ἐπιστροφὴ, καὶ τῶν οὐκ εἰδότων τὴν ἀλήθειαν ἡ πρὸς τὸ ἄμεινον ἀνακομιδή. Εὐφρανθήσῃ τοίνυν ἐν τοῖς ἁγίοις, Ἰσραήλ. Τίνες δὲ οὗτοι διαδείκνυσι, λέγων· Ἀγαλλιάσονται οἱ πτωχοὶ καὶ ἐνδεεῖς, τοῦτ' ἔστι, τὰ ἔθνη. Ἦσαν γὰρ ἐν ἐνδείᾳ παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ ἀμέτοχοι παντελῶς τῶν παρὰ Θεοῦ χαρισμάτων. Τοὺς γὰρ ὅλως ἀγνοοῦντας αὐτὸν ἀμοιρεῖν ἀνάγκη τῶν εἰς ἀρετὴν αὐχημάτων. Οἱ πτωχοὶ τοιγαροῦν καὶ οἱ ἐνδεεῖς, ἀγαλλιάσονται. Πῶς, ἢ τίνα τρόπον; Ζητήσουσι γὰρ ὕδωρ, καὶ οὐκ ἔσται, φησὶ, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν ἀπὸ τῆς δίψης ἐξηράνθη. Τὸ δὲ, ζητήσουσιν, ἐν τούτοις, ἀντὶ τοῦ, ἐζήτησαν, φησίν. Ἐπειδὴ δὲ οὐχ εὑρήκασιν, ἡ γλῶσσα αὐτῶν ὑπὸ δίψης ἐξηράνθη. Γεγόνασι μὲν γὰρ καὶ παρ' Ἕλλησι πολλοὶ φιλολόγοι τε καὶ φιλοζητηταὶ, καὶ τῆς ἀληθείας ἐρευνηταί· ἀλλ' οὐκ ἦν παρ' αὐτοῖς ὁ ταῦτα διδάσκειν εἰδώς. Οὐκ ἦν ὕδωρ τὸ ζωοποιόν. Οὐκ ἦν ὁ κατακορέσαι δυνάμενος τοῖς εἰς ἀλήθειαν δόγμασι τοὺς ἐρῶντας αὐτῆς. Ἐξηράνθη τοίνυν ἡ γλῶσσα αὐτῶν ὑπὸ δίψης. Ἀλλ' ἐγὼ ὑπακούσομαι αὐτῶν, φησὶν ὁ Θεὸς Ἰσραήλ, καὶ οὐκ ἐγκαταλείψω αὐτούς. Κατηλέησε γὰρ τὴν τῶν πλανωμένων πληθὺν, καὶ οὐκ ἀφῆκεν αὐτὴν ἐν ἐνδείᾳ τῶν ἄνωθεν χαρισμάτων, ἐνέπλησε δὲ μᾶλλον, καὶ τίνα δὴ τρόπον, διὰ τῶν ἑφεξῆς εὖ μάλα διατρανοῖ.

Vers. 18-20. *Sed aperiam in montibus flumina, et in medio camporum fontes : vertam desertum in paludes, et sitientem terram in aquæductus. Ponam in terra carente aquis cedrum, et buxum, et myrtum, et cypressum, et populum, ut videant, et cognoscant, et cogitent, et certo sciant, manum Domini fecisse hæc omnia, et sanctum Israelis ostendisse.*

Ἀλλ' ἀνοίξω ἐπὶ τῶν ὀρέων ποταμοὺς, καὶ ἐν μέσῳ τῶν πεδίων πηγάς· ποιήσω τὴν ἔρημον εἰς ἕλη, καὶ τὴν διψῶσαν γῆν ἐν ὑδραγωγοῖς. Θήσω εἰς τὴν ἄνυδρον γῆν κέδρον, καὶ πύξον, καὶ μυρσίνην, καὶ κυπάρισσον, καὶ λεύκην· ἵνα ἴδωσι καὶ γνῶσι, καὶ ἐννοηθῶσι, καὶ ἐπιστῶνται ἅμα, ὅτι χεὶρ Κυρίου ἐποίησε ταῦτα πάντα, καὶ ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραὴλ κατέδειξε.

Desertum et terram aquis carentem dicit esse gentium regionem. Desertum quidem, quod nudata sit quodammodo, et arboribus florentissimis, sub intelligentiam scilicet cadentibus, deserta ac destituta, spinarum solum nutrix, et lignorum silvestrium, et quorumlibet igni ad consumendum accom-

Ἔρημόν τε καὶ ἄνυδρον εἶναί φησι τὴν τῶν ἐθνῶν χώραν. Ἔρημον μὲν διάτοι τὸ ἐψιλῶσθαι τρόπον τινὰ, καὶ φυτῶν ἐρήμην εἶναι τῶν εὐθαλεστάτων, νοητῶν δὲ δηλονότι· ἀκάνθης δὲ μόνης ὁρᾶσθαι τροφὸν, καὶ ξύλων ἀγρίων μητέρα, καὶ ὅσα πυρὶ πρὸς τὸ δαπανᾶσθαι χρήσιμον. Ταῦτα τὰ ἔθνη πρὸ

[91] Rom. IX, 6, 7. [92] Philip. IV, 1.

Digitized by Google

ἐκαρποφόρει, ἀλλὰ τοῖς πάλαι δεδιψηκόσι φησίν· Ἀνοίξω μὲν ἐπὶ τῶν ὀρέων ποταμοὺς, ἄνδρας ἁγίους δηλονότι τοὺς τὸν θεῖον, καὶ ἄνωθεν καταπλουτήσαντας λόγον, καὶ ποταμίων ναμάτων δίκην τοῖς διψῶσιν ἐκχέοντας, καὶ οἷον ἀναπηγάζοντας. Ὥστε καὶ τὴν ἔρημον ποτὲ μεταβαλοῦσαν τὴν ὄψιν ἕλη φαίνεσθαι, καὶ δρυμοὺς, καὶ γῆν τὴν διψῶσαν ἐν ὑδραγωγοῖς. Ὑδραγωγοὶ δὲ πάλιν εἶεν ἂν οἱ κατὰ καιροὺς καὶ ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ τε καὶ πόλει γεγονότες μυσταγωγοὶ, καὶ διδάσκαλοι τῶν Ἐκκλησιῶν· οἳ καθάπερ ἐκ πηγῶν τε καὶ ποταμῶν τῶν τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς εἰς νοῦν καὶ καρδίαν εἰσοικισάμενοι λόγον, καὶ εἰς ἑτέρους αὐτὸν μεθιστᾶσιν, οἷά τινες ὑδραγωγοὶ κήπους κατάρδοντες τοὺς εὐθαλεστάτους. Τίνα δὲ τρόπον ἡ ἔρημος εἰς ἕλη μεταστήσεται, καὶ ποίων ἔσται ξύλων τροφὸς, διδάσκει λέγων· « Θήσω εἰς τὴν ἄνυδρον γῆν κέδρον, καὶ πύξον, καὶ μυρσίνην, καὶ κυπάρισσον, καὶ λεύκην. » Ταῦτα δὲ πάντα ἐστὶν εὐώδη καὶ ἄσηπτα ξύλα. Πρόσεστι δὲ τοῖς ἁγίοις, καὶ τὸ εὔοσμον, νοητῶς δὲ διὰ πολιτείας εὐαγοῦς· καὶ τό γε μὴ καταφθείρεσθαι καθιεμένους ἐκλύτους εἰς ἐπιθυμίας κοσμικὰς, ἑστάναι δὲ καὶ ἐρηρεισμένους, ῥιζοῦντος Θεοῦ, καὶ ἀνέχοντος ταῖς ἐπικουρίαις. Ὑποστηρίζει γὰρ τοὺς δικαίους ὁ Κύριος, καθὰ γέγραπται. Ἔσονται δὲ, φησὶ, ποταμοὶ, καὶ πηγαὶ, καὶ ὑδραγωγοὶ, καὶ ἐν ὄρεσι καὶ πεδίοις, καὶ οἷον πανταχοῦ. Ἔσται δὲ καὶ ἔρημος εἰς ἕλη, ἵνα οἱ καλούμενοι διὰ πίστεως καὶ αὐταῖς ὄψεσιν ἴδωσιν, ἐπιγνῶσι δὲ καὶ δι' ἐννοιῶν ἀγαθῶν, καὶ δὴ καὶ μάθοιεν ἐκ τῆς τῶν γεγονότων μεγαλουργίας, καὶ ἀδοκήτου μεταβολῆς, ὅτι δὴ μὴ ἁπλῶς μηδὲ αὐτομάτως τὰ οὕτω μεγάλα καὶ διαβόητα κατορθοῦσθαι φιλεῖ. Κατέδειξε γὰρ μᾶλλον αὐτὰ χεὶρ Κυρίου, τοῦτ' ἔστι, δύναμίς τε καὶ ἐξουσία θεοπρεπὴς, ἧγουν ὁ Υἱὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα γέγονέ τε ἤδη, καὶ τεθαυματούργηται παρὰ τοῦ Πατρός. Οὐ γὰρ ψευδώνυμοι θεοὶ, οὔτε μὴν στοιχεῖα κοσμικά· ἀλλ' οὐδὲ ὁ νομισθεὶς εἶναι Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου, γέγονεν αὐτῷ ἐργάτης, ἀλλ' ὁ Ἅγιος τοῦ Ἰσραὴλ κατέδειξεν.

Ἐγγίζει ἡ κρίσις ὑμῶν, λέγει ὁ Θεός· ἤγγισαν αἱ βουλαὶ ὑμῶν, λέγει ὁ βασιλεὺς Ἰακώβ.

Τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν ὡς ἔσται κατὰ καιροὺς εὖ μάλα διειρηκὼς, ὑποσχόμενός τε ποιήσειν τὴν ἔρημον εἰς ἕλη, καὶ τὴν διψῶσαν γῆν ἐν ὑδραγωγοῖς, κέδροις τε, καὶ πύξῳ καὶ τοῖς ἑτέροις φυτοῖς κατάκομον ἀποφῆναι, καὶ τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα θαυμασθήσεσθαι λέγων, ὡς τῶν οὕτω μεγάλων δημιουργὸν, προσδιαλέγεται πάλιν τοῖς τῶν εἰδώλων ποιηταῖς, καὶ τοῖς τὰ τοιάδε τεχνίταις, καὶ φησιν ἐγγὺς γενέσθαι τὴν κρίσιν αὐτῶν. Κρίσιν δέ φησιν, ἣ τὴν ὀφειλομένην κόλασιν αὐτοῖς, ἧγουν τὴν αἰσχύνην, καὶ ἐντροπήν. Ὅσιᾳ γὰρ ψήφῳ Θεοῦ, καὶ δικαίῳ κρίματι κολασθεῖεν ἂν ὡς ἠπατηκότες τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ βουλὰς οὐκ ἀληθεῖς εἰσκεκομικότες. Ἐδίδαξαν γαρ τοὺς ἐπὶ τῆς

A modorum, mater esse videatur. Hos fructus aliquando tulerunt gentes. Cæterum his, inquit, qui quondam sitiverunt, aperiam in montibus flumina : viros nempe sanctos, qui divino et superno ditati sunt sermone, et qui fluviatilium rivorum instar, sitientibus effundunt, et quasi scaturiunt, ut desertum quondam mutet faciem, et in eo paludes ac silvæ apparcant, et terra sitiens in aquæductus vertatur. Aquæductus rursus esse possint, qui variis temporibus, et in unaquaque regione ac civitate mystagogi sunt ac doctores Ecclesiarum : qui velut e fontibus atque fluviis sermonem Scripturæ divinitus inspiratæ, in mentem ac cor quasi in domicilium receperunt, eumque ad alios transferunt, et quasi aquæductus quidam, florentissimos B hortos irrigant. Quomodo autem solitudo in paludes transferatur, et cujusmodi lignorum nutrix futura sit, docet inquiens : « Ponam in terra carente aquis cedrum, et buxum, et myrtum, et cupressum, et populum. » Hæc vero omnia ligna sunt bene odorata, et quæ non putrescunt. Adest et sanctis quoque sua fragrantia, scilicet intelligibiliter, ex pura conversatione, et non admittunt corruptionem, quatenus soluti non sunt in hujus mundi cupiditates. Stant etiam firmi, radicante quasi Deo, et adminiculis sustentante. « Confirmat enim justos Dominus [90], » sicuti scriptum est. Erunt autem, inquit, flumina, et fontes, et aquæductus, etiam in montibus et campis, et fere ubilibet. Verteturque solitudo in C paludes, ut qui vocati sunt per fidem, etiam oculis suis videant, et sana cogitatione agnoscant, et ex factorum magnificentia **531** et repentina mutatione discant, hæc tam magna et celebrata non absolute per se aut fortuito perfici potuisse. Ostendit enim illa potius manus Domini, id est, potentia et facultas divina, nimirum Filius, per quem omnia, et in quo omnia facta sunt [91], etiam admirabiliter præstita a Patre. Non enim falso nuncupati dii, nec elementa mundi, neque qui putatur esse Deus hujusce sæculi, effector horum exstitit, sed Israelis Sanctus illa exhibuit.

Vers. 21. *Appropinquat judicium vestrum, dicit Deus : appropinquarunt consilia vestra, dicit rex Jacob.*

D Vocationem gentium quod suo tempore sit futura cum perpulchre ostenderit, pollicitus se versurum solitudinem in paludes, et sitientem terram in aquæductus, et cedris, et buxo, aliisque arboribus densam effecturum : ac dicens suam manum admirationi fore, utpote harum rerum adeo magnarum architectatricem : dialogo rursus cum idolorum effectoribus, et ejusmodi rerum artificibus disputat, aitque appropinquare judicium ipsorum. Judicium dicit vel debitam ipsis punitionem, vel ruborem et pudorem. Sancto enim calculo Dei, et justo judicio puniri possunt, utpote qui orbem terrarum deceperint, et consilia non vera adduxerint.

[90] Psal. xxxvi, 17. [91] Hebr. II, 10.

Digitized by Google

Docuerunt namque terræ inhabitatores dicere ligno : « Pater meus es tu ; et lapidi : Tu genuisti me [93]. » Hinc ait eorum consilia appropinquasse, id est, ad finem pervenisse, excutiente errorem et ignorantiæ tenebras dissipante Deo, Deo, inquam, non ex illis falso nuncupatis scilicet, sed Domino et Deo vere, et rege Jacob, id est, eorum qui sunt ex sanguine Israel. His verbis memoriam refricat signorum quæ edita sunt in liberatione Israelitarum, ex quibus optime cognoscitur divinæ ipsius auctoritatis et incomparabilis excellentiæ potentia.

VERS. 22-24. *Appropinquent, et annuntient vobis quæ contingent, vel priora quæ erant; dicite, et adhibebimus mentem, et cognoscemus quæ ultima, et quæ ventura. Dicite nobis, annuntiate ventura in novissimo, et cognoscemus vos deos esse. Benefacite et malefacite, et mirabimur, et videbimus simul, unde sitis vos, et unde opus vestrum. De terra abominationem elegit vos.*

Divinæ et ineffabilis gloriæ proprium ac peculiare est, omnia scire, nihil prorsus **532** ignorare, neque præteritorum, neque instantium, neque futurorum. Etenim per sapientissimum Mosem ea quæ ante fabricationem hujus mundi, et quæ principio erant, clarum reddit terræ incolis, dicens : « In principio fecit Deus cœlum et terram. Terra erat inaspectabilis et inordinata, et tenebræ supra abyssum [94], » et universi mundi fabricam diligentissime persequitur. Quin et Dominus noster Jesus Christus, qui olim illa locutus est per Mosem, annuntiavit nobis quæ eventura sunt in novissimis, ut nimirum discipulus ejus ait : « Cœlos novos et terram novam, et promissiones ejus exspectamus [95]. » Licet quoque illum audire clare dicentem : « Num me celabitur quidquam [96] ? » — « Est enim vere vivus sermo Dei, et efficax, et acutior gladio ancipiti, et pertingens usque ad divisiones animæ et spiritus, et compagum et medullarum, nec est ulla res creata non manifesta in conspectu ipsius, sed omnia nuda et patefacta oculis ipsius [97]. » Quia vero Deus est, servat et beneficiis afficit, et omni voluptate spirituali explet, eos scilicet qui ipsum colunt; malo afficit autem, et pœnam infert contemnentibus, et bene operari dedignantibus. Sed nihil horum videre licet in his quæ ex lapidibus facta sunt. Quid enim novit materia inanima? Aut quomodo benefacere alicui aut malefacere poterunt, cum sibi ipsis subvenire nequeant, sed accipiant ab aliis, et quod stent, et quod solum videantur? Veniant itaque, inquit, qui putantur ab his esse dii, annuntient quæ contingent, dicant priora, et novissima, et ventura. Cognoscemus enim tum quod dii sitis. Verum, inquit, non potestis annuntiare. Ergo vel benefacite vel malefacite. Sin horum nihil poteritis præstare, post videbimus, id est, fa-

A γῆς τῷ ξύλῳ λέγειν· « Πατήρ μου εἶ σὺ, καὶ τῷ λίθῳ, Σὺ ἐγέννησάς με. » Ταύτῃτοι καὶ ἐγγίσαι φησὶ τὰς βουλὰς αὐτῶν, τοῦτ' ἔστιν, εἰς πέρας ἐλθεῖν, κατασείοντος τὴν πλάνην, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀμαθίας ἀχλὺν κατασκεδαννύντος Θεοῦ, καὶ οὐχ ἑνὸς τῶν παρ' αὐτῶν ὄντος, τῶν ψευδωνύμων δηλονότι φαμὲν, ἀλλὰ Κυρίου, καὶ Θεοῦ κατὰ ἀλήθειαν, καὶ τοῦ βασιλέως Ἰακὼβ, τοῦτ' ἔστι, τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραήλ. Ἀποφέρει δὲ διὰ τούτων εἰς ἀνάμνησιν τῶν γεγονότων σημείων, ἐπὶ τῇ λυτρώσει τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, δι' ὧν εὖ μάλα διαγινώσκεται τῆς ἐνούσης αὐτῷ θεοπρεποῦς ἐξουσίας, ἢ ἀσυγκρίτου ὑπεροχῆς ἡ δύναμις.

B *Ἐγγισάτωσαν, καὶ ἐπαγγειλάτωσαν ὑμῖν ἃ συμβήσεται, ἢ τὰ πρότερα τίνα ἦν· εἴπατε, καὶ ἐπιστήσομεν τὸν νοῦν, καὶ γνωσόμεθα, τί τὰ ἔσχατα, καὶ τὰ ἐπερχόμενα. Εἴπατε ἡμῖν, ἀναγγείλατε τὰ ἐπερχόμενα ἐπ' ἐσχάτου, καὶ γνωσόμεθα, ὅτι θεοί ἐστε. Εὖ ποιήσατε, καὶ κακώσατε, καὶ θαυμασόμεθα, καὶ ὀψόμεθα ἅμα, ὅτι πόθεν ἐστὲ ὑμεῖς, καὶ πόθεν ἡ ἐργασία ὑμῶν· ἐκ γῆς βδέλυγμα ἐξελέξαντο ὑμᾶς.*

C Τῆς θείας τε καὶ ἀπορρήτου δόξης ἴδιόν τε καὶ ἐξαίρετον τὸ πάντα μὲν εἰδέναι, ἀγνοεῖν δὲ παντελῶς οὐδὲν οὔτε τῶν προγεγονότων, οὔτε τῶν ἐνεστηκότων, ἢ τῶν ἐσομένων. Καὶ γοῦν δὴ [γρ. διὰ] μὲν τοῦ πανσόφου Μωσέως τὰ πρὸ τῆς συμπήξεως τοῦδε τοῦ κόσμου, καὶ τὰ ἐν ἀρχαῖς ἐναργῆ τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς καθίστησι λέγων· « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου· » καὶ τὴν παντὸς τοῦ κόσμου ποίησιν ἀκριβέστατα διεξέρχεται. Ἀλλὰ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ πάλαι λαλήσας ἐκεῖνα διὰ Μωσέως, ἀπήγγειλεν ἡμῖν τὰ ἐν ἐσχάτοις· ὡς γὰρ ὁ αὐτοῦ φησὶ μαθητής· « Καινοὺς οὐρανοὺς, καὶ καινὴν γῆν, καὶ τὰ ἐπαγγέλματα αὐτοῦ προσδοκῶμεν. » Ἔστι δὲ ἀκοῦσαι λέγοντος ἐναργῶς· « Μὴ ἀπ' ἐμοῦ κρυβήσεταί τί; » — « Καὶ γάρ ἐστιν ἀληθῶς ζῶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐναργὴς, καὶ τομώτερος μᾶλλον μαχαίρας διστόμου, καὶ διικνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ, πάντα δὲ γυμνὰ, καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. » Ἐπειδὴ δέ ἐστι Θεὸς, σώζει μὲν καὶ εὐεργετεῖ, καὶ ἁπάσῃ ἐμπίμπλησι θυμηδίας, πνευματικῆς δηλονότι, τοὺς D σεβομένους αὐτόν· κακοῖ δὲ καὶ ὑποφέρει ταῖς δίκαις τοὺς καταφρονεῖν εἰωθότας, καὶ ἀγαθουργεῖν οὐκ ἀνεχομένους. Ἀλλὰ τῶν οὐδὲν ἔν γε τοῖς ἐκ λίθων πεποιημένοις κατίδοι τις ἄν. Τί γὰρ οἶδεν ἄψυχος ὕλη; Ἢ πῶς ἂν εὖ ποιήσειάν τινα, ἢ καὶ κακῶσαι δύναιντο τὰ μήτε ἑαυτοῖς ἐπαμῦναι δυνάμενα, λαβόντα δὲ παρ' ἑτέρων καὶ τὸ ἑστάναι τε καὶ �ρᾶσθαι μόνον; Ἱκέτωσαν τοίνυν, φησὶν, οἱ νομισθέντες παρ' ὑμῖν εἶναι θεοὶ· ἀπαγγειλάτωσαν ἃ συμβήσεται, λεγέτωσαν τὰ πρότερα, καὶ τὰ ἔσχατα, καὶ τὰ ἐπερχόμενα. Γνωσόμεθα γὰρ τότε, φησὶν, ὅτι θεοί ἐστε. Ἀλλ' οὐ δύνασθε, φησὶν, ἀπαγγεῖλαι.

[93] Jer. II, 27. [94] Gen. I, 1, 2. [95] II Petr. III, 13. [96] Eccl. XXXIX, 24. [97] Hebr. IV, 12.

Digitized by Google

Οὐκοῦν κἂν εὖ ποιήσατε καὶ κακώσατε. Εἰ δὲ τούτων δύνασθε δρᾷν οὐδέν, λοιπὸν ὀψόμεθα, τοῦτ' ἔστιν, εὔκολον ἰδεῖν, πόθεν ἐστὲ ὑμεῖς, καὶ πόθεν ἡ ἐργασία ὑμῶν· ἐστὲ γὰρ ἐκ γῆς βδέλυγμα πεποιημένον. Ἡ γὰρ ἐκ ξύλου φέρε εἰπεῖν τὸ εἴδωλον γένοιτ' ἄν, ἢ λίθου λαμπροῦ καὶ ἐξειλεγμένου, ἤγουν ἐξ ἑτέρας ὕλης· ταῦτα δὲ πάντα ἐστὶν ἐκ γῆς. Δεῖ δὲ, οἶμαι, καταθαυμάσαι τοὺς τῶν εἰδώλων προσκυνητὰς, εἰ μηδὲ ἐκεῖνο ἐγνώκασι παρ' αὐτῶν, τὸ, ὅποι ποτὲ καταλήξει τὰ πράγματα αὐτοῖς. Οὐ γὰρ ἔγνωσαν, ἢ προειρήκασιν ὡς αὐτοῖς τεμένεσι κατεμπρησθήσονται, κείσονται δὲ καὶ εἰς γέλωτα κατὰ καιροὺς καὶ αὐτοῖς τοῖς πάλαι πεπλανημένοις.

A cile est videre, unde vos sitis, et unde operatio vestra : estis enim e terra abominatio facta. Aut enim e ligno, exempli gratia, idolum fiat, sive ex insigni et selecto lapide, sive ex alia materia, hæc autem omnia e terra sunt. Mirandique sunt, credo, idolorum cultores, si aliud non cognoverint, quorsum res ipsorum evasuræ sint. Neque enim norunt, nec prædixerunt, ipsos una cum templis incendendos, et risui temporibus succedentibus exponendos etiam his qui olim errarunt.

Ἐγὼ δὲ ἤγειρα τὸν ἀπὸ βορρᾶ, καὶ τὸν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν· κεκλήσονται τῷ ὀνόματί μου.

533 VERS. 25. *Ego vero excitavi eum qui ab aquilone, et eum qui ab ortu solis : vocabuntur nomine meo.*

B Ὁ μὲν γὰρ τῶν ἀκαθάρτων εἰδώλων ἐσμὸς, ἐπείπερ ἦσαν ἕτερον οὐδὲν, πλὴν ὅτι μόνον ξύλα τε καὶ λίθοι, πεπλανήκασι τοὺς ἠπατημένους. Ἀπήγγειλαν δὲ αὐτοῖς παντελῶς οὐδὲν ἢ τῶν πρώτων ἢ τῶν ἐσχάτων, οὔτε μὴν εὖ πεποιήκασί τινας, ἤγουν κακῶσαι δεδύνηνται. Ἐγὼ δὲ, φησὶν, ἐπείπερ ἀγαθός εἰμι Θεὸς, βεβούλημαι πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. Σέσωκα τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ἐν ἴσῳ τοῖς τεθνεῶσι κειμένους ἤγειρα πολλούς. Καὶ τίνες ἂν εἶεν οὗτοι διδάσκει λέγων· Τὸν ἀπὸ βορρᾶ, καὶ τὸν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, τοῦτ' ἔστι, τὸν λαὸν τὸν ἐξ ἐθνῶν. Ὡς γάρ τοι πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν νοτιωτάτην οὖσαν βορειοτέρα μᾶλλον ἡ τῶν ἐθνῶν, καὶ τὸν πρὸς ἀκτῖνα λαχοῦσα τόπον. Οὐκοῦν ὁ ἀπὸ βορρᾶ, καὶ ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, C εἴη ἂν ὁ ἐξ ἐθνῶν λαὸς, οἱ κέκληνται τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ. Χριστιανοὶ γὰρ ὠνομάσμεθα, καὶ ἐσμέν. Κατεκτήσατο γὰρ αἵματι τῷ ἰδίῳ ἡμᾶς, καὶ ἠγοράσμεθα τιμῆς, καὶ ἐσμὲν οὐχ ἑαυτῶν. Εἷς γὰρ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. Τοιγάρτοι φαμὲν ὡς πρός γε τὸν ἑαυτῶν Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν· Κύριε, ἐκτὸς σοῦ ἄλλον οὐκ οἴδαμεν, τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν. » Κεκλήμεθα τοίνυν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ εἰρημένον διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς· Τοῖς δὲ δουλεύουσί μοι κληθήσεται ὄνομα καινὸν, ὃ εὐλογηθήσεται ἐπὶ τῆς γῆς. Δοκεῖ δὲ, φησὶ, τὸν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν Χριστὸν εἶναι λέγειν, διά τοι τὸ γεγράφθαι περὶ D αὐτοῦ· « Ἰδοὺ ἀνὴρ, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ. » Καὶ πάλιν, ὡς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς περὶ αὐτοῦ λέγοντος· « Τίς ἐξήγειρεν ἀπὸ ἀνατολῶν δικαιοσύνην; » « Γέγονε γὰρ ἡμῖν δικαιοσύνη Χριστὸς, ἁγιασμός τε καὶ ἀπολύτρωσις προσέτι. »

Nam immundorum idolorum examina, quoniam præter sola ligna et lapides nihil erant, in errorem eos qui decepti fuerunt deduxerunt : nihilque illis omnino vel primum, vel novissimum annuntiarunt, nec bonis affecerunt quemquam, nec malis afficere potuerunt. Ego autem, inquit, quippe qui bonus et Deus sum, volui omnes homines servari, et ad veritatis agnitionem venire [95]. Servavi orbem terrarum, et qui perinde ac mortui jacebant, multos excitavi. Et qui tandem hi sunt? Docet, cum inquit : Eum qui est ab aquilone, et qui ab ortu solis, id est, populum gentium. Nam si regionem Judæorum respicias, quæ maxime ad austrum vergit, magis est aquilonaris terra gentium, et quæ ad solis radium spectantem locum obtinet. Itaque qui ab aquilone est et ab ortu solis, poterit esse populus gentium, qui nomine Christi vocati sunt. Christiani enim nominamur et sumus [96]. Acquisivit siquidem nos sanguine suo, et empti sumus pretio, neque sumus nostri juris. « Unus enim pro omnibus est mortuus, ut qui vivunt, non amplius sibi vivant, sed ei qui pro illis mortuus est, et excitatus [96*]. » Hinc dicimus velut Servatori nostro et Redemptori : Extra te alium non novimus, nomen tuum nominamus. Nomine itaque illius vocamur. Dictum quoque est hoc voce prophetica : Qui mihi serviunt, novum illis videtur nomen, quod prædicabitur supra terram. Videtur autem, eum qui ab ortu solis est, Christum dicere, eo quod scriptum sit de eo : « Ecce vir, Oriens nomen ei. » Et rursus, veluti Deo et Patre de eo dicente : « Quis excitavit ab Oriente justitiam [97] » « Factus enim est nobis justitia Christus, sanctificatio, et præterea redemptio [97*]. »

Ἐρχέσθωσαν ἄρχοντες, καὶ ὡς πηλὸς κεραμέως, καὶ ὡς κεραμεὺς καταπατῶν πηλὸν, καταπατηθήσεσθε. Τίς γὰρ ἀναγγελεῖ τὰ ἐξ ἀρχῆς, ἵνα γνῶμεν καὶ τὰ ἔμπροσθεν; Καὶ ἐροῦμεν, ὅτι ἀληθῆ ἐστιν. Οὐκ ἔστιν ὁ προλέγων, οὐδὲ ὁ ἀκούων τοὺς λόγους ὑμῶν.

VERS. 26. *Veniant principes, et ut lutum figuli, et ut figulus conculcans lutum, sic conculcabimini. Quis enim annuntiabit ea quæ a principio, ut cognoscamus ea quæ ad faciem sunt? Et dicemus quod verum sit. Nullus est qui prædicat, neque qui audiat sermones vestros.*

Ἐμελλε γὰρ Θεοῦ κατανεύοντος, ἡ τῶν εἰδώλων πληθὺς καταπίμπρασθαι, καὶ τοῖς τῶν πιστευσάντων Deo enim annuente, idolorum multitudo comburenda erat, et credentium pedibus instar luti con-

[95] I Tim. II, 4. [96] I Joan. III, 1. [96*] II Cor. V, 15. [97] Isa. XLI, 2. [97*] I Cor. I, 30.

Digitized by Google

culcanda. **534** Calcata sunt enim quasi pulvis, et quasi lutum liguli, et quæ præterea nihil aliud essent. Erat enim e terra ortus eorum. Quod autem hæc omnia ad finem perducenda erant, suo tempore, sanctis militantibus, et divino nutui alacriter quasique juveniliter subservientibus, declarat dicens : Veniant principes, id est, designentur populorum duces, qui credentes in me ab errore revocent, et contra inanimos deos armis instruant. Quis enim inter illos, inquit, annuntiat quæ sunt a principio, ut cognoscamus? vel priora, ut his quæ sunt dicta, ad exitum provectis, annuamus comprobemusque quod vera locuti fuerint? Sed, inquit, inter deos falso nuncupatos non est, vel inter immundos spiritus, qui prædicat : neque inter homines, qui vestros sermones audiat. Olim namque per regiones et urbes, in idolorum fanis, falsæ erant vaticinationes, et falsæ prædictiones dæmoniorum, tripodes et lebetes, et multitudo innumerabilis decipientium, multique iverunt sciscitaturi ab ipsis oracula. Cum autem illuxisset nobis Dei Verbum, conciderunt in adytis idola, conticuerunt dæmones qui seducunt, imo missi sunt in Orcum, et in Tartaro custodiuntur. Vocati sunt autem ad agnitionem veritatis, qui olim eorum sermones habuerunt in pretio. Quod docet, inquiens : « Neque est qui audiat sermones vestros. »

VERS. 27, 28. *Principatum Sioni dabo, et Jerusalem consolabor in via. Nam a gentibus ecce nemo, et a simulacris eorum non erat qui annuntiaret. Et si interrogavero eos, Unde estis? non respondebunt mihi. Sunt enim factores vestri, et frustra qui seducunt vos.*

Rursus pollicetur Servatoris ostensionem : per quem servatus est orbis terrarum, et vocata est ad agnitionem veritatis errantium multitudo. Ut enim haberemus præceptorem, qui sciret et posset ad salutis viam adducere, factus est homo unigenitum Dei Verbum. Et rex cum sit natura (in quantum et Deus, et ex Deo Patre intelligitur, omnibus dominante et creaturam pedibus subjiciente), rex in nos constitutus et electus dicitur. Scriptum enim est de illo : « Ecce rex justus regnabit, et principes cum judicio imperitabunt [91]. » Regnavit enim ac imperavit orbi terrarum Christus. Et **535** id manifestum nobis reddit, cum ait : « Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra [92]. » Etsi enim in universitatem rerum potestatem haberet ut Deus, propter carnis ministerium sibi data esse ait quæ ut Deus habuit. Cum ergo regnum obtinuerit, principes nobis præfecit sanctos apostolos, qui etiam imperarunt nobis cum judicio, id est, cum justitia. Dabo itaque Sioni, inquit, id est, Ecclesiæ, sive credentium multitudini, principatum servantem, id est, Christum. Consolabor etiam Jerusalem, quæ rursus est Ecclesiæ introitus. Consola-

A ποσὶ πηλοῦ παρεῤῥίφθαι δίκην. Πεπάτηνται γὰρ, καὶ ὡς χοῦς, ἢ καὶ ὡς πηλὸς κεραμέως, καὶ ἕτερον ὄντα παρὰ τοῦτον οὐδέν. Ἦν γὰρ ἐκ γῆς ἡ γέννησις αὐτοῖς. Ὅτι δὲ ἔμελλε ταῦτα σύμπαντα πρὸς πέρας ἄγεσθαι κατὰ καιροὺς στρατηγούντων ἁγίων, καὶ τοῖς τοῦ Θεοῦ νεύμασιν ὑπηρετούντων νεανικῶς καταδείκνυσι λέγων τὸ, Ἐρχέσθωσαν ἄρχοντες, τοῦτ' ἔστιν, ἀναδεικνύσθωσαν οἱ τῶν λαῶν ἡγεμόνες, οἱ τοὺς εἰς ἐμὲ πιστεύοντας ἐπιθήγοντες τῇ πλάνῃ, ἐξοπλίζοντές τε κατὰ τῶν ἀψύχων θεῶν. Τίς γὰρ ἐν αὐτοῖς, φησὶν, ἀπαγγελεῖ τὰ ἐξ ἀρχῆς ἵνα γνῶμεν, ἢ καὶ τὰ ἔμπροσθεν, ἵνα ἐκβεβηκότων τῶν εἰρημένων εἰς πέρας συννεύσωμεν ὅτι λελαλήκασιν ἀληθῆ ; Ἀλλ' οὐκ ἦν, φησὶν, ἐν τοῖς ψευδωνύμοις θεοῖς, ἤγουν ἐν τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν ὁ προλέγων· ἀλλ' οὐδὲ ἐν

B ἀνθρώποις ὁ ἀκούων τοὺς λόγους ὑμῶν. Πάλαι μὲν κατά τε χώρας καὶ πόλεις ἐν ταῖς τῶν εἰδώλων τεμένεσι ψευδομαντίαι τε ἦσαν, καὶ ψευδηγορίαι δαιμονίων, τρίποδες δὲ καὶ λέβητες, καὶ πλῆθὺς ἀναρίθμητος τῶν ἀπατᾷν εἰωθότων· ἐβάδιζον δὲ πολλοὶ χρησμοὺς ληψόμενοι παρ' αὐτῶν. Ἐπεὶ δὲ ἐπέλαμψεν ἡμῖν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, πεπτώκασι μὲν τὰ ἐν σηκοῖς εἴδωλα, σεσιγήκασι δὲ καὶ οἱ πλανῶντες δαίμονες· μᾶλλον δὲ καὶ κατεπέμφθησαν εἰς ᾅδου, καὶ τεταρτάρωνται. Κέκληνται δὲ πρὸς ἐπίγνωσιν ἀληθείας οἱ πάλαι τοὺς παρ' αὐτῶν τιμῶντες λόγους, καὶ τοῦτο διδάσκει λέγων· « Οὔτε μὴν ὁ ἀκούων τοὺς λόγους ὑμῶν. »

Ἀρχὴν Σιὼν δώσω, καὶ Ἰερουσαλὴμ παρακαλέσω εἰς ὁδόν. Ἀπὸ γὰρ τῶν ἐθνῶν ἰδοὺ οὐθείς,

C *καὶ ἀπὸ τῶν εἰδώλων αὐτῶν, οὐκ ἦν ὁ ἀναγγέλλων· καὶ ἐὰν ἐρωτήσω αὐτοὺς, Πόθεν ἐστέ ; οὐ μὴ ἀποκριθῶσί μοι· εἰσὶ γὰρ οἱ ποιοῦντες ὑμᾶς, καὶ μάτην οἱ πλανῶντες ὑμᾶς.*

Ὑπισχνεῖται πάλιν τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάδειξιν, δι' οὗ σέσωσται μὲν ἡ ὑπ' οὐρανὸν, κέκληται δὲ πρὸς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἡ τῶν πλανωμένων πληθύς. Ἵνα γὰρ ἔχωμεν τὸν καθηγητὴν, τὸν ἀποκομίζειν εἰδότα καὶ δυνάμενον εἰς τὴν τῆς σωτηρίας ὁδὸν, γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ βασιλεὺς ὢν φύσει· καθὸ καὶ Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ νοεῖται Πατρὸς, τοῦ δὴ πάντων κρατοῦντος, καὶ ὑπὸ πόδας κειμένην ἔχοντος τὴν κτίσιν· κεχειροτονῆσθαι λέγεται βασιλεὺς ἐφ' ἡμᾶς. Γέγραπται γὰρ περὶ αὐτοῦ· « Ἰδοὺ δὴ βασιλεὺς δίκαιος βασιλεύσει, καὶ ἄρχοντες μετὰ

D κρίσεως ἄρξουσι. » Βεβασίλευκε γὰρ τῆς ὑπ' οὐρανὸν ὁ Χριστὸς, καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐναργὲς καθίστησι λέγων· « Ἐδόθη μοι ἐξουσία πᾶσα ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. » Καίτοι γὰρ τῶν ὅλων κατεξουσιάζων ὡς Θεὸς, διὰ τὴν μετὰ σαρκὸς οἰκονομίαν ἑαυτῷ δεδόσθαι φησὶν, ἅπερ εἶχεν ὡς Θεός. Βασιλεύσας τοίνυν, ἄρχοντας ἐφ' ἡμᾶς κεχειροτόνηκε τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, οἳ καὶ ἦρξαν ἡμῶν μετὰ κρίσεως, τοῦτ' ἔστι, μετὰ δικαιοσύνης. Δώσω τοίνυν, φησὶ, τῇ Σιὼν, τοῦτ' ἔστι, τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἤτοι τῇ τῶν πιστευόντων πληθύϊ, τὴν σώζουσαν ἀρχὴν, τοῦτ' ἔστι Χριστόν. Παρακαλέσω δὲ καὶ τὴν Ἰερουσαλὴμ, ἥ ἐστι πάλιν τῆς Ἐκκλη-

[91] Isa. XXXII, 1. [92] Matth. XXVIII, 18.

Digitized by Google

σίας εἴσοδος. Παρακεκλήμεθα γὰρ δυναμούμενοι διὰ Χριστοῦ, καὶ τὴν εἰς ζωὴν ἀποφέρουσαν τὴν ἀμήρυτον δεδιδάγμεθα τρίβον. Ἀπὸ γὰρ τῶν ἐθνῶν, φησὶν, ἰδοὺ οὐθείς, καὶ ἀπὸ τῶν εἰδώλων αὐτῶν οὐκ ἦν ὁ ἀπαγγέλλων. Πλεῖστοι μὲν γὰρ ὅσοι γεγόνασι παρ' Ἕλλησι σοφοὶ, καὶ λογάδες· ἀλλ' οὐδεὶς ἦν ἐν αὐτοῖς ὁ διδάξαι δυνάμενος τὴν εἰς εὐσέβειαν ὁδόν. Εἰδώλων δὲ πλήρεις οἱ παρ' αὐτοῖς ὄντες ἦσαν νέοι, ἀλλ' οὐδὲ ἐν τοῖς εἰδώλοις, ἤγουν ἐν τοῖς ψευδωνύμοις θεοῖς ἦν ὁ τὴν τοῦ συμφέροντος θήραν ἀγγεῖλαι δυνάμενος, ἤγουν εἰς ὁδὸν ἀπευθῦναι δικαιοσύνης. Μᾶλλον δέ τι τοῦτό φημι· Οὐδ' ἂν εἰ ἐρωτηθεῖεν, φησὶ, Πόθεν ἐστέ; δύναιντ' ἂν ἀποκρίνασθαι. Οἱ δὲ ἑαυτοὺς οὐκ εἰδότες, ὕλη γάρ εἰσι κωφὴ καὶ ἀναίσθητος, πῶς ἂν ἑτέροις γένοιντο καθηγηταί; ἢ πῶς ἄν τισι καταδείξειαν ὅλως τὸ τελοῦν εἰς ὄνησιν; Εἰσὶ γὰρ, εἰσὶν ὑμᾶς μὲν ποιοῦντες τοὺς ψευδωνύμους πλάττοντες Θεοὺς, ὑμᾶς δὲ πάλιν πλανῶντες τοὺς προσκυνοῦντάς γε αὐτούς.

Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ· Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεκτός μου, προσεδέξατο αὐτὸν ἡ ψυχή μου. Ἔδωκα τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν. Κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει. Οὐ κεκράξεται, οὐδὲ ἀνήσει, οὐδὲ ἀκουσθήσεται ἔξω ἡ φωνὴ αὐτοῦ. Κάλαμον συντεθλασμένον οὐ συντρίψει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει, ἀλλ' εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει κρίσιν. Ἀναλάμψει, καὶ οὐ θρανσθήσεται, ἕως ἂν θῇ ἐπὶ γῆς κρίσιν· καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη καὶ λαοὶ ἐλπιοῦσιν.

Προεπήγγελται, λέγων, Ἀρχὴν Σιὼν δώσω, καὶ ποία τις αὕτη διαδείκνυσι σαφῶς. Κεχειροτόνηται γὰρ ἐπὶ τὴν νοητὴν Σιὼν, τοῦτ' ἔστιν, ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἄρχων καὶ καθηγητὴς, οὐκ εἰς ἀρχὴν τοῦ πράγματος ἀναβαίνων τότε, ὅτε καὶ εἰς τοῦτο παρενεχθῆναι λέγεται. Ἦν γὰρ καὶ ἔστιν ἀεὶ βασιλεὺς, καὶ τῶν ὅλων Κύριος ὁ ἐκ Παρθένου Λόγος. Ἐπειδὴ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, ἴδιον ποιεῖται τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρον. Οὕτω γὰρ ἦν ἀληθῶς, καὶ ἀνενδοιάστως πιστεύεσθαι πρὸς ἡμῶν, ὅτι γέγονε καθ' ἡμᾶς. Οὐκοῦν κἂν εἰ λέγοιτο λαβεῖν τὸ κατὰ πάντων κράτος, τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ἔσται τὸ λαβεῖν, οὐ τῆς ὑπεροχῆς αὐτοῦ, καθ' ἣν νοεῖται τῶν ὅλων Δεσπότης. Ἰακὼβ δὲ αὐτὸν ἀποκαλεῖ καὶ Ἰσραὴλ, ὡς ἐξ αἵματος γεγονότα τὸ κατὰ σάρκα τὸν ἐξ Ἰακὼβ, ὃς μετωνομάσθη καὶ Ἰσραήλ. Φησὶ δὲ, ὅτι Ἀντιλήψομαι, καὶ ἀπόλεκτον ὀνομάζει. Συνεργάζετο γὰρ ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ, καὶ ὡς δυνάμεως τῆς ἰδίας ἀπετέλει τας μεγαλουργίας. Ἔστι δὲ καὶ ἀπόλεκτος ἀληθῶς, ὅτι καὶ ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, καὶ παραδεκτὸς ὡς ἠγαπημένος· ηὐδόκησε γὰρ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐν αὐτῷ. Ἔφη γοῦν· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. » Ὅτι δὲ κέχρισται κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, καὶ μετεσχηκέναι λέγεται τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καίτοι τὸ Πνεῦμα διδοὺς αὐτὸς, καὶ ἁγιάζων τὴν κτίσιν, σαφηνιεῖ λέγων· Ἔδωκα τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν. Βαπτισθέντι γὰρ αὐτῷ τὸ Πνεῦμα, φησὶν, ἐπεφοίτησεν ἐξ οὐρανῶν ἐν εἴδει περιστερᾶς καὶ

tione namque perfusi sumus, corroborati per Christum, et edocti sumus semitam quæ ad vitam æternam deducit. A gentibus enim, inquit, ecce nemo, et ab idolis eorum non erat qui annuntiaret. Plurimi enim apud Græcos et sapientes et eloquentes fuerunt : sed inter eos, qui docere posset viam pietatis, nemo erat. Idolorum apud eos complura erant delubra, sed non erat inter idola, vel inter falso nuncupatos deos, qui utilitatis quasi indaginem annuntiare potuit, vel ad justitiæ viam dirigere. Imo hoc dico, nec si interrogentur, inquit, Unde estis? poterunt respondere. Qui vero sese non norunt, materia enim sunt muta et sensibus carens, quomodo duces aliorum esse possunt? vel quomodo ulli ostendant quod illis cedat in commodum? Sunt enim, sunt qui faciunt vos, falso nuncupatos deos formantes. Vos rursus decipiunt, qui eos adoratis.

Cap. XLII. Vers. 1-4. *Jacob puer meus, suscipiam eum; Israel electus meus, assumpsit eum manus mea. Dedi spiritum meum super eum. Judicium gentibus profert. Non clamabit, neque remittet, neque audietur foris vox ejus. Calamum confractum non conteret, et linum fumans non exstinguet, sed in veritate proferet judicium. Splendebit, et non conteretur, donec ponat in terra judicium. Et in nomine ejus gentes sperabunt.*

Promisit ante, dicens, Principatum Sioni dabo, et qui tandem ille sit, manifesto demonstrat. Præfectus enim est intelligibili Sioni, id est, Ecclesiæ princeps et gubernator, non tum ascendens ad principatum, cum **536** ad hoc adductus dicitur. Erat enim et est semper rex, et universorum Dominus, ex Virgine Verbum. Postquam autem homo factus est, propriam adsciscit humanitatis mensuram. Sic enim credere vere et indubie possumus, eum ad similitudinem nostram factum esse. Quare ubi dicitur accepisse in omnia imperium, hoc erit dispensationis in carne accipere, non divinæ præstantiæ, ex qua universorum Dominus esse intelligitur. Jacobum autem et Israelem eum vocitat, quasi natum ex sanguine Jacob secundum carnem, qui cognominatus est quoque Israel. Dicit porro : Suscipiam, et electum nominat. Cooperabatur enim Pater Filio, et velut potentiæ suæ faciebat mirabilia. Est etiam electus vere, quia speciosus est decore præ filiis hominum, et acceptus, ut qui dilectus est, in quo scilicet Deus et Pater acquievit. Dixit ergo : « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui [1]. » Quod autem unctus sit more humano, et particeps fuisse dicatur sancti Spiritus, etiamsi ipse Spiritum det, et sanctificet creaturam, declarabit, cum ait : Dedi Spiritum meum super eum. Baptizato enim ei supervenit, inquit, Spiritus cœlitus, specie columbæ, et mansit super eum. Quod si tempore quo baptizatus est, recipit Spiritum, pro mensura humanitatis,

[1] Matth. III, 17.

Digitized by Google

possit et hoc esse inter cætera. Non enim quatenus Deus est, sanctificatus est, cum Spiritum accepit: ipse enim, ut dixi, est qui sanctificat: sed quatenus apparuit homo, ratione dispensationis. Unctus est igitur, ut et judicium proferat gentibus. Judicium his verbis justum vocat judicium. Justificavit enim illas, Satana condemnato qui occupaverat tyrannidem. Quod ipse nos docuit, inquiens: « Nunc judicium est mundi hujus. Nunc princeps mundi hujus ejicietur foras. Et ego si exaltatus fuero de terra, omnia traham ad meipsum [1]. » Damnavit enim capitis eum, ut dixi, qui orbem terrarum occupavit, et deceptos servavit sancto judicio. Sed nec clamabit, inquit, nec remittet, neque audietur foris vox ejus. Peregrinatus est enim universorum Servator et Dominus in submissione multa et humilitate, et quasi sine strepitu, et injuria afficiens neminem, sed in silentio et quiete, ut confractum calamum non contriverit, et linum fumigans non exstinxerit, id est, ne in abjectissimos et in perpetiendo damno timidissimos **537** pedem immiserit. Quid ergo faciet, et quid administrabit gentibus? In veritate proferet judicium. Judicium hic videtur legem dicere. Scriptum est enim de Israelis et omnium dominatore Deo: Illic dedit ei judicium, et rursus, Judicium et justitiam in Jacob tu fecisti. Judicium igitur sive legem in umbris et in typis vere proferet, per oracula evangelica, quibus viam conversationis sibi acceptæ indicavit, et cultum legis in litteram in veritatem transtulit. Judæi vero miseri debacchati sunt in eum, et morte carnis affligere ausi sunt. Verum resplenduit ut lux, et non confractus est, id est, eum interitus non devicit. nec insolentia eorum qui insidias struxerunt eum superavit. Soluta enim est mors, et revixit divine, et calcavit hostes, et passio ejus toti terrarum orbi facta est salutis occasio. Non conteretur itaque donec ponat in terra judicium. Neque vero existimes eum tempus aliquod præfinire quo vulnerandus sit, postquam scilicet posuerit in terra judicium: sed illud potius dicit, Superior erit adversariis, et adeo vincet, ut etiam per universam terram positurus sit judicium. Prædicatum est enim Evangelium per omnem terram, et quasi fixit sua vaticinia. Scriptum est enim: « Justitia tua in sæculum, et lex tua veritas [2]. » Speraverunt, inquit, gentes in nomine ejus. Agnito enim quod Deus vere sit, et quamvis in carne apparuerit, eum spem facient, sicuti inquit Psaltes: « In nomine ejus exsultabunt tota die. » Vocati sumus enim Christiani, et in eo omnem spem habemus [3].

A ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν. Εἰ δὲ ἐν καιρῷ τοῦ βαπτισθῆναι δέχεται τὸ Πνεῦμα τῷ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρῳ, εἴη ἂν μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ τοῦτο. Οὐ γάρ τοι καθ' ὃ Θεός ἐστιν, ἡγιάζετο τὸ Πνεῦμα λαβών· αὐτὸς γὰρ, ὡς ἔφην, ὁ ἁγιάζων ἐστίν· ἀλλὰ καθὸ πέφηνεν ἄνθρωπος οἰκονομικῶς. Κέχρισται τοίνυν, ὥστε κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοῖσαι. Κρίσιν δὲ τὴν δικαιοκρισίαν ἐν τούτοις φησί. Δεδικαίωκε γὰρ αὐτὰ κατακρίνας τὸν πλεονεκτήσαντα Σατανᾶν. Καὶ τοῦτο ἡμᾶς αὐτὸς ἐδίδαξεν, εἰπών· « Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου. Νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω. Κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ γῆς, πάντα ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. » Κατεψηφίσατο μὲν γὰρ τὸν ὅλεθρον τοῦ πλεονεκτήσαντος, ὡς ἔφην, τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ὁσίῳ δὲ κρίματι σέσωκε τοὺς ἠπατημένους. Ἀλλ' οὐ κεχράξεται, φησὶν, οὐδὲ ἀνήσει, οὐδὲ ἀκουσθήσεται ἔξω ἡ φωνὴ αὐτοῦ. Ἐπεδήμησε γὰρ ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Κύριος ἐν ὑφέσει πολλῇ καὶ ἀφιλοκομπίᾳ, καὶ οἷον ἀψοφητὶ, καὶ ἀδικῶν οὐδένα· ἀλλ' ἐν σιγῇ τε, καὶ ἠρεμίᾳ, ὥστε καὶ συντεθλασμένον μὴ συντρῖψαι κάλαμον, μήτε μὴν λῖνον τυφόμενον σβέσειν, τοῦτ' ἔστι, μήτε τοῖς ἄγαν εὐτελεστάτοις καὶ εὐτολμότατα λίαν ὑπομένειν εἰωθόσι τὸ βλάβος ἐπαφεῖναι πόδα. Τί οὖν ἐργάσεται, καὶ τί κατορθώσει τοῖς ἔθνεσιν; Εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει κρίσιν. Ἐν τούτοις ἔοικε τὸν νόμον ἀποκαλεῖν. Γέγραπται γὰρ περὶ τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ, ὅτι ἐκεῖ ἔδωκεν αὐτῷ δικαιώματα καὶ κρίσιν· καὶ πάλιν, Κρίσιν καὶ δικαιοσύνην ἐν Ἰακὼβ σὺ ἐποίησας. Τὴν κρίσιν τοίνυν ἤτοι τὸν νόμον τὸν ἐν σκιαῖς ὄντα καὶ τύποις, εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων, δι' ὧν τῆς ἀρεσκούσης αὐτῷ πολιτείας ἀνέδειξε τὴν ὁδὸν, καὶ τὴν ἐν γράμματι κατὰ νόμον λατρείαν μετέστησεν εἰς ἀλήθειαν. Καὶ πεπαρῴνηκασι μὲν εἰς αὐτὸν οἱ τάλανες Ἰουδαῖοι θανάτῳ τῷ τῆς σαρκὸς λυπῆσαι τολμήσαντες. Πλὴν ἀνέλαμψεν ὡς φῶς, καὶ οὐ συνεθραύσθη, τοῦτ' ἔστιν, οὐ νενίκηται τῇ φθορᾷ, οὐ κεκράτηκεν ἡ τῶν ἐπιβουλευθέντων ἀπόνοια. Λέλυται γὰρ ὁ θάνατος, καὶ ἀνεβίω θεοπρεπῶς, καὶ πεπάτηκεν ἐχθροὺς, καὶ γεγονε τοῖς κατὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν σωτηρίας ἀφορμὴ τὸ παθεῖν αὐτόν. Οὐ θραυσθήσεται τοίνυν, ἕως ἂν θῇ ἐπὶ τῆς γῆς κρίσιν. Καὶ μὴ ὑπολάβῃς ὅτι καιρὸν ὁρίζει τινὰ καθ' ὃν θραυσθήσεται, τοῦτ' ἔστι, μετὰ τὸ θεῖναι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς τὴν κρίσιν· ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον φησὶ, Περιγενήσεται τῶν ἀνθεστηκότων, καὶ κρατήσει τοσοῦτον, ὥστε καὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ θεῖναι τὴν κρίσιν. Κεκήρυκται γὰρ τὸ Εὐαγγέλιον ἐν πάσῃ τῇ γῇ, καὶ οἷον πέπηγε τὰ αὐτοῦ θεσπίσματα. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Δικαιοσύνη εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ὁ νόμος σου ἀλήθεια. » Ἤλπισέ γε μὴν τὰ ἔθνη, φησὶν, ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Ἐπεγνωκότα γὰρ ὅτι Θεὸς κατὰ ἀλήθειαν ἐστὶ, καὶ εἰ πέφηνε σαρκὶ, αὐτὸν ἐλπίδα ποιήσονται, καὶ καθά φησιν ὁ Ψάλλων· « Ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἀγαλλιάσονται ὅλην τὴν ἡμέραν. » Κεκλήμεθα γὰρ Χριστιανοὶ, καὶ ἐπ' αὐτῷ πᾶσαν ἔχομεν ἐλπίδα.

B

C

D

[1] Joan. XII, 31, 32. [2] Psal. CXVIII, 142. [3] Psal. LXXXVIII, 17.

VERS. 5-7. *Sic dicit Dominus Deus, qui fecit cœlum et fixit illud, qui firmavit terram et quæ in ea sunt, et qui dedit spirationem populo qui in ea est, et spiritum calcantibus eam: Ego Dominus Deus vocavi te*

Οὕτως λέγει Κύριος ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ πήξας αὐτὸν, ὁ στερεώσας τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ διδοὺς πνοὴν τῷ λαῷ τῷ ἐπ' αὐτῆς, καὶ πνεῦμα τοῖς πατοῦσιν αὐτήν· Ἐγὼ Κύ-

Digitized by Google

μιος ὁ Θεὸς ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός σου, καὶ ἐνισχύσω σε. Καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει βαθεῖ.

A *in justitia, et apprehendam manum tuam, et corroborabo te. Et dedi te in fœdus generi meo, in lucem gentium, ut aperires oculos cæcorum, ut educeres e vinculis vinctos, et e domo custodiæ sedentes in tenebris.*

Ψευδοπροφῆται, καὶ ψευδομάντεις πλεῖστοι μὲν ὅτι γεγόνασι κατὰ καιροὺς ἐν τῷ Ἰσραήλ. Συμβέβηκε δὲ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἀπιστεῖσθαι καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀπεσταλμένους παρὰ Θεοῦ, καὶ προφήτας ἀληθῶς, καὶ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ λαλεῖν εἰωθότας. Καὶ τό γε παράδοξον, ὅτι καὶ αὐτὸς ἐλοιδορήθη Χριστὸς, ὡς οὔτε ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ, οὔτε μὴν ἀληθῶς ἅγιός τε ὑπάρχων, καὶ ἐν ὑπεροχῇ θεότητος ἀποτελῶν τὰ παράδοξα. Καὶ γοῦν οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ, καίτοι τερατουργοῦντα βλέποντες, ποτὲ μὲν ἔφασκον αὐτὸν ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια· ποτὲ δὲ πάλιν ἀλλήλοις προσελάλουν· Εἰ ἦν οὗτος παρὰ Θεοῦ ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἔλυε τὸ Σάββατον. Καὶ πρός γε ταῦτα, Χριστὸς ἐπειρᾶτο πλειστάκις ἀπολογεῖσθαι καὶ πληροφορεῖν ὅτι μὴ κατ' ἐκείνους ἐστὶ τοὺς ἐν ψιλῇ καὶ μόνῃ γεγονότας δοκήσει τοῦ ἀπεστάλθαι παρὰ Θεοῦ. Ἔφη γοῦν· « Ὁ κλέπτης οὐκ ἔρχεται, εἰ μὴ ἵνα κλέψῃ, καὶ θύσῃ, καὶ ἀπολέσῃ. Ἐγὼ ἦλθον ἵνα ζωὴν ἔχωσι. » Καὶ πάλιν· « Ἐγὼ ἦλθον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου. » Ἵνα τοίνυν καὶ αὐτὸν ἔχῃ μαρτυροῦντα τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατέρα, καὶ διὰ προφητῶν ἁγίων χρησίμως τε καὶ ἀναγκαίως ἔφησεν, ὅτι Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ διαπήξας τὸν οὐρανὸν, ὁ τὴν γῆν ἑδραιοτάτην καὶ ἀκλόνητον ἀποφήνας, ὁ ζῶν καὶ ζωοποιὸς, καὶ πνοὴν ἅπασι διδούς. Ἐγὼ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ Κύριος ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ. Οὐ γὰρ αὐτόμολος, φησὶ, κατ' ἐκείνους γέγονε τοὺς ψευδοπροφήτας, τοὺς ἐκ καρδίας αὐτῶν λαλοῦντας, καὶ οὐκ ἀπὸ στόματος Κυρίου· ἀλλ' ἐγώ σε κέκληκα, τοῦτ' ἔστι, κατ' εὐδοκίαν ἐμὴν ἐν δικαιοσύνῃ παρήγαγον. Κρατήσω τῆς χειρός σου, καὶ ἐνισχύσω σε· ἀντὶ τοῦ, Συνεργάσομαί σοι, καὶ ἀποφανῶ πάντα ἰσχύοντα. Καὶ οὔτι πού φαμεν ὡς ἀσθενῆ καὶ ἀναλκῆ οἶδεν ὄντα τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, οὔτε μὴν ἐπικουρίας ἐνδεᾶ. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τῶν δυνάμεων Κύριος, καὶ ἡ τοῦ Πατρὸς ἀνίκητος δεξιὰ, δι' ἧς τὰ πάντα παρήχθη πρὸς ὕπαρξιν. Ποιεῖται δὲ πάλιν τοὺς λόγους, ὡς πρὸς ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς, καθ' ὃ πέφηνεν ἄνθρωπος, καὶ δοκεῖ πως διὰ τὸ ἀνθρώπινον δυναμοῦσθαι παρὰ τοῦ Πατρός. Οὕτω γὰρ αὐτὸν καὶ ἀναστῆσαι λέγεται, δοῦναί τε δόξαν αὐτῷ, καὶ ἀποφῆναι κρείττονα τῆς τῶν φονευόντων ἐπιβουλῆς. Εἰ γὰρ ταπεινώσει ἑαυτὸν, καὶ καθῆκεν ἑκὼν εἰς κένωσιν, δεῖ δὴ πάντως καὶ τὸ τῆς κενώσεως ὁρᾶσθαι μέτρον, καὶ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων νοεῖσθαι τὸ ταπεινόν. Ὅρα δὲ ὡς περὶ ἀνθρώπου λέγων τὸ, Κρατήσω τῆς χειρός σου, καὶ ἐνισχύσω σε, εὐθὺς διαδείκνυσι Θεὸν ὄντα φύσει καὶ Υἱὸν ἀληθῶς, καὶ φῶς ἐκ φωτός. Δέδωκα γάρ σε, φησὶν, εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν. Ἀφίκετο γὰρ ὁ μονογενὴς τοῦ

Pseudoprophetæ et falsi vates compiures erant in Israel diversis temporibus. **538** Hanc ob rem accidit, ut non crederentur hi, qui a Deo missi sunt, et qui vere prophetæ erant, quique in Spiritu sancto loquebantur. Et, quod incredibile est, ipse Christus dictériis exagitatus est, quasi non missus a Deo, quasi non esset vere sanctus, quasi illa mirabilia facinora, divinitatis prærogativa non perfecisset. Nimirum Judæorum principes, etsi prodigia viderent, B tamen nunc illum in Beelzebul principe dæmoniorum ejicere dæmonia jactabant, nunc rursus inter se loquebantur : Si esset hic homo a Deo, non solvisset Sabbatum. Contra hæc sæpenumero conatus est se defendere Christus, et probare se non esse, quales illi fuerunt, qui solummodo a Deo missi sola opinione videbantur. Dixit itaque : « Fur non venit, nisi ut furetur, et mactet, et perdat. Ego veni ut vitam habeant [a]. » Et iterum : « Ego veni in nomine Patris mei [b]. » Ut igitur haberet cœlestem ipsum Patrem sibi testem, etiam per sanctos prophetas utiliter et necessario dixit : Ego Dominus Deus, qui fixi cœlum, qui terram stabilissimam et inconcussam feci, qui vivo, et vivifico, et spirationem do omnibus. C Ego universorum Dominus ac Deus vocavi te in justitia. Non enim, inquit, sponte sua accessit, quemadmodum illi pseudoprophetæ, qui ex corde suo loquuntur, et non de ore Domini : sed ego te vocavi, id est, Ex mera benevolentia, et beneplacito meo, in justitia adduxi. Apprehendam manum tuam, et corroborabo te, pro, Adjutor ero tibi, et te reddam omnipotentem. Nec dicimus hæc, quasi Pater Filium infirmum et imbecillum esse noverit, et auxilio destitutum. Is est enim Dominus exercituum, et invicta Patris dextera : qua omnia in ortum perducta sunt. Sed verba facit iterum, quasi ad aliquem nostræ conditionis, in quantum homo apparuit, et videtur quodammodo propter humanitatem a Patre roborari. Sic enim illum suscitasse dicitur, et gloriam ei tribuisse, et occisorum insidiis fortiorem D reddidisse. Si enim humiliaverit seipsum, et ad hanc exinanitionem volens se dimiserit : oportet plane et exinanitionis modum ac mensuram apparere, et ex ipsis factis humilitatem intelligi. Vide autem quomodo istuc quasi de homine dicat : Apprehendam manum tuam et corroborabo te : et mox illum ostendit Deum esse natura, et **539** Filium vere, et lumen de lumine. Dedi enim te, inquit, in fœdus generis, in lucem gentium, ut aperires oculos cæcorum. Venit etenim unigenitum Dei Verbum in hunc mundum cum carne, et sui generis, id est, sanguinis Israelitici hominibus (ex his enim apparuit secundum

[a] Joan. x, 10. [b] Ibid.

Digitized by Google

carnem natus ex muliere) novum dedit fœdus, olim voce prophetarum prænuntiatum. Factus est etiam gentibus lux: divinum quoque est et istuc. Etenim legislatorem, et irritam reddere sapientissimi Moysis umbram, et adjicere porro nova antiquis divinissima potestate, et illuminare posse eos qui versantur in tenebris, et oculos cæcorum aperire (affulsit enim gentibus divina et cœlestis lux), quid? nonne manifesto est indicio et argumento, eum et esse Deum et ex Deo secundum naturam? Quod autem spiritibus in inferno prædicatum abierit, et detentis in domo custodiæ apparuerit Christus, et omnes vinculis liberaverit, et necessitate, et pœna, et supplicio, porro pergit ostendere, cum ait, eum educere e vinculis vinctos, et e domo custodiæ sedentes in tenebris.

A Θεοῦ Λόγος εἰς τόνδε τὸν κόσμον μετὰ σαρκὸς, καὶ τοῖς ἐκ γένους, τοῦτ' ἔστι, ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ· ἐξ αὐτῶν γὰρ πέφηνεν τὸ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς ἐκ γυναικός· τὴν καινὴν δέδωκε διαθήκην, τὴν πάλαι προηγγελμένην διὰ φωνῆς προφητῶν. Γέγονε δὲ καὶ τοῖς ἔθνεσι φῶς. Θεοπρεπὲς δὲ καὶ τοῦτο. Τὸ γάρ τοι νομοθέτην, καὶ ἄπρακτον ἀποφῆναι τὴν τοῦ πανσόφου Μωσέως σκιὰν, προσεπιθεῖναι δὲ τοῖς ἀρχαίοις τὰ νέα θεοπρεπεστάτῃ ἐξουσίᾳ, τὸ δὲ δὴ καὶ φωτίζειν τοὺς ἐν σκότῳ δύνασθαι, καὶ τυφλῶν ἀνοίγειν ὀφθαλμούς· ἐνήστραψε γὰρ τοῖς ἔθνεσι τὸ θεῖόν τε καὶ οὐράνιον φῶς· πῶς οὐκ ἂν ἔχοι σαφῆ τὴν ἀπόδειξιν, τοῦ, καὶ ὅτι Θεὸς, καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐστίν; Ὅτι δὲ καὶ τοῖς ἐν ᾅδου πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξε, καὶ τοῖς καθειργμένοις ἐν οἴκῳ φυλακῆς ἐπεφάνη B Χριστὸς, καὶ πάντας ἀνῆκε δεσμῶν, καὶ ἀνάγκης, καὶ ποινῆς, καὶ δίκης, προαπέφηνεν εἰπὼν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει.

VERS. 8, 9. *Ego Dominus Deus tuus, hoc meum est nomen. Gloriam meam alteri non dabo, nec virtutes meas sculptilibus. Quæ a principio ecce venerunt, et nova, quæ ego annuntiabo, et antequam annuntientur, indicata sunt vobis.*

Proprie enim et vere et solus tum est, tum dicitur a nobis universorum opifex. Et sicuti Paulus sapientissimus inquit: « Etiamsi multi sunt dii et domini, et in cœlo et in terra: at nobis unus Deus ac Pater, ex quo omnia, et nos ex ipso: et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et per ipsum nos [1]. » Quoniam autem magnarum rerum et mirabilium effectorem se nobis induxit: nec idolis inanimis, nec alteri creaturæ ulli suam gloriam daturum se ait aut divinas virtutes, sed si- C bi ipsi soli servasse. Nec enim consentaneum est, divinitatis gloriam ulli alii præterea substantiæ ratione convenire, nisi ipsi naturæ soli et ineffabili, et quæ est supra omnia. Cum autem dicat nulli se gloriam suam daturum, Filio eam donavit. Gloria enim evectus est, quemadmodum sane et Pater qui adoratur in cœlo et in terra. Quomodo ergo dedit ei qui quasi alius ab ipso non sit, **540** ratione æqualis substantiæ, licet in hypostasinpropriam uterque dividatur? Una siquidem summæ divinitatis natura, in tribus subsistentiis propriis, et intelligitur et adoratur ab his qui recte sentiunt. Cum dicit: Quæ a principio, ecce venerunt, et nova quæ ego annuntiabo, et antequam annuntientur, indicata sunt nobis: non vult ut a nobis sermoni Servatoris D nulla in re credatur. Quemadmodum enim, inquit, ad finem adducta sunt quæ ab initio dicta sunt de adventu ipsius: sic evenient vere, etiam quæ dicit nova, et antequam manifesta fiant, sunt indicata. Quænam illa? Promisit enim nobis Dominus noster Jesus Christus vitam futuri sæculi, quæ est scilicet in incorruptione, sanctificatione, justitia, regnum cœlorum: spiritualium bonorum gloriosam participationem, probitatis fructus, pietatis præmia, charitatis erga

[1] I Cor. VIII, 5, 6.

Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς, τοῦτό μού ἐστιν ὄνομα. Τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω, οὐδὲ τὰς ἀρετάς μου τοῖς γλυπτοῖς. Τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἰδοὺ ἥκασι, καὶ καινὰ ἃ ἐγὼ ἀναγγελῶ. Καὶ πρὸ τοῦ ἀναγγεῖλαι ἐδηλώθη ὑμῖν.

Κυρίως γὰρ καὶ ἀληθῶς καὶ μόνος Θεὸς ἂν εἴη, καὶ λέγοιτο πρὸς ἡμῶν ὁ τῶν ὅλων Δημιουργός. Καὶ καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Κἂν εἰ πολλοί τινες εἶεν θεοὶ καὶ κύριοι ἔν τε οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς ἐξ αὐτοῦ· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. » Ἐπειδὴ δὲ μεγάλων ἡμῖν καὶ τεθαυμασμένων πραγμάτων ἀποτελεστὴν ἑαυτὸν εἰσκεκόμικεν, οὐ τοῖς ἀψύχοις εἰδώλοις, οὔτε μὴν ἑτέρῳ τινὶ τῶν κτισμάτων τὴν ἑαυτοῦ δόξαν χαριεῖσθαί φησιν, ἤτοι τὰς θεοπρεπεῖς ἀρετὰς, ἀλλ' ἑαυτῷ τηρῆσαι μόνῳ. Καὶ γὰρ ἡ ἀκόλουθον τὴν τῆς θεότητος δόξαν, οὐδενὶ τῶν ἄλλων καὶ παρ' αὐτῶν οὐσιωδῶς ἑτέρῳ ἐμπρέπειν, ἀλλ' αὐτῇ καὶ μόνῃ τῇ ἀῤῥήτῳ καὶ ὑπὲρ πάντα φύσει. Οὐδενὶ δὲ λέγων τὴν ἑαυτοῦ χαριεῖσθαι δόξαν, δέδωκεν αὐτὴν τῷ Υἱῷ· δεδόξασται γὰρ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ Πατὴρ προσκυνούμενος ἔν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. Πῶς οὖν ἄρα δέδωκεν ὡς οὐκ ὄντι παρ' αὐτῶν ἑτέρῳ, κατά γε τὸν τῆς ὁμοουσιότητος λόγον, κἂν εἰς ὑπόστασιν ἰδικὴν ἑκάτερος ἀπετέμνετο; Μία γὰρ ἡ τῆς ἀνωτάτω θεότητος φύσις ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ἰδικαῖς, νοουμένη τε καὶ προσκυνουμένη παρὰ τῶν ὀρθὰ φρονεῖν εἰωθότων. Λέγων· Τὰ δὲ ἀπ' ἀρχῆς, ἰδοὺ ἥκασι. Καὶ καινὰ, ἃ ἐγὼ ἀναγγελῶ, καὶ πρὸ τοῦ ἀναγγεῖλαι, ἐδηλώθη ἡμῖν· οὐκ ἐφίησι πρὸς ἡμῶν τὸν τοῦ Σωτῆρος κατά τι γοῦν ὅλως ἀπιστεῖσθαι λόγον. Ὥσπερ γὰρ, φησὶν, εἰς τέρας ἦχθη τὰ ἀπ' ἀρχῆς εἰρημένα περὶ τῆς ἐπιδημίας αὐτοῦ, οὕτως ἐκβήσεται πρὸς τὴν ἀλήθειαν· καὶ ἅπερ ἂν εἴπῃ καινὰ, πρὶν ἐμφανῆ γενέσθαι δηλωθῇ. Ποῖα δὲ ταῦτά ἐστιν; Ἐπηγγείλατο γὰρ ἡμῖν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τὴν εἰς αἰῶνα τὸν μέλλοντα ζωὴν, δηλονότι τὴν ἐν ἀφθαρσίᾳ, καὶ ἁγιασμῷ, καὶ δικαιο-

Digitized by Google

σύνῃ, τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν· τῶν πνευματικῶν ἀγαθῶν τὴν εὐκλεᾶ μέθεξιν, τοὺς τῆς ἐπιεικείας καρποὺς, τῆς εὐσεβείας τὰ γέρα, τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης τὸν στέφανον· ὧν καὶ ἡμᾶς γένοιτο τυχεῖν δι' αὐτοῦ χάριτος καὶ φιλανθρωπίας· δι' αὐτοῦ τε καὶ σὺν αὐτῷ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A ipsum coronam. Quæ utinam consequamur, gratia ejus et benignitate! Et per ipsum et cum ipso sit Deo ac Patri gloria, cum sancto Spiritu in æternitatem. Amen.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

541 LIBER QUARTUS.

ΛΟΓΟΣ Α'.

Ἐπέφανεν ἐν ἡμῖν Θεὸς ὢν Κύριος, κατὰ τὰς Γραφὰς, καὶ σεσαγήνευται δι' αὐτοῦ πρὸς τὴν διὰ πίστεως χάριν ἡ τῶν πλανωμένων ἀγέλη. Προσδοκία γὰρ ἦν ἐθνῶν, καὶ τοὺς ἐν ὁμίχλῃ καὶ σκότῳ πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας ἐκάλεσε φῶς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ δι' αὐτοῦ. Καὶ τοῦτο ἡμῖν κατέστησεν ἐναργὲς διὰ τῶν ὀπίσω, βραχὺ λέγων· « Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός σου, καὶ ἐνισχύσω σε, καὶ δέδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότῳ βαθεῖ. » Τέθειται γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς εἰς διαθήκην μὲν τοῦ κατὰ σάρκα γένους, φημὶ δὴ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, οἷς καὶ πάλαι Θεὸς ἐπηγγέλλετο δι' ἑνὸς προφήτου λέγων· « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα διαθήκην καινὴν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν. » Μωσῆς μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος, σκιᾶς καὶ τύπου διάκονος ἦν, ἐν μέτροις ὑπάρχων τοῖς ἱκετικοῖς. Χριστός γε μὴν ὡς Υἱὸς καὶ Κύριος διαθήκης καινῆς γέγονε βραβευτής. Καινῆς δέ φημι, τῆς εἰς καινότητα ζωῆς ἁγίας ἀναμορφούσης τὸν ἄνθρωπον, καὶ διὰ πολιτείας εὐαγγελικῆς εὐδόκιμον, καὶ ἀληθινὸν ἀποφαινούσης προσκυνητήν· « Πνεῦμα γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. » Οὐκοῦν τέθειται εἰς διαθήκην γένους, καὶ εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, καὶ ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους. Ὁ μὲν γὰρ ἀρχέκακος Σατανᾶς κατεσκότισε τῶν ἐθνῶν τὰς καρδίας· « Ἐματαιώθησαν γὰρ ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν, καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν. » Τὸ δέ γε φῶς τὸ ἀληθινὸν, τοῦτ' ἔστι, Χριστὸς, ὡς νοητὸς ἡμῖν ἀνέτειλεν ἑωσφόρος, καὶ ὡς τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, τὴν τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας ἁπλώσας ἀκτῖνα, τὸν ἐκ διαβολικῆς ἀπά-

B

C

D

ORATIO I.

Apparuit nobis Deus Dominus, ut in Scripturis habetur: et per ipsum captus est ac irretitus ad gratiam per fidem grex errantium. Exspectatio enim erat gentium, et per ipsum Deus ac Pater in tenebris et caligine mentis et intelligentiæ versantes ad veritatis lucem evocavit. Idque nobis verbis superioribus perspicuum reddidit, paucis dicens: « Ego Dominus Deus vocavi te in justitia, et apprehendam manum tuam, et corroborabo te, et dedi te in fœdus generis, in lucem gentium, ut oculos cæcorum aperires, vinctos e vinculis educeres et sedentes in tenebris profundis e domo custodiæ [8]. » Positus enim est Dominus noster Jesus Christus a Deo et Patre in fœdus sui generis, secundum carnem Israelitarum, inquam: quibus etiam per quemdam e prophetis iterum Deus adpromisit, cum inquit: « Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et **542** consummabo super domum Israelis, et super domum Juda testamentum novum, non juxta fœdus, quod pepigi cum patribus eorum [9]. » Moyses namque divinus umbræ et typi minister erat, supplicis mensuram ac personam gerens: Christus vero, ut Filius ac Dominus, testamenti novi factus est administrator. Novi, inquam, quod ad novitatem sanctæ vitæ revocat, quod hominem reformat, et quod per evangelicam conversationem probatum et verum cultorem efficit. « Deus enim, inquit, est spiritus, et qui eum adorant, in spiritu et veritate oportet adorare [10]. » Itaque positus est in testamentum generis, et in lumen gentium, ut aperiret oculos cæcorum, et educeret vinctos e vinculis. Nam princeps ac caput malorum Satanas cordibus gentium offudit tenebras. « Evanuerunt enim in cogitationibus suis, et cum se profiterentur esse sapientes, infatuati sunt, et gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et reptilium, commutarunt [11]. » Vera autem lux, id est Christus, velut intelligibilis lucifer nobis exortus est, et velut sol justitiæ: veræ ac divinæ cognitio-

[8] Isa. XLII, 6, 7. [9] Jer. XXXI, 31, 32. [10] Joan. IV, 24. [11] Rom. I, 21-23.

Digitized by Google

nis radio expanso, tenebras diabolici erroris, quæ terræ incolas obruerunt, dissipavit: suorum delictorum catenis inevitabilibus captos e vinculis liberavit. Quod ergo hi quondam creaturam præ Creatore coluerunt, qui tenebras mentis circumtulerunt, qui operibus manuum suarum persuasi sunt se prosternere, qui procul a Deo abfuerunt, per fidem quæ est in Christo vocandi essent, et universorum Regem atque Dominum agnituri, pulcherrime oratio prophetica declarat. Præcipit enim his qui per Christum misericordiam consecuti sunt, ut ipsum gloriose prædicarent: itaque inquit:

VERS. 10. *Cantate Domino canticum novum; principatus ejus, celebrate nomen ejus ab extremo terræ: descendentes in mare, et navigantes in eo, insulæ, et incolentes eas.*

Novus est hymnus seu canticum, novitati rerum congruens. « Si quis enim in Christo est, nova creatura est, sicuti scriptum est: Et vetera præterierunt, et facta sunt omnia nova [12]. » Redempti enim sunt ex Ægyptiorum tyrannide, qui ex sanguine Israelitico fuerunt, sapientissimo Moyse tum sequestro: erepti sunt ex laterum labore, et e vanis **543** sudoribus in studiis terrenis, e sævitia præfectorum operis, e dominatoris inhumanitate: transierunt per medium mare, comederunt in deserto manna, biberunt aquam ex petra, transiverunt Jordanem sicco pede, introducti sunt in terram promissionis. Sed hæc apud nos omnia nova sunt, et antiquis incomparabiliter meliora. Non enim carnali, sed spirituali servitute liberati sumus, et pro rerum terrenarum studiis, erepti sumus ex carnalis cupiditatis inquinationibus: nec operum exactores effugimus Ægyptios, nec tyrannum impium quidem, et inclementem, hominem tamen sicut et nos: at potius malos et impuros dæmonas impellentes ad peccandum, et hujus gregis præsidem, id est, Satanam. Transivimus, tanquam salum quoddam, præsentis vitæ fluctus, et in ea turbam ac tumultuationes vanas. Manna mentis et intelligentiæ, panem cœli qui vitam dat mundo, edimus: aquam ex petra, Christi rivis, intelligibilibus scilicet, quasi affluentes et deliciantes bibimus. Jordanem, sancto baptismate dignati, transivimus. In terram promissam et dignam sanctis intravimus, cujus etiam Servator ipse meminit, dicens: « Beati mites, quia ipsi terram hæreditario possidebunt [13]. » Itaque ob nova facinora, novum hymnum cantari oportuit a principatu ejus: id est, ab his qui subsunt et parent ei: et hymnum cantari oportuit, vel eo dignam glorificationem, non in sola Judæorum regione, sed a terminis terræ scilicet usque ad terminos, id est, per universorum orbem terrarum. Olim enim erat in Judæa notus Deus, et in solo Israel magnum nomen ejus. Postquam autem vocati sumus per Christum ad agnitionem veritatis; plenum factum est cœlum et terra gloria ipsius. Sic enim et Psaltes ait:

[12] II Cor. v, 17. [13] Matth. v, 4.

της ἐπισκήψαντα τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς κατεσκέδασε σκότον· ἠλευθέρωσεν ἐκ δεσμῶν τοὺς ταῖς τῶν οἰκείων πλημμελημάτων σειραῖς ἐν ἀφύκτοις εἱλημμένους. Ὅτι τοίνυν οἱ πάλαι τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίστην λατρεύοντες, οἱ σκότον ἔχοντες εἰς νοῦν, οἱ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν ἀναπεπεισμένοι προσκυνεῖν, οἱ μακρὰν ὄντες Θεοῦ, κεκλήσονται διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ, ἐπιγνώσονταί τε τὸν τῶν ἁπάντων Βασιλέα καὶ Κύριον, διαδείκνυσιν εὖ μάλα τῆς προφητείας ὁ λόγος. Προστάττει γὰρ τοῖς ἠλεημένοις διὰ Θεοῦ δοξολογεῖν αὐτὸν, οὕτω τέ φησιν·

Ὑμνήσατε τῷ Κυρίῳ ὕμνον καινὸν, ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ, δοξάζετε τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς· οἱ καταβαίνοντες εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ πλέοντες αὐτὴν· αἱ νῆσοι, καὶ οἱ κατοικοῦντες αὐτάς.

Καινὸς ὁ ὕμνος, καὶ τῇ τῶν πραγμάτων καινότητι πρέπων. « Εἴ τις γὰρ ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ τὰ ἀρχαῖα παρῆλθε, γέγονε δὲ τὰ πάντα καινά. » Λελύτρωνται μὲν γὰρ ἐκ τῆς Αἰγυπτίων πλεονεξίας οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, μεσιτεύοντος τὸ τηνικάδε τοῦ πανσόφου Μωσέως, καὶ πλινθείας ἐξῄρηνται, καὶ ἱδρώτων κενῶν τῶν ἐπὶ γηΐνοις σπουδάσμασιν ἔργον· κηδεστῶν ἀγριότητος, καὶ τῆς τοῦ κρατοῦντος ἀπανθρωπίας· διεβιβάσθησαν διὰ μέσης θαλάσσης, ἔφαγον ἐν τῇ ἐρήμῳ τὸ μάννα, ἔπιον ὕδωρ ἐκ πέτρας, ἀβρόχῳ ποδὶ διῆλθον τὸν Ἰορδάνην, εἰσεκομίσθησαν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Τάδε ἐφ' ἡμῖν πάντα καινὰ, καὶ τῶν ἀρχαίων ἀσυγκρίτως ἐν ἀμείνοσιν. Οὐ γὰρ σαρκικῆς, μᾶλλον δὲ πνευματικῆς δουλείας ἐξῃρήμεθα, καὶ ἀντὶ τῶν περὶ γῆν σπουδασμάτων τῶν ἐκ φιλοσαρκίας ἀπηλλάγμεθα μολυσμῶν· οὐκ ἐργοδιώκτας ἐφύγομεν Αἰγυπτίους, οὐδὲ τύραννον μὲν ἀσεβῆ, καὶ ἀνήμερον, πλὴν ἄνθρωπον καθ' ἡμᾶς, τοὺς συνωθοῦντας δὲ μᾶλλον εἰς ἁμαρτίαν πονηροὺς καὶ ἀκαθάρτους δαίμονας, καὶ τὸν ταῖς τούτων ἀγέλαις ἐφεστηκότα, τοῦτ' ἔστι, Σατανᾶν. Διέβημεν καθάπερ τινὰ θάλατταν, τοῦ παρόντος βίου τὸν κλύδωνα, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ τύρβην, καὶ εἰκαίους ὄντως περισπασμούς. Ἐφάγομεν τὸ μάννα τὸ νοητὸν, τὸν ἄρτον τὸν ἐξ οὐρανοῦ, τὸν ζωὴν διδόντα τῷ *κόσμῳ*· ἐπίομεν ὕδωρ ἐκ πέτρας, τοῖς Χριστοῦ νάμασιν ἐντρυφήσαντες, νοητοῖς δὲ δηλονότι. Διέβημεν τὸν Ἰορδάνην, ἀξιωθέντες τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, εἰσήλθομεν εἰς τὴν τοῖς ἁγίοις ἐπηγγελμένην καὶ πρέπουσαν γῆν, ἧς καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ διαμνημονεύει, λέγων· « Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. » Οὐκοῦν ἐπὶ καινοῖς κατορθώμασι, καινὸν ἔδει γενέσθαι τὸν ὕμνον παρὰ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ· τοῦτ' ἔστι, παρὰ τῶν ὑπ' αὐτῷ γεγονότων καὶ ἀρχομένων ὑπ' αὐτοῦ· γενέσθαι δὲ τὸν ὕμνον, ἤτοι τὴν αὐτῷ πρέπουσαν δοξολογίαν, οὐ κατά γε μόνην τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν, ἀλλὰ γὰρ ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς εἰς ἄκρον δηλονότι, τοῦτ' ἔστιν, ἅπασαν τὴν ὑπ' οὐρανόν. Πάλαι μὲν γὰρ ἦν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ γνωστὸς ὁ Θεὸς, καὶ ἐν μόνῳ τῷ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ἐπειδὴ

Digitized by Google

δὲ κεκλήμεθα διὰ Χριστοῦ πρὸς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, πλήρης γέγονεν ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. Οὕτω γάρ που καὶ ὁ Ψάλλων φησίν, ὅτι « Πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. » Τίνες οὖν οἱ ὀξυλογεῖσθαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ προστάττοντες ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς, οἱ τοὺς ᾠδοὺς ἱστάντες αὐτῷ, καὶ χοροστατεῖν ἀναπείθοντες, καὶ εἰς θίασον συγκαλοῦντες πνευματικὸν, οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν, καὶ πλέοντες αὐτὴν, αἱ νῆσοι, καὶ οἱ κατοικοῦντες αὐτάς; Διαμέμνηται δὲ, καθάπερ ἐγῷμαι, τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Οὐ γάρ τοι κατὰ μόνην τὴν Ἰουδαίαν ἐκήρυττον τὸν Ἰησοῦν, καὶ τὴν δι' αὐτοῦ χάριν, ἀλλὰ γὲρ καὶ θάλασσαν διαπεραιούμενοι ταῖς τῶν ἐθνῶν εὐηγγελίζοντο χώραις. Ἀφίκοντο γοῦν καὶ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ, καὶ ἐπέκεινα, ὥστε καὶ τὰς ἐν τῇ θαλάσσῃ νήσους μὴ ἀνηκόους ἀπομεῖναι τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων, μήτε μὴν τοὺς οἰκοῦντας αὐτάς. Καὶ ἱστορικῶς μὲν ὠδὶ τοῖς εἰρημένοις προσδαλεῖς. Συνήσεις δὲ, εἰ δοκεῖ, καὶ καθ' ἕτερον τρόπον τῆς προφητείας τοὺς λόγους. Θαλάσσῃ μὲν γὰρ ἡ θεόπνευστος Γραφὴ παρεικάζει πολλάκις τόνδε τὸν κόσμον, ἤτοι τὸν βίον τὸν ἀνθρώπινον, κατά γε τὸ ἐν Ψαλμοῖς ὑμνούμενον· « Αὕτη ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη, καὶ εὐρύχωρος· ἐκεῖ ἑρπετὰ, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς, ζῶα μικρὰ μετὰ μεγάλων. » Ἐοικέναι δὲ θαλάσσῃ τὸν καθ' ἡμᾶς ἰσχυρίζεται βίον, δι' αὐτὸ τάχα που τὸ ἀστάθμητον τῶν ἐν αὐτῇ πραγμάτων, καὶ τὸ ἄνω τε, καὶ τὸ κάτω, καὶ τὸ ἐν συγχύσει πολλῇ. Διαπλέουσι δὲ τὴν τοιάνδε θάλασσαν οἱ μὴ βαπτιζόμενοι παρ' αὐτῆς, ἀνανηχόμενοι δὲ ὥσπερ, καὶ περισπασμῶν ἑαυτοὺς ἀπαλλάττοντες κοσμικῶν. Οὗτοι τῆς παρὰ Θεοῦ τυχόντες ἐπικουρίας, καὶ τῶν διὰ Χριστοῦ χαρισμάτων ἀεὶ μεμνημένοι δοξολογοῦσιν αὐτὸν, αἵ τε νῆσοι, τοῦτ' ἔστιν, αἱ Ἐκκλησίαι μονονουχὶ τῇ νοητῇ διεσωσμέναι θαλάσσῃ, καὶ δεχόμεναι τοὺς χειμαζομένους ὑπὸ πνεύματος πονηροῦ, αὗται δοξολογοῦσι Χριστὸν, ἤγουν ὀνομάζομεν, τοὺς ἐν αὐταῖς ὄντας ἁγίους προσκυνητὰς σημαίνομεν. Ἰστέον γε μὴν κἀκεῖνο· Καλοῦνται γὰρ νῆσοι καὶ ὅσαιπέρ εἰσι κωμῶν ἢ πόλεων ἐν μέσῳ κείμεναι πολλῆς τε καὶ εὐρείας γε μὴν ἐρήμου.

A « Implebitur gloria ejus omnis terra [14]. » Qui sunt ergo qui jubent nomen ejus celebrari ab extremis terræ finibus, qui cantores ei constituunt, qui suadent simul chorum symphoniarum instituere, qui ad festum convocant spirituale? qui descendunt in mare, et in eo navigant, insulæ et eas inhabitantes? Mentionem hic facit, ut ego sentio, sanctorum apostolorum. Non enim per solam Judæam prædicarunt Jesum, et gratiam per ipsum, **544** sed et mare trajicientes, regionibus gentium Evangelium nuntiarunt. Nam ad Illyricum usque et ultra pervenerunt, ut etiam maritimæ insulæ sacras prædicationes audirent, et qui etiam in illis habitarunt. Atque hæc quidem historice dicta sic expendere poteris. Intelliges autem, si placet, alio modo propheticos sermones. Mari enim sæpenumero Scriptura B divinitus inspirata hunc mundum et vitam humanam comparat, secundum id quod in Psalmis canitur: « Hoc mare magnum et spatiosum, illic reptilia, quorum non est numerus, animalia parva cum magnis [15]. » Similem autem confirmat esse vitam nostram mari, propter rerum in ea inconstantiam, et quod susque deque plurimum misceantur. Hoc mare transfretant, qui in eo non demersi sunt, sed enatant quasi, et se mundi occupationibus extricant: hi divinum auxilium consecuti, et donorum per Christum semper memores, eum celebrant. Insulæ quoque, nimirum Ecclesiæ, quæ intelligibile mare tantum non cingunt, et mali spiritus fluctibus jactatos recipiunt, hæ Christum celebrant, nempe qui C eas inhabitant. Ecclesias cum enim dicimus seu nominamus, sanctos in illis cultores significamus. Sciendum et illud: Vocantur enim insulæ etiam villæ seu urbes, quæcunque magnæ et latæ in medio solitudinis positæ sunt.

Εὐφράνθητι, ἔρημος, καὶ αἱ κῶμαι αὐτῆς, ἐπαύλεις, καὶ οἱ κατοικοῦντες Κηδάρ. Εὐφρανθήσονται οἱ κατοικοῦντες Πέτραν, ἀπ' ἄκρων τῶν ὀρέων βοήσουσι. Δώσουσι τῷ Θεῷ δόξαν, τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ ἐν ταῖς νήσοις ἀναγγελοῦσιν.

VERS. 11, 12. *Lætare, solitudo, et vici ejus, villæ, et qui inhabitant Cedar. Lætabuntur qui habitant in Petra, de summis montibus clamabunt. Dabunt gloriam Deo, virtutes ejus in insulis annuntiabunt.*

D

Οἱ μακάριοι προφῆται τοὺς περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας ἐξυφαίνοντες λόγους, τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως ποιοῦνται μνήμην πλειστάχου. Καὶ γὰρ ἦν, ὡς ἔφην, ἐθνῶν προσδοκία Χριστός. Ἐπαφιᾶσι δὲ τοὺς περὶ τῶν τοιούτων λόγους, οὐχ ἅπασιν ἁπλῶς τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἔθνεσι καὶ λαοῖς. Οὐ γὰρ ἦν εἰκὸς ἀναριθμήτου πληθύος ἀναπιμπλάσης τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἰσχνοεπεῖν ἐλέσθαι τοσοῦτον, ὡς καὶ ἁπάντων ποιεῖσθαι μνήμην ὀνομαστί τε, καὶ κατὰ γένος, δεχόμενοι δὲ πολλάκις τὰς ὁμόρους μὲν τῇ Ἰουδαίᾳ χώρας, εἰδωλολατρούσας δὲ σφόδρα, εἶτα ταύτας κληθήσεσθαι λέγοντες κατὰ καιροὺς, ὡς ἐκ μέρους τὴν τοῦ παντὸς ἐποιοῦντο δήλωσιν. Ὁμόρου

Beati prophetæ, cum sermones de adventu Servatoris nostri contexunt, plerumque mentionem faciunt vocationis gentium. Erat enim, ut dixi, exspectatio gentium Christus. Cæterum de rebus ejusmodi, non omnibus absolute sermones injiciunt, per universum scilicet orbem gentibus et populis. Non enim verisimile erat, cum innumerabilis multitudo orbem terræ impleret, adeo subtiliter et minutim voluisse dicere, ut omnium nominatim et sigillatim facerent mentionem, sed regionibus accolis Judææ sumptis, idololatriæ deditissimis, quas illas vocandas suo tempore **545** dicerent, ex parte totum demonstrabant. Itaque cum esset finitima Judaicæ terræ solitudo

[14] Psal. CIII, 24. [15] Psal. CIII, 25.

Digitized by Google

lata, ad austrum sita, quam occuparunt Saracenorum et Arabum gentes : dicit eos qui in ea habitant, gratiam et salutem per Christum aliquando consecuturos. Nomina, etiam vicis seu oppidulis, quæ sunt, inquam, in solitudine, sunt villæ, et Cedar : et Petra quæ in Arabia hodieque sita est, et sic nominata. Superstitiosissimi sunt, ut dixi, hi de quibus sermo est, nimirum horum locorum incolæ, et in totum prolapsi sunt in apostasiam et defectionem a Deo, ut qui impuros spiritus coluerunt. Quoniam vero, ut dixi, participes futuri erant vocationis et salutis, quæ est per evangelicam prædicationem et fidem in Christo ; hinc et quidem jure optimo, propheta tanquam pulchros pedes habens, evangelizat bona, et tantum non in altum tollit vocem, et inquit : « Lætare, solitudo, et vici ejus, villæ, et qui inhabitant Cedar : lætabuntur qui inhabitant Petram [16]. » Magna hæc est et admiranda Servatoris nostri potentiæ et præstantiæ demonstratio, qui tam dura et præfracta corda tam facile molliverit, persuaseritque ab inveterato errore discedere, et meliora præferre, et se ad veritatem applicare. Quod etiam voce Ezechielis præsignificavit, dicens : « Avellam cor eorum lapideum de carne eorum, et dabo illis cor carneum, id est, tenerum, ut me cognoscant, quia ego sum Dominus [17]. » Quod itaque et hi vocandi essent, ostendit dicens : Lætare, solitudo, et quæ sunt deinceps. Qui autem sint, qui a summitate montium clamant, et qui dant Deo gloriam, et in insulis ejus virtutes deprædicant, operæ pretium est videre. Nihil prohibet, quo minus illi esse intelligantur qui Petram inhabitant, prærealtam et excelsam regionem atque civitatem, qui vocati sunt, qui non jam hymnos et odas contexunt falso nominatis diis, sed potius Deum qui illuminavit, et ad veritatem pellexit et quasi inescavit, celebrant. Vel qui a summis montibus clamant, dici possunt et sane recte divini discipuli, quibus etiam alibi propheta dicit : « Montem excelsum **546** conscende, qui evangelizas Sion : extolle fortiter vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem. Tollite, ne timete [18]. » Prædicabant enim summa fiducia et libertate loquendi, et neminem mortalium latere volebant, sed erant ubivis gentium omnibus conspicui, velut civitas in monte sita, nec sermo eorum abscondite et occulte habitus est, sed summa cum libertate et fiducia, ut modo dicebam. Hoc enim illis Servator etiam ipse præcepit, cum inquit : « Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce : et quod in aurem auditis, prædicate in tectis [19]. » Dederunt igitur gloriam Deo, et virtutes ejus in insulis annuntiarunt. Nam sanctorum apostolorum et evangelistarum sermo videtur fuisse gloriæ Servatoris nuntius. Nunc enim de ineffabili ejus deitate verba faciunt, et eximiam virtutem laudibus ferunt, nec eum inter mortales genitos recensent, sed supra omne quod exsistit collocant, et natura eumdem cum Deo et Patre faciunt:

A τοίνυν οὔσης τῇ τῶν Ἰουδαίων γῇ τῆς πλατείας ἐρήμου τῆς κατὰ νότου κειμένης, ἣν δὴ κατενέμοντο τὰ Σαρακηνῶν καὶ Ἀῤῥάβων ἔθνη, τοὺς οἰκοῦντας ἐν αὐτῇ τεύξεσθαί φασι κατὰ καιροὺς τῆς διὰ Χριστοῦ χάριτος, καὶ σωτηρίας. Ὀνόματα δὲ ταῖς κώμαις, ἤτοι ταῖς πολίχναις, ταῖς κατά γέ φημι τὴν ἔρημον, ἀπαύλεις, καὶ Κηδάρ, καὶ Πέτρα, κατὰ τὴν Ἀῤῥάβων γῆν καὶ εἰς δεῦρο κειμένη, οὕτω τε ὠνομασμένη. Δεισιδαιμονέστατοι δὲ, ὡς ἔφην, οἱ περὶ ὧν ὁ λόγος, ἦγουν οἱ τούτων οἰκήτορες, καὶ ὁλοτρόπως ἐκνενεύκασιν εἰς ἀπόστασιν τὴν ἀπὸ Θεοῦ. Λελατρεύκασι γὰρ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν. Ἐπειδὴ δὲ ἔμελλον, ὡς ἔφην, ἐν μεθέξει γενέσθαι κλήσεώς τε καὶ σωτηρίας τῆς διὰ τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων, καὶ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ· ταύτητοι καὶ μάλα εἰκότως, ὡς ὡραίους B ἔχων τοὺς πόδας ὁ προφήτης, ἐν τούτοις εὐαγγελίζεται γὰρ ἀγαθὰ, μονονουχὶ καὶ εἰς ὕψος αἴρει τὴν βοὴν, καί φησιν· « Εὐφράνθητι, ἔρημος, καὶ αἱ κῶμαι αὐτῆς, ἐπαύλεις, καὶ οἱ κατοικοῦντες Κηδάρ· εὐφραν-θήσονται οἱ κατοικοῦντες Πέτραν. » Ἔνδειξις δὲ μεγάλη, καὶ ἀξιάγαστος τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δυνάμεως, καὶ ὑπεροχῆς τὸ χρῆμά ἐστι, τοῦ τὰς οὕτω σκληρὰς, καὶ ἀνουθετήτους καρδίας, εὐκόλως καταμαλάξαντος, καὶ ἀναπείσαντος μὲν τῆς ἀρχαίας ἀπάτης ἀποφοιτᾷν, ἀνθελέσθαι δὲ τὰ ἀμείνω, καὶ μεθαρμόζεσθαι πρὸς ἀλήθειαν. Καὶ τοῦτο ἡμῖν διὰ φωνῆς Ἰεζεκιὴλ προκαταμεμήνυκε λέγων, ὅτι « Ἐκσπάσω τὴν καρδίαν αὐτῶν τὴν λιθίνην, ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτῶν, καὶ δώσω αὐτοῖς καρδίαν σαρκίνην, τοῦτ' ἔστι, τρυφερὰν, τοῦ εἰδέναι αὐτοὺς ἐμὲ, ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος. » C Οὐκοῦν ὅτι κεκλήσονται καὶ αὐτοὶ, κατεσήμαινε λέγων· Εὐφράνθητι, ἔρημος, καὶ τὰ τούτοις ἑφεξῆς. Οἱ δέ γε ἀπ' ἄκρων τῶν ὀρέων βοῶντες, διδόντες τε τῷ Θεῷ δόξαν, καὶ ἐν ταῖς νήσοις ἀναγγέλλοντες τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ, τίνες εἶεν ἂν, ἄξιοι ἰδεῖν. Λυπεῖ τοιγαροῦν οὐδὲν, καὶ αὐτοὺς νοεῖσθαι τοὺς κεκλημένους, οἱ Πέτραν οἰκοῦντες, ὑψηλὴν οὕτω καὶ ἠρμένην χώραν τε καὶ πόλιν, οὐκέτι μὲν ὕμνους καὶ ᾠδὰς ὑφαίνουσι τοῖς ψευδωνύμοις θεοῖς, δοξολογοῦσι δὲ μᾶλλον τὸν καταφωτίσαντα Θεὸν, καὶ σαγηνεύσαντα πρὸς ἀλήθειαν. Ἦγουν οἱ ἀπ' ἄκρων τῶν ὀρέων βοῶντες, λέγοιντ' ἂν εἶναι, καὶ μάλα ὀρθῶς, οἱ θεσπέσιοι μαθηταί. Οἷς καὶ ἑτέρωθί πού φησιν ὁ προφήτης· « Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι, ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών· ὕψωσον D τῇ ἰσχύϊ τὴν φωνήν σου, ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἰερουσαλήμ. Ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε. » Διεκήρυττον γὰρ ἐν παῤῥησίᾳ πολλῇ, καὶ οὐδένα τῶν ὄντων λανθάνειν ἤθελον, ἀλλ' ἦσαν περίοπτοι τοῖς ἁπανταχοῦ, καθὰ πόλις ἐν ὄρει κειμένη· καὶ ὁ λόφος αὐτοῖς οὐκ ἐν παραβύστῳ, καὶ λελῃθότως ἦν, ἀλλ' ἐν πολλῇ παῤῥησίᾳ, καθάπερ ἔφην ἀρτίως. Τοῦτο γὰρ αὐτοῖς καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἐνετέλλετο λέγων· « Ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ, εἴπατε ἐν τῷ φωτὶ, καὶ ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε, κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων. » Ἐδίδοσαν τοίνυν τῷ Θεῷ δόξαν, καὶ ἀπήγγελλον αὐτοῦ τὰς ἀρετὰς ἐν ταῖς νήσοις. Ὁ γάρτοι τῶν ἁγίων ἀποστόλων τε καὶ εὐαγγελιστῶν λόγος τῆς τοῦ Σωτῆρος

[16] Isa. XLII, 11. [17] Ezech. II, 19. [18] Isa. XL, 9. [19] Matth. X, 27.

Digitized by Google

δόξης ἐξαγγελεὺς ὁρᾶται γεγενημένος. Ποτὲ μὲν γὰρ τοὺς περὶ τῆς ἀῤῥήτου θεότητος αὐτοῦ ποιοῦνται λόγους, καὶ τὴν ὑπερκόσμιον ὑμνοῦσιν ἀρετὴν, οὐκ ἐν γεννητοῖς τιθέντες αὐτὸν, ἀλλ' ἐπέκεινα παντὸς τοῦ κεκλημένου πρὸς ὕπαρξιν, καὶ ἐν ταυτότητι φυσικῇ τῇ πρὸς Θεὸν καὶ Πατέρα· ποτὲ δὲ αὖ διηγοῦνται τὰς ὑπὲρ θαῦμα καὶ λόγον αὐτοῦ θεοσημείας. Τὸ γὰρ ἐγείρειν ἐκ μνημάτων νεκροὺς, καὶ τὸ ὡς ξηρᾷ χερσὶ χρῆσθαι θαλάσσῃ, βάσιμον αὐτὴν ἀποφαίνοντα τοῖς ἰδίοις ποσὶ, καὶ τὸ ἀνέμοις ἐπιτιμᾷν, καὶ λόγῳ συντρίβειν τὸν Σατανᾶν, θεοπρεπῆ τὴν δόξαν αὐτῷ πραγματεύεται.

A nunc rursus miracula ejus, quæ nec mirari satis nec eloqui possumus, narrant. Nam excitare e monumentis mortuos, et tanquam arida terra uti mari, illudque suis pedibus permeabile facere, ventos increpare, et verbo Satanam conterere, divinam ejus gloriam diligentissime asserunt.

Κύριος ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων ἐξελεύσεται, καὶ συντρίψει πόλεμον· ἐπεγερεῖ ζῆλον, καὶ βοήσεται ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ μετὰ ἰσχύος· Ἐσιώπησα, μὴ καὶ ἀεὶ σιωπήσομαι καὶ ἀνέξομαι; Ἐκαρτέρησα ὡς ἡ τίκτουσα.

VERS. 13, 14. *Dominus Deus virtutum egredietur, et conteret bellum, excitabit æmulationem, et clamabit contra inimicos ejus cum fortitudine. Tacui, num etiam semper tacebo, et sustinebo? Patienter egi, ut pariens.*

B

Πρόεισι καὶ νῦν ὁ λόγος ἐν τάξει πολλῇ, καὶ οὐκ ἀθαύμαστον ἔχει τὴν οἰκονομίαν. Ἔμελλον γὰρ οἱ τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θεσπισμάτων ἱερουργοὶ, τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ διακηρύττειν τοῖς ἁπανταχοῦ, καὶ ἐν παῤῥησίᾳ πολλῇ τοὺς περί γε τούτων αὐτῶν ποιεῖσθαι λόγους. Ἀλλ' ἦν ἀναγκαῖον ἐννοεῖν, ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἀναστήσονται ταῖς οὕτω σεπταῖς αὐτῶν σπουδαῖς τε καὶ προθυμίαις οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ, καὶ τῇ τοῦ Σωτῆρος δόξῃ πολυτρόπως ἐπιβουλεύοντες, ἄνδρες δηλονότι φθόροι τε καὶ δεισιμαίμονες, καὶ διαβολικῆς σκαιότητος ὄργανα, καὶ τῆς ἐκείνου δυστροπίας ὑπασπισταὶ, ἢ τάχα που σὺν αὐτοῖς καὶ αὐτὰ τῶν δαιμονίων τὰ στίφη, ἅτε δὴ καὶ κατασειομένης αὐτῶν τῆς δόξης, καὶ τῆς ἐκ πλεονεξίας πεπορισμένης ἀρχῆς. Κεκρατήκασι γὰρ ἐξ ἀπάτης C τῆς ὑπ' οὐρανόν. Ὅτι τοίνυν ἀνάλωτοι γενήσονται τοῖς ἐχθροῖς, περιέσται δ' αὐτῶν οὐδεὶς Θεοῦ συνασπίζοντος, διαδείκνυσιν ὁ προφήτης ἐν τούτοις, λέγων, ὅτι Κύριος τῶν δυνάμεων ἐξελεύσεται, καὶ συντρίψει πόλεμον, καὶ τὸ, ἐξελεύσεται, φησὶν, ὡς ἐπί τινος τῶν ἐπὶ γῆς βασιλέων ταῖς τῶν πολεμίων φάλαγξιν ἀφορήτως ἐμπίπτοντος ὁμοῦ ταῖς ὑπὸ σκῆπτρα στρατιαῖς. Ὅτι δὲ περιέσται πάντως ὁ τῶν δυνάμεων Κύριος, ἐπέφηνεν, εἰπὼν, ὅτι συντρίψει πόλεμον. Οὐ γὰρ εὐάντητός τισιν ἡ παρὰ Θεοῦ δύναμις, μᾶλλον δὲ οὐδενὶ τῶν ὄντων οἱστὴ, κατεξανισταμένη, καὶ ἐμπίπτουσα, κἂν δυνάμεις ἐννοῶμεν πονηρὰς, κἂν αὐτὸν τὸν ἀποστάτην καὶ ἀληθήριον Σατανᾶν, κἂν ἐπιγείους τινὰς, οἷς ἀντ' ἐκείνων μέλοι· ἀλλ' οὖν ἔσονται λῃπτοὶ, καὶ τοῦτο ἀπονητί γε μὴν καὶ ἀκονιτί. « Τὴν χεῖρα γὰρ τὴν ὑψηλὴν τίς ἀποστρέψει; » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ὅτι τοίνυν τοῖς ἀνθισταμένοις τῷ χορῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, οὐ πρὸς μόνους ἁγίους ἀγγέλους ὁ πόλεμος ἦν καὶ ἔστιν εἰς δεῦρο, ἀλλὰ γὰρ καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν τῶν δυνάμεων Κύριον, πεπληροφόρηκεν ὁ προφήτης, αὐτὸν ἐξελεύσεσθαι λέγων, ἵνα συντρίψῃ πόλεμον. Ἐγερεῖ ζῆλον, φησὶ, τοῦτ' ἔστι, παροξυσμὸν, ἢ τὸν παρ' ἑαυτοῦ κατ' ἐχθρῶν, κατά γε τὸ γεγραμμένον ἐν τοῖς τοῦ Ζαχαρίου λόγοις· « Ἐζήλωκα τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὴν Σιὼν ζῆλον μέγαν· » ἦγουν ἐκ τῶν ὑπεραθλούντων τῆς δόξης αὐτοῦ, δῆλον δὲ ὅτι τῶν σεβομένων αὐτὸν, ὧν ἕνα γενέσθαι καὶ ἀπόλεκτον τὸν ἱερώτατον

Progreditur nunc quoque sermo ordine concinno, et mirabilem habet œconomiam ac dispensationem. Ministri enim oraculorum Servatoris nostri prædicaturi erant ejus virtutes omnibus ubique, et multa cum fiducia de illis rebus verba facturi. Cæterum cogitare debebant, undecunque restituros huic eorum sancto studio et alacritati veritatis hostes, quique majestati Servatoris modis omnibus struunt insidias, homines scilicet corrupti et superstitiosi, et malitiæ diabolicæ organa, et ejus perversitatis propugnatores, et simul cum illis ipsa dæmonum agmina, videlicet quando gloria eorum et imperium vi partum concutitur. **547** Dominabantur enim per fraudem orbi terrarum. Ostendit itaque his verbis, fore ut non caperentur ab hostibus, neque quemquam eos superaturum, Deo protegente, dicens: Dominus virtutum egredietur, et, egredietur, dicit veluti de quopiam rege in terra, qui copiis suo sceptro parentibus hostium phalanges intolerabili impetu adoritur. Quod autem prorsus evasurus sit Dominus exercituum superior, indicat, cum inquit: Conteret bellum. Nec enim ulli mortalium obvia est divinæ vis, imo nulli omnium qui sunt tolerabilis, si insurgat et impetum faciat, sive potestates malas, seu ipsum defectorem et exitiosum Satanam, sive mortalem aliquem, cui hæc pro illis curæ sunt, intelligamus. Verum et hi quoque comminuentur, idque sine labore et pulvere. « Manum enim excelsam quis avertet? » secundum id quod scriptum est [20]. Quod igitur D bellum et fuerit et adhuc sit his qui choro sanctorum apostolorum resistebant, non contra sanctos angelos solum, sed adversus ipsum Dominum exercituum, iidem plene fecit propheta, cum ait, ipsum egressurum, ut bellum conterat. Excitabit æmulationem, inquit, excandescentiam et ardorem: vel suum in hostes, secundum id quod scriptum est in sermonibus Zachariæ: « Æmulatus sum Jerusalem et Sion æmulatione magna [20a]: » vel eorum qui pro ejus gloria certant, videlicet qui ipsum colunt, quorum unum, electum et sanctissimum Paulum fuisse dicimus, qui etiam inquit: « Quis nos separabit a dilectione Christi? Afflictio? num angustia? num persecutio? num fames? num nuditas? num pericu-

[20] Isa. XIV, 27, [20a] Zachar. I, 14.

Digitized by Google

lum? num gladius? » — « Mihi enim vivere, Christus : et mori, lucrum [20**]. » Sic æmulatores et zelatores dicimus fuisse, et sanctos martyres, qui Satana fuerunt fortiores, eumque virtute Christianæ pietatis oppugnarunt. Servarunt enim fidem et charitatem erga ipsum germanam : Excitabit ergo zelum, inquit, et clamabit contra inimicos suos cum fortitudine. Clamabit, posuit pro, jubilabit. Vox etiam hæc victoribus convenientissima, contra victos successum quodammodo gratulans. Deinde inquit : Tacui, num etiam semper tacebo et sustinebo? Patienter duravi, ceu pariens. Hinc optime perspici poterit, quo tempore multitudo gentium in errore versabantur, **548** cum illos Satan dissiparet ac dispergeret, et tenebris peccati quasi denigraret, et a cognitione Domini abduceret, quis tum natura et vere sit universorum Deus, succurrere illis quidem voluisse qui supra omnes est Deum : sed rem abjecisse, et patienter tulisse, cum sine dubio exspectaret commodum tempus auxilii ferendi : nimirum quando incarnatum est et homo factum unigenitum ejus Verbum. Tunc enim, tunc bellum intulit his, qui nos vicerunt, et ab eorum malitia eripuit, opemque attulit, et servavit, proprioque nos jugo subdidit. Itaque præterlapsis retro temporibus, dilaceratis terræ incolis, et Satana leonis in morem omnes devorante : Tacui, inquit : num etiam semper tacebo et sustinebo? Patienter egi, sicut quæ parit [21]. Vide igitur quanta misericordia terræ incolas prosecutus sit Deus universorum, tametsi, ut inquit Psalmista, nemo exerceret bonitatem, sed omnes ad unum usque declinarent et prorsus essent inutiles [22]. Et cum hac de re dolores sentiret (quatenus quidem in illum tristitia cadere poterat), et istuc nostra causa pateretur : tempus, ut dixi, auxilio opportunum observavit.

A Παῦλόν φαμεν, ὃς δὴ καί φησιν· « Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; Θλῖψις, ἢ στενοχωρία, ἢ λιμός, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; » πάλιν, « Ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν Χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. » Οὕτω φαμὲν γενέσθαι ζηλωτὰς, καὶ τοὺς ἁγίους μάρτυρας, οἳ κρείττους γεγόνασι τοῦ Σατανᾶ, καὶ πεπολεμήκασιν αὐτοῦ τῇ δυνάμει, τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας ἕνεκα. Τετηρήκασι γὰρ τὴν πίστιν, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον· Ἐπεγερεῖ τοιγαροῦν ζῆλον, φησὶ, καὶ βοήσεται ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ μετὰ ἰσχύος· τὸ βοήσεται, τίθεις, ἀντὶ τοῦ, καταλαλήξει. Φωνὴ δὲ αὕτη τοῖς νικῶσι πρεπωδεστάτη, κατορχουμένη τρόπον τινὰ τῶν νενικημένων. Εἶτά φησιν· Ἐσιώπησα, μὴ καὶ ἀεὶ σιωπήσομαι, καὶ ἀνέξομαι; Ἐκαρτέρησα ὡς ἡ τίκτουσα. Ἐντεῦθεν εὖ μάλα κατίδοι τις ἂν ὅτι κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν B ἦν ἐν πλάνῃ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς, διαρπάζοντος αὐτοὺς τοῦ Σατανᾶ, καὶ τῷ τῆς ἁμαρτίας σκότῳ καταμελαίνοντος, ἀποφέροντός τε καὶ τοῦ μὴ εἰδέναι μόνον, τίς ὁ φύσει καὶ ἀληθῶς ἐστι τῶν ὅλων Θεὸς, ἐπαμῦναι μὲν αὐτοῖς ἤθελεν ὁ πάντων ἐπέκεινα θεός· ἀνεδύετο δὲ τὸ χρῆμα, καὶ διεκαρτέρει σαφῶς, τὸν πρέποντα ταῖς ἐπικουρίαις περιμένων καιρόν· ἦν δὲ οὗτος καθ' ὃν ἐσαρκώθη τε, καὶ ἐνηνθρώπησεν ὁ μονογενὴς αὐτοῦ Λόγος. Τότε γὰρ τότε κατεστρατεύσατο τῶν ἡμᾶς νενικηκότων, καὶ ἐξείλετο μὲν τῆς ἐκείνων σκαιότητος, ἀντελάβετο δὲ καὶ σέσωκε, καὶ τοῖς ἰδίοις ἡμᾶς ὑπήνεγκε ζυγοῖς. Οὐκοῦν κατὰ μὲν τὸν παρωχηκότα καιρὸν διαρπαζομένων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ λέοντος δίκην κατεσθίοντος ἅπαντας τοῦ Σατανᾶ· Σεσίγηκα, φησὶ· μὴ καὶ ἀεὶ σιωπήσομαι, καὶ ἀνέξο- C μαι; Ἐκαρτέρησα ὡς τίκτουσα. Ἄθρει δὴ οὖν ὅσην ἐποιεῖτο φειδὼ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὁ τῶν ὅλων Θεός· καίτοι, καθά φησιν ὁ Ψαλμῳδὸς, οὐδενὸς ποιοῦντος χρηστότητα· ἐκκεκλικότων δὲ ἁπάντων, καὶ ἕως ἑνὸς, καὶ εἰσάπαν ἠχρειωμένων, μονονουχί. Καὶ ὡδῖνας ἔχων τὰς ἐπὶ τούτῳ, καὶ εἴπερ ἠνείχετο καὶ λύπης αὐτὸν εἶναι δεκτικὸν, παθὼν ἄν, καὶ τοῦτο δι' ἡμᾶς καιρῷ τετήρηκεν, ὡς ἔφην, τῷ πρέποντι τὰς ἐπικουρίας.

VERS. 15. *Expellam et arefaciam simul, et ponam fluvios in insulas, et paludes siccabo.*

Quid hic significet ἐκστήσω, inquirendum est necessario. Vel enim dicit : Qui nunc terræ dominantur, ejiciam, exterminari curabo, ac deturbari imperio illis contra omnes dato, secundum id quod dictum est a Christo : « Nunc princeps mundi hujus ejicietur foras [23] : » vel illud ἐκστήσω, intelliges, D pro, admirari faciam eos qui præstantia facinora et modum dispensationis meæ vident, et inexplicabilis potentiæ eminentiam : sicuti nimirum propheta Abacum ob hoc eodem stupore perculsus est, cum ait : « Domine, audivi auditionem tuam, et timui : consideravi opera tua, et obstupui [24]. » Vel etiam, si placet alio modo illud, ἐκστήσω, intelliges. Qui enim decepti nunc sunt et in tenebris et caligine diabolica, eos ad veritatis agnitionem transferam, et ad divinam et intelligibilem ac cœlestem lucem : qui nunc polluti sunt, et pro-

Ἐκστήσω, καὶ ξηρανῶ ἅμα, καὶ θήσω ποταμοὺς εἰς νήσους, καὶ ἕλη ξηρανῶ.

Τί τὸ Ἐκστήσω, κατασημήνειεν ἂν ἐν τούτοις, πολυπραγμονεῖν ἀναγκαῖον. Ἢ γὰρ ἐκεῖνό φησιν, ὅτι Τοὺς νυνὶ κρατοῦντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς ἐκβαλῶ, ἔξω τε γενέσθαι παρασκευάσω τῆς πεπορισμένης αὐτοῖς κατὰ πάντων ἀρχῆς, κατά γε τὸ εἰρημένον παρὰ Χριστοῦ· « Νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω· » ἢ τὸ Ἐκστήσω, συνήσεις, ἀντὶ τοῦ, Θαυμάσαι ποιήσω τοὺς ὁρῶντας τὰ κατωρθωμένα, καὶ τῆς ἐμῆς οἰκονομίας τοὺς τρόπους, καὶ τῆς ἀφράστου δυνάμεως τὴν ὑπερβολήν· καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ προφήτης Ἀββακοὺμ ἐπ' αὐτοῖς δὴ τούτοις κατεπλήττετο λέγων· « Κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην· κατενόησα τὰ ἔργα σου, καὶ ἐξέστην. » Ἤγουν εἰ πέρ τῳ δοκεῖ, καὶ καθ' ἕτερον τρόπον τὸ, Ἐκστήσω, συνήσεις. Τοὺς γὰρ νυνὶ πλανωμένους, τοὺς ἐν σκότῳ, καὶ ὁμίχλῃ διαβολικῇ, μεταστήσω πρὸς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ πρὸς τὸ θεῖον

[20**] Rom. VIII, 35. [21] Isa. XLII, 14. [22] Psal. XIII, 3. [23] Joan. XII, 31. [24] Habac. III, 2.

Digitized by Google

τε καὶ νοητὸν καὶ οὐράνιον φῶς τοὺς νῦν μεμολυσμένους, καὶ βδελυρὸν, καὶ ἀπερικάθαρτον ἔχοντας νοῦν, πρὸς διάθεσιν μεταβαλῶ τὴν ἀσυγκρίτως ἀμείνω, ὥστε τῶν μὲν ἀρχαίων ῥύπων ἀποφοιτᾷν, ἀνθελέσθαι δὲ μᾶλλον τὸ ἀγαθουργεῖν. Τὸ δέ γε Ξηρανῶ ἅμα, σημαίνει τι πάλιν τοιοῦτον, ὃ δὴ σαφηνιεῖ τῶν ἐφεξῆς κειμένων ἡ δύναμις. Θήσω γὰρ, φησὶ, ποταμοὺς εἰς νήσους, καὶ ξηρανῶ. Τίνες ἂν εἶεν οἱ εἰς νήσους τιθέμενοι ποταμοὶ, καὶ τὰ ξηραινόμενα τῶν ἑλῶν; Φαμὲν οὖν ὅτι οἱ παρ' Ἕλλησιν ποιηταὶ καὶ λογάδες, οἳ γεγόνασι μὲν τῆς πολυθέου πλάνης κήρυκες. Τεθεοποιήκασι γὰρ τὴν κτίσιν, καὶ ἀναριθμήτους θεοὺς εἰσεκόμισαν τῷ βίῳ. Ἦσαν δὲ ὥσπερ τινὲς ποταμοὶ, ποτίζοντες μὲν ἀνατροπῇ θολερᾷ, καθὰ γέγραπται, τοὺς ἠπατημένους, καὶ λόγων ἐξησκημένων νάμασι τὸν τῶν θαυμαζόντων αὐτοὺς ἐπικλύζοντες νοῦν, συνέχοντές τε διὰ τούτου πρὸς πλάνησιν, καὶ οἷά τινα τροφὴν παρατιθέντες αὐτοῖς τῆς ἑαυτῶν καλλιεπείας τὸ γλυκὺ καὶ ἐπίχαρι. Οὐκοῦν παρεικάζοιντο ἂν εἰκότως ποταμοῖς τε καὶ ἕλεσι, τοῦτ' ἔστι, δρυμοῖς, ἤγουν ἄλσεσι πλείστην τε ὕσην καὶ εὐανθῆ λαχοῦσι τὴν πόαν. Τοὺς τοιούτους οὖν ποταμοὺς εἰς νήσους μεταβάλλειν ἐπαγγέλλεται ὁ Θεὸς, τοῦτ' ἔστι, ξηροὺς καὶ ἀνύδρους ἀποφῆναι, ἕλη δὲ ὥσπερ ἐργάσασθαι ξηρὰ, ὃ δὴ καὶ γέγονεν. Ἀπρακτεῖ γὰρ λοιπὸν τῆς ἐκείνων εὐστομίας τὸ καλλιεπές. Καὶ πρόσκειται μὲν αὐτοῖς παντελῶς οὐδείς, διαλακτήσαντες δὲ ὥσπερ τὰ σαθρὰ καὶ βέβηλα, καὶ γραοπρεπῆ τῶν πλανώντων μυθάρια, τὴν ἐν Χριστῷ σοφίαν ἁρπάζουσιν οἱ ποτε πλανώμενοι. Γράφει γοῦν ὁ Παῦλος· « Ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; Οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου; » Οὐκοῦν ποταμοὺς εἶναί φαμεν τοὺς εἰς νήσους τεθειμένους, τοὺς εἰς ἁπᾶσαν Ἑλληνικὴν συνέχοντας λόγους τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν. Ἤγουν καὶ ἑτέρας νήσους εἶναι δεδώκαμεν ἐν τοῖς προλαβοῦσι τὰς Ἐκκλησίας Χριστοῦ, δεχομένας τοὺς ναυτιλλομένους, νοητῶς δηλονότι καὶ πνευματικῶς, καὶ ὁρμητηρίοις ὥσπερ τισὶν ἐμβάλλοντας ἀσφαλέσι τοῖς ἐν αὐταῖς διδασκάλοις, διαφεύγοντάς τε τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν τὸ καταχειμάζον ἀεὶ τοὺς καταβαίνοντας εἰς τὴν θάλασσαν ἐν πλοίοις, καὶ ποιοῦντας ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς. Θαλάσσῃ δὲ παρεικαστέον, ὡς ἔφην, τοῦ καθ' ὑμᾶς βίου τὸν κλύδωνα, καὶ τῶν ἐπιγείων πραγμάτων τὴν τύρβην. Ξηραίνονται δὲ καὶ τὰ ἕλη, τοῦτ' ἔστιν, αἱ νομαὶ τῶν πραγμάτων τῶν ὑπὸ χεῖρα ποτὲ τὴν σατανικήν· ἵνα λοιπὸν ὑπ' αὐτῷ γένοιντο τῷ πάντων ἀρχιποιμένι, φημὶ δὴ Χριστῷ. Ὃς οὐ κατ' ἐκείνους τοὺς ψευδοποιμένας εἰς ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀποκομίζει τὰ ἴδια θρέμματα, ποιμαίνει δὲ μᾶλλον ἐν κρίνοις· ὡς εὐοσμώτατα γὰρ νοητῶς τὰ θεῖά τε καὶ ἱερὰ, καὶ ἴδια αὐτοῦ θεσπίσματα.

A fana ac incircumcisa mente præditi, ad mentem traducam incomparabiliter meliorem: **549** ut a pristinis sordibus recedant, et potius bene agere studio ac curæ habeant. Arefaciam simul, tale quiddam significat, quod etiam patefaciet consequentium sententia. Ponam enim, inquit, fluvios in insulas, et paludes exsiccabo [25]. Quinam sunt isti fluvii redacti in insulas, et siccatæ paludes? Dicimus esse scilicet Græcorum poetas et oratores, qui erant erroris multorum deorum præcones. Deificarunt enim creaturam, et innumerabiles deos in vitam invexerunt. Erantque velut quidam fluvii, potantes, uti scriptum est, subversione turbulenta seductos, et qui orationum elaboratarum rivis in mentem eorum qui ipsos admirantur, influunt, et hinc in errore detinent, et suæ ornatæ dictionis suavitatem et gratiam quasi pastum quemdam adhibent. Itaque merito comparari queant fluviis et paludibus, id est, saltubus, seu silvis, in quibus herbæ plurimum floret et crescit. Hos fluvios in insulas conversurum se promittit Deus, id est, aridos et siccos redditurum, et paludes quoque velut exsiccaturum. Quod etiam factum est. Nam irritum facit deinceps illorum eloquentiæ ornatum et elegantiam, et nihil prorsus illis suppetit. Et qui quondam decepti erant, calcatis veluti corruptis et profanis et anilibus decipientium fabulis, sapientiam Christi rapiunt. Scribit itaque Paulus: « Ubi sapiens? ubi scriba? ubi inquisitor hujus sæculi? Nonne infatuavit Deus sapientiam mundi [26]? » Proinde dicimus fluvios redactos in insulas vel esse sermones Græcorum sapientum in errore Græco detinentes: vel etiam alias insulas exposuimus in præcedentibus, esse Christi Ecclesias quæ excipiunt eos qui navigant, intelligibiliter scilicet et spiritualiter, et qui velut aggeribus quibusdam suos doctores tuto communiunt, et qui malum spiritum effugiunt, semper eos qui navigiis in mare descendunt, et in aquis multis opus faciunt, fluctibus quasi et tempestatibus jactantem. Mari vero, ut dixi, assimilandus est fluctus nostræ vitæ, et rerum terrenarum turbatio. Exsiccantur vero et paludes, id est, pascua pecorum, quondam sub manu satanica, ut deinde subsint principi ac omnium pastori, Christo, inquam: qui non ut illi **550** falsi pastores, sua pecora in spinas et tribulos inducit, sed pascit potius in liliis. Fragrantissima enim sunt intelligibiliter, divina et sacra et propria ejus oracula.

Καὶ ἄξω τυφλοὺς ἐν ὁδῷ ᾗ οὐκ ἔγνωσαν, καὶ τρίβους ἃς οὐκ ἤδεισαν πατῆσαι ποιήσω αὐτούς. Ποιήσω αὐτοῖς τὸ σκότος εἰς φῶς, καὶ τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν. Ταῦτα τὰ ῥήματα ποιήσω, καὶ οὐκ ἐγκαταλείψω αὐτούς, λέγει Κύριος ὁ Θεός.

Ἐλθόντος γὰρ τοῦ Κυρίου τῶν δυνάμεων, ἵνα συντρίψῃ πόλεμον, καὶ καθῃρημένων τῶν ἐχθρῶν,

Vers. 16. *Et ducam cæcos in via quam non noverunt, et semitas, quas ignorarunt calcare eos faciam. Mutabo illis tenebras in lucem, et obliqua in directa. Hæc verba faciam, et non derelinquam illos,* dicit Dominus.

Egresso enim Domino exercituum, ut conterat bellum, et deletis hostibus, et redactis in insulas

[25] Isa. XLII, 15. [26] I Cor. I, 20.

Digitized by Google

fluviis, et exsiccatis paludibus, prout jam a nobis illa oratio pertractata est, redempti sunt omnino, qui in captivis numerabantur, et qui diaboli nequitiæ subjecti erant: et cæci cum essent (cæcavit enim corda eorum ille apostata), iterum ducuntur, a Christo videlicet, in vias quas antea nesciverunt. Sunt autem illæ omnino evangelica vaticinia, et vita cognitioni et virtuti consentanea, et sanctæ vitæ pulchritudo. Allocutus est igitur gentes divinus Paulus : « Eratis enim quondam tenebræ, nunc autem lux in Domino [27]. » Factæ itaque sunt illis tenebræ in lucem, pro, abierunt res in contrarium. Nam rudes facti sunt sapientes, qui quondam erraruntrectas omnis justitiæ vias cognoverunt : qui cum boni nihil scivissent, omnis virtutis scientes et gnari evaserunt, et officiorum pietatis studiosi. Facta sunt obliqua in directa, id est, difficilia et ardua, pervia et plana, æquabilia et levigata. Tale quid in prædicatione Joannis Baptistæ subindicatur. Omnis enim vallis implebitur, et omnis mons et collis humilis erit, et erunt obliqua in directa, et aspera in vias planas [28]. Colles enim et concavitates viam efficiunt inæqualem. Cum autem tumulus non est, nec cavitas, recta semper est via, et permeabilis, et omnibus difficultatibus extricata. Quod etiam alibi dicit ipse beatus propheta Isaias : « Via enim piorum recta, inquit, et præparata [29]. » Est enim via conversationis vere evangelicæ non aspera et invia, **551** sed potius æquabilis et veluti campestris, his qui vitam eximiam amant et excellentem. Promisit igitur hæc verba seu promissa Deus, se ad exitum perducturum, nec eos relicturum, id est, semper una futurum, juxta id : « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi [30]. »

A τεθειμένων δὲ καὶ εἰς νήσους τῶν ποταμῶν, καὶ ἀφαυανθέντων τῶν ἑλῶν, κατά γε τοὺς ἀρτίως ἡμῖν γενομένους τῆς θεωρίας λόγους,, λελύτρωνται πάντως οἱ ἐν δορυκτήτων τάξει γεγονότες, καὶ ταῖς τοῦ διαβόλου δυστροπίαις ὑπενηνεγμένοι, τυφλοὶ δὲ ὄντες· ἐτύφλωσε γὰρ τὰς καρδίας αὐτῶν ὁ ἀποστάτης· ἄγονται λοιπὸν ὑπὸ Χριστοῦ, δηλονότι εἰς ὁδούς, ἃς οὐ πρότερον ᾔδεισαν. Αὗται δέ εἰσι τὰ εὐαγγελικὰ πάντως θεσπίσματα καὶ ὁ κατὰ σύνεσίν τε καὶ ἀρετὴν βίος, καὶ τῆς ἁγιοπρεποῦς εὐζωΐας τὸ κάλλος. Προσπεφώνηκε γοῦν καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοῖς ἐξ ἐθνῶν· « Ἦτε γάρ ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ. » Γέγονε τοίνυν αὐτοῖς τὸ σκότος εἰς φῶς· ἀντὶ τοῦ, μετακεχώρηκεν εἰς πᾶν τοὐναντίον τὰ πράγματα. Οἱ γὰρ ἀμαθεῖς γεγόνασι σοφοί, οἵ ποτε πλανώμενοι B τὰς εὐθείας πάσης δικαιοσύνης ἐγνώκασιν ὁδούς, ἀ τῶν ἀγαθῶν εἰδότες οὐδὲν ἀρετῆς ἁπάσης ἀνεδείχθησαν ἐπιστήμονες, καὶ τῶν εἰς εὐσέβειαν σπουδασμάτων ἐπιμεληταί. Γέγονεν αὐτοῖς τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, τοῦτ' ἔστι, τὰ δυσχερῆ καὶ δυσήνυτα βάσιμα, καὶ ἱππήλατα, ὕπτιά τε καὶ ἐψιλωμένα. Τοιοῦτόν τι καὶ ἐν τοῖς Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ κηρύγμασιν ὑπεμφαίνεται. Πᾶσα γὰρ φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος, καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται, καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ ἡ τραχεῖα εἰς ὁδοὺς λείας. Βουνοὶ μὲν γὰρ καὶ κοιλότητες τὸ ἀνωμάλως ἔχειν τὴν ὁδὸν ἀποφαίνουσιν. Ὄχθου δὲ οὐκ ὄντος, οὔτε μὴν κοιλότητος εὐθεῖά που πάντως, καὶ εὐήλατός ἐστιν ἡ ὁδός, καὶ δυσχερείας ἁπάσης ἀπηλλαγμένη. C Τοῦτο καὶ ἑτέρωθί πού φησιν αὐτὸς ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας· « Ὁδὸς γάρ, φησί, εὐσεβῶν εὐθεῖα ἐγένετο, καὶ παρεσκευασμένη ἡ ὁδὸς τῶν εὐσεβῶν. » Καὶ γάρ ἐστιν ἀληθῶς τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ἡ ὁδὸς οὐ τραχεῖα καὶ δύσβατος, ὁμαλὴ δὲ μᾶλλον, καὶ οἷον ὑπτία τοῖς τὸν ἐξαίρετον ἀγαπῶσι βίον. Ἐπαγγέλλεται δὴ οὖν ταῦτα τὰ ῥήματα, ἤτοι τὰς ἐπαγγελίας εἰς πέρας ἄγειν Θεὸς, καὶ μὴ ἐγκαταλιπεῖν αὐτοὺς, τοῦτ' ἔστι, συνεῖναι διὰ παντὸς, κατά γε τὸ « Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας αἰῶνος. »

VERS. 17. *Ipsi autem convertentur retrorsum. Ignominia afficimini, qui confiditis sculptilibus, qui dicitis conflatoriis : Vos estis dii nostri.*

Αὐτοὶ δὲ ἀποστραφήσονται εἰς τὰ ὀπίσω. Αἰσχύνθητε αἰσχύνην οἱ πεποιθότες ἐπὶ τοῖς γλυπτοῖς, οἱ λέγοντες τοῖς χωνευτοῖς, ὑμεῖς ἐστε θεοὶ ἡμῶν.

Tempestive admodum transfert orationem ad gentem Judaicam, qui, cum legem haberent Moysis, D manu ducentem ad Dei cognitionem, et ut velint perficere ea, in quibus laudem eos consecuturos verisimile erat, lapsi sunt in apostasiam, et in multorum numinum cultus puteum illapsi, in barathrum exitii descenderunt; unde et non sine causa Deum, qui omnem ipsis et misericordiam et benevolentiam tribuit, offenderunt. Cum ergo ante oratio prædicasset, vocandas gentes suo tempore, et calcaturas quas non noverunt vias, et tenebras in lucem, et obliqua in recta versum iri : ruditatem eorum qui ex sanguine Israelitico orti sunt, retegit, dicens : Ipsi vero conversi sunt retrorsum. Illud, ipsi, sumendum est emphatice : nimirum qui di-

Ἐπὶ καιροῦ δὴ λίαν μεθίστησι τοὺς λόγους ἐπὶ τὸ D τῶν Ἰουδαίων ἔθνος, οἳ νόμον ἔχοντες τὸν διὰ Μωσέως χειραγωγοῦντα πρὸς θεογνωσίαν καὶ πρός γε τὸ δεῖν ἀποπεραίνειν βούλεσθαί τε τὰ ἐφ' οἷς ἦν εἰκὸς εὐδοκιμῆσαι αὐτοὺς, κεχωρήκασι πρὸς ἀπόστασιν, καὶ τοῖς τῆς πολυθεΐας ἐμβεβηκότες τέλμασιν εἰς τὸ τῆς ἀπωλείας κατῴχοντο βάραθρον· προσκεκρούκασί τε διὰ τοῦτο, καὶ σφόδρα εἰκότως τῷ πᾶσαν αὐτοῖς καὶ φειδὼ καὶ ἀγάπην νείμαντι Θεῷ. Προκηρύξας δὴ οὖν ὁ λόγος, ὅτι κεκλήσονται τὰ ἔθνη κατὰ καιροὺς, καὶ πατήσουσι μὲν ὁδοὺς ἃς οὐκ ᾔδεισαν. ἔσται δὲ τὸ σκότος εἰς φῶς, καὶ τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, τὰς τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ἀμαθίας ἐκκαλύπτει, λέγων· Αὐτοὶ δὲ ἀπεστράφησαν εἰς τὰ ὀπίσω. Ἐμφαντικῶς ἐκληπτέον τὸ, αὐτοί· τοῦτ' ἔστιν, οἱ

[27] Ephes. v, 8. [28] Luc. III, 5. [29] Isa. XXVI, 7. [30] Matth. XXVIII, 20.

Digitized by Google

νόμῳ θείῳ παιδαγωγούμενοι, καὶ ὑπὸ χεῖρα γεγονότες τὴν ἐμὴν, καὶ μεσίτην λαχόντες Μωσέα, οἱ διαρρήδην ἀκούσαντες· « Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστι· καὶ οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. » Οὗτοι τῆς τῶν ἐθνῶν πληθύος ἐν ἀγαθαῖς οὔσης ἐλπίσιν ἀπεστράφησαν εἰς τὰ ὀπίσω πρὸς τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ μολυσμοὺς ἀνοσίως ὑπονοστήσαντες, καὶ τῆς ἀρχαίας ἀπάτης ἀναλαβόντες τὸν μῶμον. Καὶ γέγονεν αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας· « Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέρεμα, καὶ ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. » Ἔφη τι τοιοῦτον καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀσέβειαν παλινδρομοῦντα δεικνύων τὸν Ἰσραήλ. « Ὅταν γὰρ, φησὶν, τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, πορεύεται δι' ἀνύδρων τόπων ζητοῦν ἀνάπαυσιν, καὶ μὴ εὑρίσκον ὑποστρέφει εἰς τὸν τόπον ὅθεν ἐξῆλθεν. Καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει σχολάζοντα, καὶ σεσαρωμένον. Τότε παραλαμβάνει ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ, καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ. Καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων. » Λελατρεύκασι μὲν γὰρ τοῖς Αἰγυπτίων θεοῖς, ἀλλ' ἐκβέβληται τὸ δαιμόνιον, κεκλημένων αὐτῶν πρὸς θεογνωσίαν, διά γέ φημι τοῦ νόμου· ἠρώτηκασι δὲ τὴν ἐπὶ τῷ πεπλανῆσθαι διαβολὴν, καὶ ἔτι χειρόνως, ὅτε τὸν φύσει Θεὸν εἰδότες γεγόνασιν ἀποστάται, θεοὺς τιμήσαντες τοὺς οὐκ ὄντας θεούς. Αἰσχύνθητε δὴ οὖν αἰσχύνην, φησὶ, οἱ πεποιθότες ἐπὶ τοῖς γλυπτοῖς, καὶ τῆς ὑπὲρ πάντα θεότητος τὸ σεπτὸν ὄνομα, τοῦτ' ἔστι τὴν δόξαν, τοῖς χειροτμήτοις, καὶ χειροποιήτοις ἀνάπτοντες.

A vina lege instituti sunt, et manui meæ subditi sunt, et sequestrem Moysen habuerunt, qui clare audiverunt, « Dominus Deus tuus, Dominus unus est : et non erunt dii tibi alii præter me [31]. » Hi, cum multitudo gentium in bona spe esset, retro conversi sunt, ad Ægyptiaca inquinamenta impie reversi, et pristini erroris labem receperunt. Acciditque illis quod vere proverbio jactatum est : « Canis reversus ad vomitum suum, et sus lota in cœni volutabro [32]. » Simile quiddam dixit etiam Dominus noster Jesus Christus, cum Israelem ad veterem impietatem recurrentem notaret. « Cum enim, inquit, spiritus impurus exierit ex homine, transit siticulosa loca, quærens requietem : et cum non invenit, redit in locum unde exiit. Et postquam venit, invenit eum B vacantem, et scopis mundatum. Tunc accipit septem alios spiritus pejores se, et ingressi habitant illic. Et fiunt ultima hominis **552** illius deteriora prioribus [33]. » Nam deos Ægyptiorum coluerunt, sed ejectum est dæmonium, ipsis vocatis ad Dei cognitionem, per legem, inquam. Verum eo quod erraverint accusati sunt : adhuc tamen in deteriore loco erant, quod, cum Deum natura cognovissent, facti sunt apostatæ, quippe qui deos qui dii non erant, coluerint. Ergo ignominia afficimini, inquit, qui confiditis sculptilibus, et qui augustum deitatis, quæ supra omnia est, nomen, id est gloriam, manu conditis attribuitis.

Πάντα γέγονεν ἐν Χριστῷ καινὰ, καὶ πιστώσεται γράφων ὁ ἱερώτατος Παῦλος· « Ὥστε εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις, τὰ ἀρχαῖα παρῆλθε. » Γράφει δὲ καὶ τοῖς εἰς καινότητα κεκλημένοις, δῆλον δὲ ὅτι τὴν πνευματικήν· « Καὶ μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς, τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν, καὶ τέλειον, καὶ εὐάρεστον. » Ἀνεκαινίσθημεν γὰρ ἐν Χριστῷ, δι' ἁγιασμοῦ πρὸς τὸ ἀρχαῖον B τῆς φύσεως ἀναφοιτήσαντες κάλλος, τὸ κατ' εἰκόνα δηλονότι τοῦ· ἐκ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἁπάσης φαυλότητος ἀποβαλόντες παλαίωσιν· ἀπεδυσάμεθα δὲ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, καὶ ἐνεδυσάμεθα τὸν νέον τὸν ἀνακαινούμενον κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν. Πλὴν ἐν Χριστῷ γέγονεν ὁ ἀναπλασμὸς καὶ ἡ καλουμένη καινὴ κτίσις, ἣν οὐκ ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς ἐσχήκαμεν, ἀλλὰ διὰ λόγου ζῶντος Θεοῦ μένοντος. Τὸν τοίνυν λαὸν τὸν ἐκ τεσσάρων τῆς ὑπ' οὐρανὸν κλιμάτων συνειλεγμένον ἐπικληθέντα τε τῷ ὀνόματί μου οὐχ ἕτερός τις, ἀλλ' ἐγὼ μᾶλλον ἐν τῇ δόξῃ μου κατεσκεύασα, καὶ ἔπλασα, καὶ ἐποίησα· καὶ δόξαν μὲν εἶναι τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρὸς φαίη ἄν τις τὸν Υἱὸν, δι' αὐτοῦ γὰρ καὶ ἐν αὐτῷ δοξάζεται, καὶ κατά γε τὸ, Ἐγώ σε ἐδόξασα C ἐπὶ τῆς γῆς, παρ' αὐτοῦ σαφῶς εἰρημένον. Ἁπλᾶσθαι γὰρ, ὡς ἔφην, δι' αὐτοῦ τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύσαντας διαβεβαιούμεθα, τῇ πρὸς αὐτὸν συμμορφίᾳ τὸ τῆς θείας φύσεως κάλλος ἐναστράπτον ἔχοντας ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς. Ἔφη τι τοιοῦτον καὶ ὁ θεσπέσιος Ψαλμῳδός· « Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη, καὶ λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν Κύριον. » Προστιθεὶς δὲ τούτοις, ὅτι Καὶ λαὸν ἐξήγαγον τυφλὸν, τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως τὴν ἐπέκεινα λόγου παντὸς καὶ ἀξιάγαστον ὄντως ὑπεροχὴν καθίστησιν ἐναργῆ. Τοὺς γάρτοι πάλαι τὴν ἐκ διαβολικῆς σκαιότητος ἀχλὺν καὶ ἀπάτην εἰς νοῦν ἔχοντας καὶ καρδίαν, λαμπρὸν ἀπέφηνε καὶ κατηυγασμένους, ἑωσφόρος οἷά τις, καὶ δικαιοσύνης ἥλιος ἀνίσχων αὐτοῖς, καὶ υἱοὺς ἀποφή- D νας, οὐκέτι νυκτὸς καὶ σκότους, φωτὸς δὲ μᾶλλον, καὶ μὴν καὶ ἡμέρας, κατὰ τὴν τοῦ σοφωτάτου Παύλου φωνήν. Ὅτι μὲν οὖν ἐξήγαγε λαὸν τυφλὸν, οὐδενὶ τῶν ὄντων ἀσυμφανές· ἀλλ' ὥσπερ τινὸς τοῖς τοιοῖσδε λόγοις ἀντανισταμένου τε καὶ λέγοντος· Καίτοι καὶ εἰς δεῦρο κατίδοι τις ἂν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ὡσαύτως τυφλοὺς, καὶ μὴν ὅτι κωφὰ τὰ ὦτα ἔχουσιν, ἀπολογεῖται λέγων· Πάντα τὰ ἔθνη συνήχθησαν ἅμα, καὶ συναχθήσονται ἄρχοντες ἐξ αὐτῶν. Μόνον γὰρ οὐχὶ προφητείας, ὦ οὗτοι, δέχεσθε λόγους· οὔπω γε μὴν τῶν πραγμάτων ἐνέστηκε καιρός· πλὴν πάντῃ τε καὶ πάντως συναχθήσονται κατὰ καιροὺς πάντα τὰ ἔθνη. Τὸ γὰρ συνήχθησαν, ἀντὶ τοῦ, συναχθήσονται,

Digitized by Google

φησὶν, ἔθους ὄντος τοιούτου τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ. Τὰ γὰρ πάντη τε καὶ πάντως ἐσόμενα, καὶ ὡς ἤδη γεγονότα τίθησιν ἔσθ' ὅτε. Εἴρηται γοῦν ὡς ἐκ προσώπου Χριστοῦ διὰ μὲν τῆς Ἡσαΐου φωνῆς· Τὸν νῶτόν μου δέδωκα εἰς μάστιγας, ἀντὶ τοῦ, δώσω. Καὶ διά γε τοῦ Ψάλλοντος· « Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον, » ὅπερ καὶ γέγονεν ἐν καιρῷ τῆς ἐπιδημίας. Οὐκοῦν ἐπισυνεχθήσονται, φησὶ, πάντα τὰ ἔθνη, καὶ οὐχὶ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ ἔσονται καὶ ἄρχοντες ἐξ αὐτῶν, τοῦτ' ἔστι, λαῶν ἡγούμενοι, καὶ μυσταγωγοὶ, καὶ οἵ ποτε πλανώμενοι, καὶ ἐν σκότῳ κείμενοι βαθείᾳ, φωτὸς ἔσονται τοῦ θείου πρόξενοι τοῖς παρ' αὐτῶν μυστάγωγουμένοις. Ἔφη τι τοιοῦτον περὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας ὁ Μελῳδός· « Ὡς τὸ σκότος αὐτῆς, οὕτω καὶ τὸ φῶς αὐτῆς. » Ὥσπερ γὰρ ἀμέτρητον καὶ βαθὺν ἠρρώστησε σκότον ἐν τῷ τῆς πλάνης καιρῷ, οὕτω πάλιν ὑπέρλαμπρος γέγονε, καὶ ὑπερφυῶς λελευκαμένη. Ἀληθὲς γὰρ ὅτι, καθά φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος· « Οὗ ἐπερίσσευσεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. »

A inspirata loqui consuevit. Nam quæ prorsus ac penitus futura sunt, interdum quasi jam facta essent, ponit. Dictum est scilicet, velut in persona Christi, voce Isaiæ : Tergum meum verberibus exposui, pro, exponam. Et per Psalten : « Diviserunt vestimenta mea sibi, et super vestem meam miserunt sortem [54] : » quod factum est adventus tempore. Itaque congregabuntur, inquit, omnes gentes, nec id solum, verum et erunt ex illis principes, id est, populi duces et mysteriorum antistites, et qui olim erraverunt, et in profundis tenebris jacuerunt, divinam lucem his, qui mysteriis initiati sunt per ipsos, præferent. Cujusmodi est quod de gentium ecclesia dixit Psalmographus : « Ut caligo ejus, sic lux ejus [55]. » Quemadmodum enim in tenebris immensis B ac profundis versati sunt, tempore erroris : sic iterum eximie resplenduit, et supra naturam candida facta est et illustris. Verum est enim quod dixit Paulus divinus : « Ubi abundavit peccatum superabundavit gratia [56]. »

Τίς ἀναγγελεῖ ταῦτα; Ἢ τὰ ἐξ ἀρχῆς τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν; Ἀγαγέτωσαν τοὺς μάρτυρας αὐτῶν, καὶ δικαιωθήτωσαν, καὶ εἰπάτωσαν ἀληθῆ, καὶ ἀκουσάτωσαν.

VERS. 9. *Quis annuntiabit hæc? Aut quæ a principio sunt, renuntiabit vobis? Adducant testes suos, et justi reddantur, et dicant vera, et audiant.*

Διαμνημονεύσας ἅπαξ τῶν ἐθνῶν, ἤτοι τῶν διὰ πίστεως κεκλημένων εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, ἐξυφαίνει τινὰ τρόπον μυσταγωγίας αὐτοῖς, καταγορεύοντα μὲν οὐ μικρῶς τῆς τῶν δαιμονίων ἀπάτης, οὐδὲν δὲ ὦσαν παντελῶς τὴν εἰδώλων ποίησιν ἀποφαίνοντα· τὸ μὲν γὰρ εἰδέναι τὰ πάντα ἐξ ἀρχῆς μέχρι τέλους, πρέποι ἂν μόνῳ τῷ κατὰ φύσιν ὄντι Θεῷ. Πᾶσα γὰρ σύνεσις ἐξ αὐτοῦ, καὶ γνώσεως ἀπάσης ἐστὶ πηγὴ, καὶ ἐν αὐτῷ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ σοφίας καὶ γνώσεως ἀπόκρυφοι, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Εἰ δέ τις, καὶ τῶν ἐσομένων ἐσχηκὼς εὐρίσκεται γνῶσιν, ἐξ ἀποκαλύψεως τῆς παρ' αὐτοῦ τὸ δῶρον ὁρᾶται λαβών. Προσδιαλέγεται τοίνυν, ὡς ἔφην, τοῖς ἐξ ἐθνῶν, καὶ δὴ καί φησι· Πάντα μὲν ὑμῖν τὰ ἐσόμενα, καὶ ὅτι κληθήσεσθε μὲν κατὰ καιροὺς εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, διήγγελκά τε καὶ ἔφην ἐγώ· ἕτερος δὲ τίς ταῦτα ὑμῖν ἀπαγγελεῖ, ἤγουν ὁρᾶται διειρηκώς; Ἀγαγέτωσαν τοὺς μάρτυρας αὐτῶν, καὶ δικαιωθήτωσαν, καὶ εἰπάτωσαν ἀληθῆ, καὶ ἀκουσάτωσαν. Ἐγὼ μὲν γὰρ, φησὶ, λελάληκα διὰ προφητῶν· προεκήρυξα τὰ ἐσόμενα κατὰ καιροὺς, δι' ἀνδρῶν ἁγίων, καὶ ἔχω μάρτυρας τοῦ προειδέναι τὰ ἐσόμενα τοὺς ταῖς ἐμαῖς διακονησαμένους φωναῖς. Τίνες δ' ἂν μαρτυρήσειαν τοῖς δαίμοσιν, ἤτοι τοῖς ἀψύχοις εἰδώλοις, ὡς εἰρηκόσι τοιοῦτον δι' αὐτῶν; Πλεῖστοι μὲν γὰρ οἱ παρ' Ἕλλησι λογάδες εἰσὶ καὶ ποιηταὶ, ἔφη δ' ὅλως ἐξ αὐτῶν οὐδεὶς ὡς παρά γε τῶν ἰδίων θεῶν, ὅτι ταῦτα συμβήσεται κατὰ καιροὺς αὐτοῖς· οὔτε μὴν ἐπαθρήσαι τις ἂν προαπηγγελκότα τινὰ τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν, ὅτι τῆς πεπορισμένης αὐτῷ δόξης ἐκ πλεονεξίας ἐξωσθήσεται κατὰ καιροὺς ὁ Σατανᾶς, ἤγουν ὅτι καταφαιδρυνθήσεται διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν ἡ ὑπ' οὐ-

Cum semel gentium, vel eorum qui vocati sunt per fidem ad agnitionem veritatis, mentionem fecerit : contexit quamdam viam et rationem mystagogiæ, qua non parum suggillat errorem dæmoniorum, et idolorum effictionem omnino nihil esse C declarat. Nam scire omnia, et quæ ab initio sunt usque ad finem, soli ei qui secundum naturam Deus est competit. Omnis enim ab illo est cognitio, et omnis fons est scientiæ, et in illo omnes sunt thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi, secundum id quod scriptum est. Si quis autem posterorum futurus sit scientia præditus, ex ipsius revelatione videtur hoc doni accepisse. Pergit itaque porro, ut dixi, cum ethnicis agere, **565** et inquit : Omnia vobis quæ sunt futura, et quod vocandi sitis tempore suo ad agnitionem veritatis, annuntiavi ego, et dixi : at quis alius hæc vobis annuntiabit, aut dixisse visus est? Adducant testes suos, et justi reddantur, et dicant vera, et audiant. Ego enim, inquit, loeutus sum per prophetas. Proclamavi ante D per sanctos prophetas, quæ successu temporum eventura erant, et testes habeo, me prævidisse futura, eos, qui ministerio, meo jussu, functi sunt. At qui testes erunt dæmonibus, aut inanimis idolis, quod aliquid ejusmodi dixerint? Nam plurimi erant oratores et poetæ apud Græcos : at eorum nemo prorsus dixit tanquam a suis diis, hæc illis, temporibus suis, eventura. Neque videre licet quemquam Græcorum sapientum, prænuntiasse, Satanam propter tyrannidem, suo tempore, a gloria ei tributa, depellendum : aut quod illustrandus sit fide in Christum orbis terrarum, et quod vocandæ essent

[54] Psal. xxi, 19. [55] Psal. cxxxviii, 12. [56] Rom. v, 20.

Digitized by Google

ad agnitionem ejus gentes : aut quod tenebræ idolatriæ facesserent, et in orbe terrarum obtineret veritas. Adducant ergo testes suos, et ostendant ac dicant vera : et si hoc fiat, audiant eos, obsequantur, et collaudent, quod grex dæmoniorum, rerum futurarum notitia sit ditatus. Sed nullus illis testis adest : neque est rerum futurarum index. Erraverunt siquidem extra controversiam, qui eos putant deos esse. Sunt enim profani, et seductores, et scurræ.

VERS. 10. *Estote mihi testes, et ego testis, dicit Dominus Deus, et puer quem elegi, ut scialis, et credatis, et intelligatis, quia ego sum. Ante me quoque non fuit alius deus, et post me non erit.*

Cum dixisset nihil testimonio suffragaturum impuris dæmonibus, vel operibus manuum hominis, quod futura sciant, pergit suos prophetas affari, et inquit : Estote mihi testes, locutus enim sum per vos cognitionem futurorum; meus Spiritus in vobis emicuit. Itaque vos meæ gloriæ et divinæ eminentiæ testes citabo. Testificabor et mihi ipse, et Filius quem elegi. Simile huic est, quod Servatoris nostri voce dictum est **566** Judæis : « Si ego testimonium fero de meipso, testimonium meum verum est, quia scio unde sum, et quo vado[56]. » Et rursus : « Ego testimonium fero de meipso, et testimonium fert de me, qui misit me Pater[57]. » Digna est ergo fide Dei vox, quæcunque velit de sua gloria et excellentia dicere. Sequitur autem secundo loco, sanctorum virorum suffragium et cognitio, quæ ei reddit quæcunque naturæ omnes naturas superanti conveniunt. Propterea cum testes sanctos assumpsisset prophetas, ulterius pergit, et ad id quod extra controversiam est minimeque vanum, ad seipsum, inquam, et ad proprium Filium. Sufficit enim, ut dixi, ad fidem cordatis hominibus vox Dei. « Hæc locutus sum, inquit, vobis, non frustra, sed ut sciatis, et credatis, et cognoscatis, quod ego sum[58]. » Per cognitionem enim fides est, et per fidem cognitio. Nisi enim, inquit, credideritis, non intelligetis. Credite autem, ante me non fuisse alium Deum, et post me non futurum. Neque enim erat præter ipsum Deus alius, sed ipse omnium principium, et supra omnem mentem, et post illum non erit. Manet enim idem, et naturam habet invariabilem, et prærogativam in omnes inviolabilem, regnumque perpetuum. Nam qui principium essentiæ non habet, ad quem finem perget?

VERS. 11-13. *Ego Deus, et non est præter me qui servet. Annuntiavi, et servavi, et exprobravi, et non erat in vobis alienus. Vos mihi testes : et ego testis, dicit Dominus Deus ab initio : et non est, qui de manibus meis eruat. Faciam, et quis avertet?*

[56] Joan. VIII, 14. [57] ibid. 18. [58] Joan. X, 38.

A ρᾳδὸν, καὶ κεκλήσονται τὰ ἔθνη πρὸς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ, εἶτ' οὖν ὅτι τὸ τῆς εἰδωλολατρίας οἰχήσεται σκότος, καὶ κρατήσει τῆς ὑπ' οὐρανὸν ἡ ἀλήθεια. Ἀγαγέτωσαν τοίνυν τοὺς μάρτυρας αὐτῶν, καὶ δειξάτωσαν εἰπόντας ἀληθῆ. Κἂν ἢ τοῦτο γένοιτο, ἀκουσάτωσαν αὐτῶν, τοῦτ' ἔστιν, ἀκολουθήτωσαν, καὶ συναινείτωσαν, ὅτι καὶ ἡ τῶν δαιμονίων ἀγέλη τὴν τῶν ἐσομένων γνῶσιν καταπλουτεῖ. Ἀλλ' οὐδεὶς ὁ ἐκείνοις μαρτυρήσας ἐστὶν, οὔτε μὴν τῶν ἐσομένων ἐξαγγελεύς. Πεπλάνηνται δὴ οὖν ὁμολογουμένως οἱ θεοὺς εἶναι νομίσαντες αὐτούς· εἰσὶ γὰρ βέβηλοι, καὶ ἀπατεῶνες καὶ βωμολόχοι.

Γένεσθέ μοι μάρτυρες, κἀγὼ μάρτυς, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, καὶ ὁ παῖς ὃν ἐξελεξάμην, ἵνα γνῶτε, καὶ πιστεύητε, καὶ συνῆτε ὅτι ἐγὼ εἰμί. B *Καὶ ἔμπροσθέν μου οὐκ ἐγένετο ἄλλος θεὸς, καὶ μετ' ἐμὲ οὐκ ἔσται.*

Εἰπὼν, ὅτι μαρτυρήσειεν ἂν οὐδὲν τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν, ἤγουν τοῖς ἔργοις τῶν ἀνθρωπίνων χειρῶν τὸ εἰδέναι τὰ ἐσόμενα, τοῖς ἑαυτοῦ προφήταις προδιαλέγεται, καί φησιν· Γένεσθέ μοι μάρτυρες. Λελάληκα γὰρ δι' ὑμῶν, καὶ τῶν ἐσομένων τὴν γνῶσιν, τὸ ἐμὸν ὑμῖν ἐνήστραψε Πνεῦμα. Οὐκοῦν τῆς ἐμαυτοῦ δόξης καὶ θεοπρεποῦς ὑπεροχῆς παροίσω μάρτυρας. Μαρτυρήσω δὲ ἐμαυτῷ, καὶ ὁ Παῖς ὃν ἐξελεξάμην. Ὅμοιον τούτῳ τὸ διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν φωνῆς εἰρημένον πρὸς Ἰουδαίους· « Ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθής ἐστιν, ὅτι οἶδα πόθεν εἰμὶ καὶ ποῦ ὑπάγω. » Καὶ πάλιν· « Ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ C ἐμαυτοῦ, καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με Πατήρ. » Ἀξιόχρεως γὰρ ἡ Θεοῦ φωνὴ πρὸς πίστιν ὧν ἂν βούλοιτο λέγειν περὶ τῆς ἑαυτοῦ δόξης καὶ ὑπεροχῆς. Ἕπεται δὲ κατὰ λόγον δεύτερον, καὶ ἡ παρὰ τῶν ἁγίων ψῆφος, καὶ σύνεσις ἀπονέμουσα αὐτῷ τὰ ὅσαπερ ἂν πρέποι τῇ πασῶν ἐπέκεινα φύσει. Διὰ τοῦτο μάρτυρας παραλαβὼν τοὺς ἁγίους προφήτας, ἐπὶ τὸ μεῖζον ἄνεισι καὶ ἀψευδὲς ὁμολογουμένως, ἑαυτὸν, φημὶ, καὶ τὸν ἴδιον Υἱόν. Ἀπόχρη γὰρ, ὡς ἔφην, εἰς πίστιν ἅπασαν τοῖς ἀρτίφροσιν ἡ Θεοῦ φωνή. « Ταυτὶ δὲ λελάληκα πρὸς ὑμᾶς, φησὶν, οὐ μάτην, ἀλλ' ἵνα γνῶτε, καὶ πιστεύσητε, καὶ συνῆτε ὅτι ἐγὼ εἰμί. » Διὰ γὰρ γνώσεως ἡ πίστις, διὰ δὲ τῆς πίστεως ἡ σύνεσις. Ἐὰν γὰρ μὴ πιστεύσητε, οὐδ' οὐ μὴ συνῆτε, φησί· πιστεύσητε δὲ ὅτι ἔμπροσθέν μου οὐκ D ἐγένετο ἄλλος Θεὸς, καὶ μετ' ἐμὲ οὐκ ἔσται. Οὔτε γὰρ πρὸ αὐτοῦ Θεὸς ἦν ἕτερος, ἀλλὰ αὐτὸς ἡ πάντων ἀρχὴ καὶ παντὸς ἐπέκεινα νοῦ, καὶ μετ' αὐτὸν οὐκ ἔσται. Μένει γὰρ ὁ αὐτὸς, καὶ ἀναλλοίωτον ἔχει τὴν φύσιν, καὶ ἀκράδαντον τὴν κατὰ πάντων ὑπεροχὴν, καὶ διηνεκῆ βασιλείαν. Ὁ γὰρ ἀρχὴν οὐκ ἔχων τοῦ εἶναι, πρὸς ποῖον δραμεῖται τέλος;

Ἐγὼ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστι παρὲξ ἐμοῦ σώζων. Ἀνήγγειλα, καὶ ἔσωσα. Ὠνείδισα, καὶ οὐκ ἦν ἐν ὑμῖν ἀλλότριος. Ὑμεῖς ἐμοὶ μάρτυρες, καὶ ἐγὼ μάρτυς, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, ὅτι [al. ἔτι] *ἀπ' ἀρχῆς, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἐκ τῶν χειρῶν μου ἐξαιρούμενος. Ποιήσω, καὶ τίς γε μὴν ἀποστρέψει;*

Digitized by Google

Μαρτυρήσατε, φησίν, ὅτι ἐγὼ μόνος ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, οὐδενὸς πρὸ ἐμοῦ γεγονότος, οὔτε μὴν ἐσομένου μετ' ἐμέ. Μόνος γάρ εἰμι ὁ σώζων ἐγὼ, καὶ τοῦτο ὑμῖν ἔκπαλαι προσήγγελκα, καὶ τὸ λαληθὲν ἤγαγον εἰς πέρας. Διέσωσα γὰρ ἐν Χριστῷ· ὠνείδισα, καὶ οὐκ ἦν ἐν ὑμῖν ἀλλότριος. Ἐπελανθάνοντο μὲν γὰρ κατὰ καιροὺς οἱ ἐξ Ἰσραὴλ τῶν ἱερῶν θεσπισμάτων, τῶν διά γέ φημι τοῦ πανσόφου Μωσέως, καὶ φιλήδονοι μᾶλλον ἦσαν οἱ φιλόθεοι. Εἶτα ῥᾳθυμίας πραττόμενοι λόγους, κατεκινδύνευον ἑσθ' ὅτε πολεμίων αὐτοῖς ἐπαφιεμένων. Ἀλλ' ἐν τῷ τῆς θλίψεως καιρῷ τὸν ἀεὶ σώζοντα καλεῖν ἐπεχείρουν εἰς ἐπικουρίαν. Καὶ τοῦτο αὐτοῖς ὠνείδισα, διὰ τῆς Ἱερεμίου φωνῆς λέγων· « Καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῶν κακῶν αὐτῶν ἐροῦσιν· Ἀνάστα, καὶ σῶσον ἡμᾶς. Καὶ ποῦ εἰσιν οἱ θεοί σου, οὓς ἐποίησας σεαυτῷ; Εἰ ἀναστήσονται, καὶ σώσουσί σε ἐν καιρῷ τῆς κακώσεώς σου; » Θὸκοῦν ὠνείδισα πλειστάκις ὑμῖν τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, καὶ μεμαθήκατε διὰ πείρας, ὅτι οὐκ ἦν ἐν ὑμῖν Θεὸς, ἀλλότριος δηλονότι. Σέσωκε γὰρ ὑμᾶς ἐκείνων οὐδείς. Εἰμὶ τοιγαροῦν μόνος ὁ σώζων ἐγώ. Διὸ δὴ μαρτυρήσατε, κἀγὼ δὲ μάρτυς ἐμαυτοῦ γενήσομαι, λέγει Κύριος ὁ Θεός. Ἤγουν κατ' ἐκεῖνο· « Πᾶς οὖν ὅστις ὁμολογήσει ἂν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ. » Μαρτυρήσατε δὴ οὖν ὅτι ἐγὼ εἰμὶ ἔτι ἀπ' ἀρχῆς, τοῦτ' ἔστιν, ὁ ἀπ' ἀρχῆς εἰς δεῦρο προαπαγγέλων τε τὰ ἐσόμενα, καὶ σώζειν ἀκονητὶ δυνάμενος τοὺς τὴν πρὸς ἐμὲ διψῶντας οἰκείωσιν. Σώζων δὲ οὕτως, ὡς δύνασθαι παντελῶς οὐδένα τῶν ἐμῶν ἐξαρπάσαι χειρῶν τὸν ἅπαξ προειλημμένον. Οὐκ ἔστι γὰρ ὁ ἐκ τῶν χειρῶν μου, φησίν, ἐξαιρούμενος. Ποιήσω, καὶ τίς ἀποστρέψει αὐτό; Πεποίηκα γὰρ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν, φησίν, ἤτοι, σέσωκα τοὺς πλανωμένους. Καὶ τίς τοῦτο μεταβαλεῖ, ἤγουν μεταστήσει πρὸς τὸ μὴ οὕτως ἔχειν. Ὅτι γὰρ ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ χειρὸς οὐδεὶς ἁρπάσει τοὺς παρ' αὐτοῦ σεσωσμένους, πιστώσεται λέγων αὐτὸς ὁ Σωτήρ· « Τὰ πρόβατα, τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούουσι, κἀγὼ γινώσκω αὐτὰ, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι· κἀγὼ δίδωμι αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὐ μὴ ἀπόλωνται εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ οὐ μὴ ἁρπάσῃ τις αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου. Ὁ Πατήρ μου, ὃς δέδωκέ μοι, πάντων μείζων ἐστὶ, καὶ οὐδεὶς δύναται ἁρπάζειν ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Πατρός μου. » Τοῦτ' ἔστιν ἐναργῶς τὸ γεγραμμένον· « Οὐκ ἔστιν ὁ ἐκ τῶν χειρῶν μου ἐξαιρούμενος. »

A Testes estote, inquit, quod ego solus universorum Deus, nec fuit quisquam præter me, nec post me futurus est. Solus enim sum ego qui servo, et hoc vobis jam olim prænuntiavi, et quod dictum est, ad finem perduxi. Servavi enim in Christo, exprobravi, et non erat in vobis alienus. Obliti enim erant ad tempus Israelitæ sacrorum vaticiniorum, quæ, inquam, per sapientissimum Moysen sunt prodita; et voluptatis amantiores erant, quam Dei. Deinde otii sui pœnas dantes, interdum, hostibus ipsos invadentibus, periclitati sunt. Verum afflictionis tempore, ejus qui semper servat, conati sunt auxilium implorare. Hoc, inquit, illis exprobravi voce Jeremiæ, dicens : « Et tempore malorum suorum dicent : Surge, et serva nos. Et ubi sunt **567**
B dii tui, quos fecisti tibi ipsi? Surgentne et servabunt te, tempore afflictionis tuæ [58]? » Itaque exprobravi sæpe vobis, qui estis ex sanguine Israel, et usu didicistis et experientia, non fuisse inter vos Deum, alienum videlicet. Servavit enim vos eorum nullus. Sum igitur solus ego servator. Quare testificamini, et ego testis mihi ipsi ero, dicit Dominus Deus. Nimirum juxta illud : « Quisquis ergo confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego illum coram Patre meo qui est in cœlis [59]. » Testificamini igitur, quod ego futura prænuntiem, ab initio hucusque, et servare queam citra pulverem, eos qui meam familiaritatem et consortium sitiunt. Et ita servo, ut nemo unquam possit e manibus meis eripere, quem semel ante cepi et occupavi. Non est
C enim, inquit, qui de manibus meis eruat. Faciam, et quis avertet illud? Effeci enim, inquit, vocationem gentium, aut, servavi errantes. Et quisnam hoc mutabit? aut transferet, ut ita se non habeat? Nam quod nemo rapiet e Dei manibus eos, qui ab ipso servati sunt, confirmabit ipse Servator, dicens : « Oves meæ vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me, et ego do illis vitam æternam, nec peribunt in æternum, nec quisquam rapiet eas de manu mea. Pater meus, qui dedit mihi, omnium maximus est, et nemo potest rapere de manu Patris mei. » Id plane est, quod scriptum est : « Non est qui ex manibus meis eruat [60]. »

D Οὕτως λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ὁ λυτρούμενος ὑμᾶς, ὁ ἅγιος Ἰσραήλ· Ἕνεκεν ὑμῶν ἀποστελῶ εἰς Βαβυλῶνα, καὶ ἐπεγερῶ πάντας φεύγοντας, καὶ Χαλδαῖοι ἐν πλοίοις δεθήσονται.

VERS. 14. *Sic dicit Dominus Deus, qui redimit vos, sanctus Israel : Propter vos mittam in Babylonem, et suscitabo cunctos fugientes, et Chaldæi navibus vincientur.*

Διὰ τῶν ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένων οὐκ ἀγεννῆ παραίνεσιν ἐξυφήνας τοῖς ἐξ ἐθνῶν κεκλημένοις εἰς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ, καὶ διαδείξας ὅτι μόνως ἔχει τῶν τε ἐν ἀρχαῖς, καὶ διὰ μέσου, καὶ τελευταίων τὴν γνῶσιν, καὶ μὴν ὅτι παρ' αὐτὸν ἕτερος οὐδείς ἐστι παντελῶς ὁ διασῶσαι δυνάμενος, καὶ βεβαίαν ἐν αὐτοῖς διὰ τούτων ἐνιδρύσας τὴν πίστιν, μεθίστησι τοὺς λόγους ἐπὶ τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, καὶ πειρᾶται πληρο-

Cum ex illis quæ modo dicta sunt, haud enervem exhortationem contexuisset, ad eos, qui ex gentibus vocati erant, ad ipsius agnitionem, et declarasset solum habere se omnium, et quæ ante initium fiunt, et in medio et in fine, notitiam : nec esse omnino alium quemquam, qui servare posset, et firmam ac solidam in illis per hæc fidem constabilire : transfert orationem ad sanguine Israelitico oriundos, et

[58] Jer. II, 27, 28. [59] Matth. X, 32. [60] Joan. X, 16-18.

Digitized by Google

persuadere nititur se omnipotentem esse, et mira- culorum effectorem, rerumque naturas suo nutui cedere, et ipsa mundi elementa subservire, ac quidquid **568** ipse velit, hoc omnino perfici, nulla re impediente. Etenim opus, opus, inquam, erat Israelitis maxima illuminatione, et hortatibus et monitis, quæ stabilem constantemque ipsorum mentem redderent. Cæterum cum delaberentur ad quæ fas non erat, et ad alios deos declinarent, idolis et militiæ cœli sacrificarunt, sicuti scriptum est : instituit igitur illis prædictionem futurorum, et Babyloniorum calamitates artificiosissime ante detegit : ipsos quidem fore apud eos captivos præsignificans : illos tamen propter ipsos passuros indignissima, ut dixi, præmonstrans. Et quia de rebus maximis ad eos habebatur oratio, necessario potentiæ suæ incomparabilem gloriam, et fortitudinis eminentiam ostendit, inquiens : Sic dicit Dominus Deus, qui redemit vos, sanctus Israelis. Ut enim vetera facta, in liberatione, inquam, Ægyptiaca, illis revocaret in memoriam, quando magna miraculorum ac ostentorum multitudo ipsius gloriæ testis fuit, propterea se Dominum Deum nominavit, et Redemptorem esse confirmavit. Atque hæc quidem hactenus. Quid est autem illud futurum? Propter vos mittam, inquit, in Babylonem. Cepit enim Babylonius captivum Israelem, et de patria sede deturbavit, imo potius universam Judæorum regionem una cum celebratissimo templo incendit, et ad montes Persarum ac Medorum transtulit. Cumque eo decidissent miseriæ, septuagesimo anno exacto, misertus est eorum Deus, et contra Chaldæos excitat Cyrum, Cambysis filium, Persis et Medis suppetias ferentibus ; qui vi Chaldæorum et Babyloniorum terram occuparunt, etiamsi eos ante metuissent, et tyrannicam eorum manum exhorruissent. Habet vero sic traditio : Cyrum magnates quosdam in ea cepisse, dein ferro vinxisse, et per Caspium mare, in loca inaccessa et inculta ablegasse. Suscitatus est autem contra Babylonios Cyrus, Deo incitante, et ei posse superare, concedente. Nam ait voce Isaiæ : « Sic ait Dominus uncto meo Cyro, cujus dexteram apprehendi, ut subjiciantur ei gentes [61]. » Et iterum : « Ego ante te ibo, et montes complanabo, portas æneas conteram, et vectes **569** ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros tenebrosos, absconditos, qui non videntur, aperiam tibi [62]. » Nam quandoquidem Babylonii acri et impotenti ira contra Israelitas concitati, Deum offenderant : ideo et ipsi dediti sunt Persis et Medis, qui erga illos quoque intoleranda usi sunt inhumanitate. Dictum est scilicet Babyloni a quodam e sanctis prophetis : Quemadmodum fecisti, sic erit tibi : retributio tua retribuetur in caput tuum. Vestra igitur causa, inquit, o Israel, mittam in Babylonem. At quem mittam? Annon sane celebrem illum Cyrum ejusque copias? Illud, mittam, significat, legabo, aut, emittam. Excitabo quoque in eos, qui olim fugerant,

φορεῖν ὡς ἔστι παναλκὴς, καὶ θαυματουργὸς, καὶ ὅτι τοῖς αὐτοῦ νεύμασιν αἱ τῶν πραγμάτων εἴκουσι φύσεις· ὑπηρετεῖ δὲ καὶ αὐτὰ τὰ τοῦ κόσμου στοιχεῖα, καὶ ὅπερ ἂν αὐτὸς ἐθελήσει, τουτὶ δὴ πάντως διαπεραίνεται, παρὰ πόδας κειμένου μηδενός. Ἔδει γὰρ, ἔδει τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ πλείστης τε ὅσης φωταγωγίας καὶ τῶν εἰς ἑδραιότητα νοῦ καθιστάντων αὐτοὺς παραινέσεών τε καὶ ὑπομνημοσυνῶν, ἐπεί τοι παρῳλισθον ἐφ' ἃ μὴ θέμις, καὶ θεοῖς ἑτέροις προσνεύσαντες, κατατεθύκασιν εἰδώλοις, καὶ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, καθὰ γέγραπται· ποιεῖται τοίνυν αὐτοῖς τῶν ἐσομένων τὴν προαγόρευσιν, καὶ τὰς τῶν Βαβυλωνίων προεκκαλύπτει συμφορὰς, εὐτελεχνέστατα λίαν, ὡς ἔσονται μὲν αὐτοὶ παρ' ἐκείνων αἰχμάλωτοι προκαταδεικνύς· πείσονται δὲ ὅτι τὰ πάντων αἴσχιστα δι' αὐτοὺς προαναφωνῶν, ὡς ἔφην. Ἐπειδὴ δὲ περὶ μεγίστων πραγμάτων ὁ πρὸς αὐτοὺς ἐγίγνετο λόγος, ἀναγκαίως τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως τὴν ἀπαράβλητον δόξαν, καὶ μὴν τῆς ἰσχύος τὴν ὑπερβολὴν καταδείκνυσι λέγων· Οὕτως λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ λυτρούμενος ὑμᾶς ὁ ἅγιος Ἰσραήλ. Ἵνα γὰρ εἰς ἀνάμνησιν αὐτοὺς ἀποκομίσῃ τῶν πάλαι, τῶν ἐπί γε φημι τῇ λυτρώσει τῇ ἐξ Αἰγύπτου γενομένῃ, ὅτε καὶ πολλὴ τερατουργημάτων πληθὺς μεμαρτύρηκεν αὐτοῦ τῇ δόξῃ, διὰ τοῦτο Κύριον τὸν Θεὸν ἑαυτὸν ὀνομάσας, καὶ λυτρωτὴν εἶναι διεβεβαιώσατο. Καὶ ταυτὶ μὲν ἐν τούτοις. Τί δὲ δὴ τὸ ἐσόμενον; Ἕνεκεν ὑμῶν ἀποστελῶ, φησὶν, εἰς Βαβυλῶνα. Εἶλε μὲν γὰρ ὁ Βαβυλώνιος αἰχμάλωτον τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τῆς ἐνεγκούσης ἐξαναστήσας, μᾶλλον δὲ κατεμπρήσας ἅπασαν τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν ὁμοῦ τῷ διαβοήτῳ νεῳ, μετέστησεν εἰς τὰ ὄρη Περσῶν τε καὶ Μήδων. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς εἰς τοῦτο πεσοῦσι ταλαιπωρίας ἑβδομηκοστὸν ἔτος διεπεραίνετο, κατηλέει Θεὸς αὐτοὺς, καὶ δὴ κατεξανίστησι τῶν Χαλδαίων Κῦρον τὸν Καμβύσου συνασπιζόντων Περσῶν καὶ Μήδων· οὗτοι κατὰ κράτος εἷλον τὴν τῶν Χαλδαίων, ἤτοι τὴν Βαβυλωνίων, καίτοι πάλαι δεδιότες αὐτοὺς, καὶ πλεονεκτοῦσαν αὐτῶν τὴν χεῖρα παραιτούμενοι. Ἔχει δὲ ἡ παράδοσις ὅτι τῶν μεγιστάνων ἐν αὐτῇ τινας ὁ Κῦρος ἑλὼν, εἶτα σιδήρῳ καταδεσμεύσας, διὰ τῆς Κασπίας θαλάσσης εἰς ἀβάτους καὶ ἀοικήτους ἐξέπεμψε χώρας. Κατεγήγερται δὲ τῶν Βαβυλωνίων ὁ Κῦρος Θεοῦ καταθήγοντος, καὶ τὸ δύνασθαι κρατεῖν ἐκνεμηκότος αὐτῷ. Ἔφη γάρ που πρὸς αὐτὸν διὰ τῆς Ἡσαΐου φωνῆς· « Οὕτως λέγει Κύριος τῷ Χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη. » Καὶ πάλιν· « Ἐγὼ ἔμπροσθέν σου πορεύσομαι, καὶ ὄρη ὁμαλιῶ, θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνθλάσω· καὶ δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινοὺς, ἀποκρύφους, ἀοράτους, ἀνοίξω σοι. » Ἐπειδὴ γὰρ οἱ Βαβυλώνιοι κατὰ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ δεινῷ καὶ ἀκράτῳ θυμῷ χρησάμενοι προσκεκρούκασι Θεῷ, διὰ τοῦτο δέδονται καὶ αὐτοὶ Πέρσαις τε καὶ Μήδοις, οἳ καὶ ἀφορήτοις ἀπανθρωπίαις ἐχρήσαντο κατ' αὐτῶν. Εἴρηται γοῦν πρὸς τὴν Βαβυλῶνα δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· Καθὼς

[61] Isa. XLV, 1. [62] ibid. 2, 3.

Digitized by Google

ἐποίησας, οὕτως ἔσται σοι· τὸ ἀνταπόδομά σου ἀνταποδοθήσεται εἰς κεφαλήν σου. Ὑμῶν τοίνυν ἕνεκα, φησὶν, ὦ Ἰσραὴλ, ἀποστελῶ εἰς Βαβυλῶνα, ἀποστελῶ δὲ τίνα; Ἢ πάντως τὸν ἀοίδιμον Κῦρον, καὶ τὴν ὑπ' αὐτῷ στρατιάν; Τὸ δὲ ἀποστελῶ τὸ ἐπιπέμψω δηλοῖ. Ἐπεγερῶ δὲ αὐτοῖς καὶ πάντας τοὺς πάλαι φεύγοντας, εἴκοντάς τε αὐτοῖς καὶ δεδιότας ὡς μαχητὰς, καὶ ἀλκιμωτέρους. Καὶ Χαλδαῖοι ἐν πλοίοις δεθήσονται. Ὡς γὰρ ἔφην φθάσας, καὶ αὐτοὶ μετῳκίσθησαν εἰς ἀπῳκισμένας καὶ ἀβάτους χώρας, τὴν καλουμένην Κασπίαν διαπλεύσαντες θάλασσαν. Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ ἑτέρα φέρεται γραφή. Χαλδαῖοι γὰρ, φησὶν, οὐκ ἐν πλοίοις μᾶλλον, ἀλλ' ἐν κλοιοῖς δεθήσονται. Σέσωκε δὲ καὶ νοητῶς ἅπαντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Κύριος τὰ τῶν δαιμονίων καταργήσας στίφη, καὶ τὴν ἄμαχον αὐτοῦ καὶ ὑπερφυᾶ δύναμιν κατεξαναστήσας αὐτῶν, τοῦτ' ἔστι Χριστόν. Οὕτω γὰρ ἡμᾶς αἰχμαλώτους ὄντας ἐλυτρώσατο, καὶ τοῖς ἐκείνου θελήμασιν οἱονεὶ θητεύοντας ἀπέφηνεν ἐλευθέρους, καὶ ὡς ἐκ βαρβάρου γῆς ἀποστάσας ἐπανήγαγεν εἰς τὴν νοητὴν Ἰουδαίαν, ἥτις ἐστὶν ἡ Ἐκκλησία ἣν αὐτὸς αὐτῷ περιεποιήσατο, κηλίδος ἁπάσης ἀπαλλάξας καὶ μολυσμῶν, ἁγίαν τε καὶ ἄμωμον ἀποφήνας.

A et cesserant illis, et velut bellatores ac fortiores memerant. Et Chaldæi navibus vincientur. Nam, ut supra dixi, et ipsi transportati sunt in remota et inaccessa loca, transmisso mari quod Caspium dicitur. Sciendum autem, aliam circumferri scripturam. Chaldæi enim, inquit, non in πλοίοις, id est, navibus, sed in κλοιοῖς, hoc est, torquibus seu ligaminibus vincientur. Servavit autem etiam intelligibiliter omnes terræ incolas universorum Servator et Dominus, catervis dæmonum profligatis et deletis, et invicta sua et supernaturali potentia, hoc est, Christo, contra eos excitato. Sic enim nos captivos redemit, et servientes veluti eorum voluntatibus, liberos effecit, et veluti e barbara terra ereptos, in terram intelligentia ac mente perceptam Judæam, quæ est B Ecclesia, adduxit, quam ipse sibi acquisivit, ab omni labe et contaminationibus liberavit, et sanctam ac immaculatam reddidit.

Ἐγὼ Κύριος, ὁ Θεὸς ὑμῶν, ὁ ἅγιος, ὁ καταδείξας Ἰσραὴλ βασιλέα ὑμῶν.

Τὰ μεγάλα καὶ ἐξαίρετα τῶν πραγμάτων καὶ ἀπιστεῖται πολλάκις, ὅταν ἔσεσθαι προαγγέλλωνται. Ταύτητοι καὶ σφόδρα εἰκότως ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὅτε τι τοιοῦτον ἐπαγγέλλεται, πρὸς πίστιν τοῦ ἀκροωμένου τὴν ἑαυτοῦ δόξαν ἐμφανῆ καθιστὰς, Κύριόν τε τῶν ὅλων καὶ Θεὸν ἑαυτὸν ὀνομάζει. Τί δ' ἂν γένοιτο τὸ ἀντιστατοῦν τό γε οὕτως ἔχοντι φύσεώς τε καὶ δόξης; Ὅταν τοίνυν ὑμῖν προαγορεύω, φησὶν, οὐ καθ' ἕνα καὶ αὐτός εἰμι τῶν ψευδωνύμων θεῶν, οἳ μηδὲν ὄντες παντελῶς, οὐδ' ἂν ἐργάσαιντό τι μικρὸν ἢ μέγα· εἰμὶ δὲ μᾶλλον Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ ἐν ὑμῖν ἅγιος, τοῦτ' ἔστι, σεπτὸς, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐξῃρημένος, καὶ ἀμάχοις νεύμασιν ἃ ἂν βούλωμαι κατορθῶν. Εἰμὶ δὲ ὁ καταδείξας Ἰσραὴλ βασιλέα ὑμῶν. Τοῦτο διχῇ νοητέον· ἢ γὰρ ἐκεῖνο φησὶν· Ὡς ἐγώ εἰμι ὁ καταδείξας ἐμαυτὸν διὰ πολλῶν σημείων, καὶ τῆς ὑπὲρ λόγον ἀλκῆς τε καὶ ἐξουσίας βασιλέα ὑμῶν· ἤγουν ἕτερόν τι διὰ τούτου καταδηλοῦν ὑποτοπητέον· Ἰσραὴλ καὶ μέν τοι καὶ Ἰακὼβ παρὰ ταῖς θείαις ὠνόμασται Γραφαῖς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καθάπερ ἀμέλει καὶ Δαβίδ· διά τοι τὸ ἐκ σπέρματος εἶναι κατὰ σάρκα τῶν ὠνομασμένων. Εἰμὶ τοιγαροῦν, φησὶν, ἐγὼ ὁ καταδείξας τὸν ἐξ αἵματος Ἰακώβ τε καὶ Ἰσραὴλ βασιλέα ὑμῶν. Ἱλεῖστὴν δὲ ὅσην ἔχει τὴν οἰκονομίαν ὁ λόγος. Ἐπειδὴ γὰρ λυτρώσεως μερικῆς ἐποιήσατο μνήμην· ἀνεκομίσθη γὰρ, ὡς ἔφην, ὁ Ἰσραὴλ ἐκ τῆς Βαβυλῶνος εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἀναγκαίως ἐπὶ τὸ μεῖζον ἀσυγκρίτως ἀναβιβάζει τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ διαμέμνηται λυτρώσεως τῆς ἐσομένης διὰ Χριστοῦ, καὶ οὐ μερικῆς ἔτι, καὶ ὡς ἐπ' ἔθνους ἑνὸς, καθὰ καὶ πάλαι, γενικώτερον δὲ μᾶλλον καὶ κατὰ παντὸς ἰούσης τῆς ὑπ' οὐρανόν. Ὅτι δὲ οὐκ ἀθαύμαστον τοῦ Χριστοῦ τὸ μυστήριον διὰ τὴν τῆς οἰκονομίας ὑπερβολὴν, καὶ τὸ τῆς εἰς ἡμᾶς ἡμερότητος μέγεθος, ἐνδοιάσειεν ἂν οὐδεὶς τῶν γε ἅπαξ εἰδότων αὐτό. Θεὸς γὰρ ὢν φύσει, καὶ

Vers. 15. *Ego Deus vester sanctus, qui ostendi Israel regem vestrum.*

Magna et eximia quæ sunt, sæpe, cum fore prænuntiantur, parum creduntur. Ideirco, et sane merito, universorum Deus, cum tale quidpiam promittat, ad fidem faciendam auditoribus, suam gloriam manifestam facit et perspicuam, et se Dominum universorum ac Deum nominat. Quid illi qui eam naturam habet, et tantam gloriam, poterit resistere? Quando igitur vobis prænuntio aliquid, inquit, non sum e numero falso nuncupatorum deorum, qui plane nihil sunt, nec quidquam seu parvum seu magnum efficere poterunt: at sum Dominus Deus, inter vos sanctus, id est, augustus, et præ aliis omnibus eximius et invictus, **570** et inexpugnabilis, quidquid vel nutu volo efficere. Et sum, qui ostendi Israel regem vestrum, hoc dupliciter intelligendum. Vel enim illud inquit: Ego sum, qui ostendi meipsum regem vestrum multis signis, et fortitudine et potentia, quæ verbis exprimi non potest: vel aliud quiddam significari hic credendum est, Israelem scilicet et Jacob dici in divinis Litteris, Dominum nostrum Jesum Christum, quemadmodum videlicet et David: ex eo quod sit ex semine horum secundum carnem, quos diximus, oriundus. Sum igitur, inquit, qui ostendi regem vestrum ortum ex Jacob et Israelis sanguine. Optimam dispositionem habet oratio. Nam postquam mentionem fecisset liberationis particularis, reductus est enim, ut dixi, Israel ex Babylone in Judæam: ad incomparabiliter majora extendit promissionem, et commemorat liberationem quæ per Christum futura est, non particularem jam, aut quæ velut unius sit gentis, ut olim, sed quæ latius pateat, et quæ universum orbem terrarum pervadat. Christi autem mysterium admirabile esse, propter dispensationis eminentiam, et erga nos placabilitatis magnitudinem, nemo eorum qui illud semel

Digitized by Google

noverunt, est qui ambigat. Deus enim natura, et ex Deo Patre, cum illuxisset Unigenitus, exinanivit se, formamque servi sumpsit, ut a diaboli tyrannide liberaret eos qui ei subjacebant, suisque sceptris subjiceret. Itaque hoc quidem loco meminit hæc oratio, quasi particularis redemptionis quæ futura esset suo tempore, quæ solis Judaico sanguine ortis data est, et generalis, per Christum scilicet, per quam servavit Deus et Pater totum orbem habitabilem.

A ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ἀναλάμψας ὁ Μονογενὴς, καθίκετο μὲν εἰς κένωσιν, ἔλαβε δὲ δούλου μορφὴν, ἵνα τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἀπαλλάξας τοὺς ὑπ' αὐτῷ κειμένους, τοῖς ἰδίοις ὑπαγάγῃ σκήπτροις. Μέμνηται δὴ οὖν ὁ λόγος ἐν τούτοις, ὡς ἐσομένης κατὰ καιροὺς λυτρώσεως μερικῆς, ἣ μόνοις δέδοται τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, καὶ καθόλου, καὶ γενικωτάτης, διὰ Χριστοῦ δηλονότι, δι' ἧς σέσωκεν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην.

Vers. 16, 17. *Sic dicit Dominus : Qui dat in mari viam, et in aqua vehementi semitam, qui educit currus et equum, et multitudinem robustam. Sed dormierunt, et non resurgent, exstincti sunt ut linum exstinctum.*

Οὕτω λέγει Κύριος· Ὁ διδοὺς ἐν θαλάσσῃ ὁδὸν, καὶ ἐν ὕδατι ἰσχυρῷ τρίβον, ὁ ἐξαγαγὼν ἅρματα, καὶ ἵππον καὶ ὄχλον ἰσχυρόν. Ἀλλ' ἐκοιμήθησαν, καὶ οὐκ ἀναστήσονται, ἐσβέσθησαν ὡς λίνον ἐσβεσμένον.

Bona et utilia, etsi dicantur sæpe a Deo et hominibus, tamen molesta sapientibus nullo modo sunt, sed ad salutem potius necessaria. Hinc Paulus sapientissimus scribit quibusdam per epistolam : « Eadem dicere vobis, mihi quidem non grave est, vobis autem tutum [43]. » Quoniam enim humana mens, insigni quadam socordia corrumpitur, ita ut **571** quandoque in oblivionem veniat eorum quæ a Deo unicuique data sunt : idcirco divina oratio subinde eorum memoriam nobis refricat, nec sinit frigere socordia, sed pietatis amore, et studio omnium bonorum accendit. Ergo, cum redemptus fuisset Israel, plurimis ac incredibilibus beneficiis ei præstitis, deinde vero eorum oblitì, aversi fuissent ad defectionem, et ad eos declinavissent qui dii non erant : necessario Deus redigit illis in memoriam suam potentiam dicens dedisse se viam in mari, et in aqua vehementi semitam. Trajecerunt enim medium mare, cum e regione Ægyptiorum proficiscerentur, et pedibus Jordanem transierunt. Et hanc esse dicimus in aqua vehementi semitam. Quæ admiratus divinus David psallit : « Quid est tibi, mare, quod fugisti? Et tu, Jordanis, quia conversus es retrorsum [43a] ? » Et iterum de Deo : « Convertens mare in aridam, per fluvium transibunt pede [44]. » Itaque dedit in mari viam, et in aqua vehementi semitam, et currus et equum et multitudinem fortem eduxit. Pharao enim persecutus est Israelitico sanguine ortos, curribus et equis usus, et terrifica manu subsidiariorum militum : atqui nullo modo injuriam fecit redemptis. Dormierunt enim, et non resurgent, inquit, sed exstincti sunt, ut linum exstinctum. Nam præfocati sunt aquis, et simul cum equis perierunt, et ut linum quod facile comburitur, ira divina consumpti sunt, et exstincti sine labore, id est, in nihilum abierunt, et veluti in cineres redacti sunt. Linum enim igne facile consumitur, et statim antequam manum verteris, exstinguitur, et flammam parit tenuissimam. Si quis autem dicat : Cum princeps terræ Ægyptiacæ, sua sponte in Israelem incursionem faciat, quomodo ipse universorum Deus, equos et

B Τὰ χρηστὰ καὶ ὀνησιφόρα, κἂν πλειστάκις λαλεῖται παρά τε Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ὀχληρὰ μὲν οὐδαμῶς εἶεν ἂν τοῖς ἀρτίφροσιν, ἀναγκαῖα δὲ μᾶλλον εἰς σωτηρίαν. Ταύτῃτοι καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος ἐπιστέλλει τισί· « Τὰ αὐτὰ λέγειν ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. » Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ πολλῆς ἄγαν ῥᾳθυμίας ὁ ἀνθρώπινος νοῦς καταφθείρεται πρὸς λήθην ἔσθ' ὅτε τῶν δεδωρημένων ἑκάστῳ παρὰ Θεοῦ, διὰ τοῦτο πρὸς ἀνάμνησιν αὐτῶν ἀναβιβάζει πλεισταχοῦ θεῖος ἡμᾶς λόγος, οὐκ ἐῶν εἰσάπαν ἀποψύχεσθαι πρὸς τὸ ῥᾴθυμον, ἀναζωπυρῶν δὲ μᾶλλον εἰς φιλοθείαν, καὶ εἰς παντὸς ἔφεσιν ἀγαθοῦ. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ λελύτρωται ὁ Ἰσραὴλ, πλείστων ὅσων ὑπὲρ αὐτοῦ παραδόξως τετελεσμένων, εἶτα τούτων ἀμνημονήσαντες ἐτράποντο πρὸς ἀπόστασιν, καὶ τοῖς C οὐκ οὖσι θεοῖς φροσνενεύκασιν, ἀναγκαίως αὐτοὺς πρὸς ἀνάμνησιν τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως ἀνακομίζει Θεὸς, δεδωκέναι λέγων ὁδὸν ἐν θαλάσσῃ, καὶ ἐν ὕδατι ἰσχυρῷ τρίβον. Διεβιβάσθησαν γὰρ διὰ θαλάσσης μέσης τῆς Αἰγυπτίων ἀπαίροντες χώρας, διέβησαν δὲ καὶ ποδὶ τὸν Ἰορδάνην. Καὶ ταύτην εἶναί φαμεν τὴν ἐν ὕδατι ἰσχυρῷ τρίβον. Ἃ δὴ καὶ θαυμάσας ὁ θεσπέσιος, ψάλλει Δαβίδ· « Τί ἐστί σοι, θάλασσα, ὅτι ἔφυγες; καὶ σὺ, Ἰορδάνη, ὅτι ἐστράφης εἰς τὰ ὀπίσω; » Καὶ πάλιν περὶ Θεοῦ λέγων· « Ὁ μεταστρέφων τὴν θάλασσαν εἰς ξηρὰν, ἐν ποταμῷ διελεύσονται ποδί. » Οὐκοῦν δέδωκεν ἐν θαλάττῃ ὁδὸν, καὶ ἐν ὕδατι ἰσχυρῷ τρίβον. Ἐξήγαγε δὲ, καὶ ἅρματα, καὶ ἵππον, καὶ ὄχλον ἰσχυρόν. Κατεδίωξε μὲν γὰρ ὁ Φαραὼ τοὺς ἐξ D αἵματος Ἰσραὴλ ἐν ἅρμασί τε καὶ ἵπποις, καὶ δυσαντήτῳ χρώμενος τῇ τῶν συνασπιζόντων χειρὶ, πλὴν κατ' οὐδένα τρόπον νενίκηκε, ἤτουν ἠδίκησε τοὺς λελυτρωμένους. Ἐκοιμήθησαν γὰρ, καὶ οὐκ ἀναστήσονται, φησὶν, ἀλλ' ἐσβέσθησαν ὡς λίνον ἐσβεσμένον. Ἐναπεπνίγησαν γὰρ τοῖς ὕδασιν, ἵπποις τε ὁμοῦ καὶ διολώλασι, καὶ ὡς εὐκατάπρηστον λίνον ὑπὸ θείας ὀργῆς δεδαπάνηνται, καὶ κατεσβέσθησαν ἀμογητὶ, τοῦτ' ἔστι, κεχωρήκασιν εἰς τὸ μηδὲν, καὶ οἷον ἀποτετέφρωνται. Τὸ γάρ τοι λίνον πυρὶ μὲν ἕτοιμον εἰς ἀφανισμὸν, σβέννυται δὲ καὶ χειρὸς ἀφῇ, καὶ ἀδρανεστάτην ὠδίνει φλόγα. Εἰ δὲ δή τις λέγοι, Τοῦ τῆς Αἰγυπτίων ἐξάρχοντος γῆς ἰδίᾳ βουλήσει

[43] Philip. III, 1. [43a] Psal. XI, 3. [44] Psal. LXV, 6.

Digitized by Google

κατατρέχοντες τοῦ Ἰσραὴλ, πῶς αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐξαγαγεῖν λέγεται τοὺς ἵππους, καὶ ἅρματα, καὶ τὸν ὑπ' ἐκείνων στρατόν; Φαμὲν ὅτι εἴρηται πρὸς Φαραὼ παρὰ τοῦ τῶν ὅλων κρατοῦντος Θεοῦ· « Εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου, καὶ ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ. » Καὶ ταυτὶ μὴν εἰρήσθω πάλιν ἱστορικῶς. Φαμὲν δὲ ὅτι τοὺς εὖ βιοῦν ἠρημένους, καὶ τὴν ὑπὸ τῷ διαβόλῳ δουλείαν παραιτουμένους, ἀποφοιτῶντάς τε τῶν περὶ γῆν σπουδασμάτων, καὶ οἷον ἀπαίρειν ἐθέλοντας πάσης ἀκαθαρσίας, δώκει μὲν ὁ πονηρὸς, σώζει δὲ παραδόξως Θεὸς, βάσιμον αὐτοῖς ἀποφαίνων τοῦ παρόντος βίου τὸν κλύδωνα, καὶ ἀῤῥάστῳ δυνάμει διαβιβάζων αὐτοὺς, καὶ τοῖς τοῦ περάντος βίου περισπασμοῖς οὐκ ἐφιεὶς ἐπικλύζειν αὐτοὺς, ἀλλ' ἐπέκεινα σαρκικῶν κυμάτων γενέσθαι παρασκευάζων, ἐξημερῶν δὲ ὥσπερ τινὰ θάλασσαν αὐτοῖς τοὺς πολυτρόπως συμβαίνοντας πειρασμούς· ἵνα ἰσχύσειαν ἐν γῇ γεγονότες ἐρήμῳ, τοῦτ' ἔστιν, ἐν καταστάσει νοῦ καθαρᾷ καὶ σχολαίᾳ φαγεῖν τὸν ἄρτον τὸν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ πιεῖν ὕδωρ ἐκ πέτρας, τοῦτ' ἔστιν, ἐν μεθέξει γενέσθαι Χριστοῦ, διαβιβασθῆναί τε τὸν Ἰορδάνην, οὕτω τε εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ἐλάσαι, συνήσει πάντως ὁ πνευματικὸς ὃ φημι.

A currus et exercitum ejus dicitur educere? Respondemus dictum esse Pharaoni ab universorum dominatore Deo : « In hoc ipsum excitavi te, ut ostenderem in te potentiam meam, et ut annuntietur nomen meum in universa terra [66]. » Atque hoc quidem dictum sit historice. Dicimus autem, qui recte vitam instituere cupiunt, et servitutem diaboli effugere, et a terrenis studiis recedere, ac qui volunt quasi subducere se ab omni impuritate, **572** eos malignum persequi, sed Deum mirabiliter servare, et inexplicabili potentia, per hujus vitæ fluctuationem commodum transitum et quasi permeabilem illis reddere, nec sinere eos hujus vitæ curis immergi, sed efficere, ut carnalibus quasi fluctibus superiores evadant, ac veluti mare quoddam, sic tentationes varie incidentes tranquillare ac sedare : ut cum in hac terra sunt tanquam in deserto, id est, in statu animi puro et quieto, panem cœlestem edere, et aquam de petra bibere valeant, id est, Christi participes esse, et transire Jordanem, sicque in terram promissionis perduci. Ita spiritualis omnino quod dico, intelliget.

Μὴ μνημονεύετε τὰ πρῶτα, καὶ τὰ ἀρχαῖα μὴ συλλογίζεσθε. Ἰδοὺ ποιῶ καινὰ, ἃ νῦν ἀνατελεῖ, καὶ γνώσεσθε. Καὶ ποιήσω ἐν τῇ ἐρήμῳ ὁδὸν, καὶ ἐν τῇ ἀνύδρῳ ποταμούς. Εὐλογήσει με τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ, σειρῆνες, καὶ θυγατέρες στρουθῶν, ὅτι δέδωκα ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ ποταμοὺς ἐν τῇ ἀνύδρῳ, ποτίσαι τὸ γένος μου τὸ ἐκλεκτὸν, λαόν μου ὃν περιεποιησάμην, τὰς ἀρετάς μου καὶ κατορθώματα διηγεῖσθαι.

Vers. 18-21. *Ne memineritis priorum, et antiqua ne recogitetis. Ecce facio nova, quæ exorientur, et cognoscetis ea ; et faciam in deserto viam, et in loco ubi aqua non est, flumina. Laudabunt me bestiæ agri, sirenes, et filiæ struthionum, quod dederim in deserto aquam, et flumina in aquis carente, ut potum dem generi meo electo, populoque quem acquisivi, ut virtutes meas narret.*

Ὥσπερ ἐν τοῖς ἀνόπιν βραχὺ μερικὴν οὖσαν τὴν ἐσομένην λύτρωσιν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, παρετίθει μὲν εἰς γνῶσιν αὐτοῖς, ἀναβιβάζων δὲ τῶν πραγμάτων τὴν ἀφήγησιν ἐπὶ τὸ ἄμεινον, ἀσυγκρίτως τῆς διὰ Χριστοῦ σωτηρίας ἐποιεῖτο τὴν μνήμην, ἀναδεῖξαι λέγων ἡμῶν βασιλέα τὸν Ἰσραήλ· οὕτω κἀνθάδε διαμνημονεύσας χρησίμως τῆς τε Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, καὶ τῶν Ἰορδάνου ναμάτων, καὶ τοῦ διαβιβασμοῦ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, πάλιν ἐπάνεισιν ἐπὶ τὸ Χριστοῦ μυστήριον. Διὰ τοῦτό φησι· Μὴ μνημονεύετε τὰ πρῶτα, καὶ τὰ ἀρχαῖα μὴ συλλογίζεσθε. Ἡ γὰρ τῶν ἀσυγκρίτως ὑπερκειμένων ἐπεισφορὰ, λήθῃ δίδωσιν ἔσθ' ὅτε τὸ ἧττον, καὶ τὰ λαμπρὰ τῶν πραγμάτων ἀπαμβλύνουσί πως τὰ μὴ οὕτως ἔχοντα κατὰ φύσιν, κἂν πρωτερεύῃ κατὰ τὸν χρόνον. Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος, ὅτι « Νῦν μὲν γινώσκομεν ἐκ μέρους· ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται. » Μεγάλα μὲν γὰρ καὶ λόγου παντὸς ἐπέκεινα τὰ τετελεσμένα παρὰ Θεοῦ διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως, ὑπερφερῆ δὲ καὶ ἀνεστηκότα τὰ διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἰσχύος τε καὶ ὑπεροχῆς. Σέσωσται γὰρ δι' αὐτοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν ἡ πληθύς. Διὰ τοῦτο μονονουχὶ, καὶ ἐπιλανθάνεσθαι κελεύει τῶν πρώτων. Προσερεῖται [al. προσ-

Quemadmodum in superioribus particularem redemptionem Israelitis futuram cognoscendam proposuit, et rerum narrationem ad incomparabiliter majora provehens, salutis per Christum fecit mentionem, dicens se ostendisse regem nostrum Israelem, sive ortum sanguine Israelis : sic etiam hic cum opportune commemorasset mare Rubrum, et undas Jordanis, et transitum Israelitarum : de integro ad Christi mysterium revertitur. Propterea inquit : Ne memineritis priorum, et antiqua ne reputetis. Illatio enim rerum incomparabiliter eminentium, interdum dat oblivioni id quod est minus : et res illustres, ea quæ ex natura sua ita non sunt, hebetant quodammodo et obscurant, etiamsi priora sint tempore. Tale quiddam etiam Paulus sapientissimus tradit : « Nunc cognoscimus ex parte : quando vero venerit quod est perfectum, quod ex parte est abolebitur [67]. » Magna enim sunt, et majora quam quæ ulla oratione explicari queant, quæ sunt a Deo per Moysen sapientissimum exhibita : sed excellunt et antestant quæ fortitudine et præstantia Servatoris nostri sunt præstita. **573** Per illum enim et ab illo, gentium multitudo per universum orbem habitabilem servata est. Pro-

[66] Exod. IX, 16. [67] I Cor. XIII, 12.

Digitized by Google

pterea jubet tantum non oblivisci priorum, et in illis potius, quæ incomparabiliter eminent, et illustrem habent gloriam, mentem defigere. Faciam ergo, inquit, in deserto viam. Intelligitur hic desertum, arida quondam et infructuosa, et velut parens spinarum, multitudo gentium, eo quod sit in ea nullus omnino pius, et probatus, et qui certo novit bene egere. Nam sicuti Psaltes ait : « Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt : nec erat in illis qui faceret bonitatem, non erat usque ad unum [67]. » In hoc igitur deserto apparuit via, quæ gradientes illac, ad Dei cognitionem veram, ad sanctam et puram vitam, ad omnem omnium rerum bonarum scientiam deducit. Hanc viam esse dicimus, vel divinum et evangelicam et salutarem prædicationem, vel forte ipsummet Christum. Audivimus enim ipsum luculenter dicentem : « Ego sum via [68]. » Nec solum in deserto via fuit, sed ostensi sunt et fluvii, qui undis intelligibilibus et animo mellibus eos qui in eo fuerunt, poterant inebriare. Quos dicimus esse, evangelicorum et apostolicorum vaticiniorum ministros : quorum meminit etiam divinus David, inquiens : « Extulerunt flumina voces suas [69]. » Ut enim iterum idem dicit : « In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum [70]. » Præter fluvios jam commemoratos intelligi etiam possunt hi qui populi doctores fuerunt, et qui recte et inculpate mysteria tradere norunt, et qui pietatis sermonibus irrogare accedentes ad Christum per fidem potuerunt. Aquis carentem nominat gentium multitudinem. Non enim apud eos erant doctores veritatis, et qui salutares undas haberent. Nam, juxta B. Pauli vocem : « Cum profiterentur se esse sapientes, stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volatilium, et quadrupedum, et serpentium [71]. » Monstrata ergo, inquit, via, in deserto, et loco aquis carente flumina capiente, laudabunt me bestiæ agri, sirenes, et filiæ struthionum, quod dederim in deserto aquam, et flumina in terra aquis carente, ut dem potum generi meo electo, populo meo quem acquisivi, et virtutes meas narret. Bestiæ agri denotare videntur **574** homines præ insigni inscitia efferatos quodammodo, et viventes more agresti. Vixerunt autem sic gentes. Sirenas, et filias struthionum dicit eos, qui apud illos ornate loqui norunt, et qui eximia facultate dicendi sunt præditi. Solet autem divinitus inspirata Scriptura, sirenas vocare, passeres stridulos, et qui melodicum quiddam et numerosum solebant resonare. Ejusmodi erant Græcorum superstitionis doctores, et poetæ, et oratores. Inest enim illis suavitas, et ornatus, quantum ad orationem attinet, nihil vero docent necessarium. Sed hi, inquit, omnes celebrabunt me, ut qui dederim aquam intelligibilem, et in loco qui caret aquis, flumina.

A ερείδεσθαι] δὲ μᾶλλον τὸν νοῦν τοῖς ἀσυγκρίτως ὑπερκειμένοις, καὶ λαμπρὰν ἔχουσι δόξαν. Ποιήσω τοίνυν, φησὶν, ἐν τῇ ἐρήμῳ ὁδόν. Νοεῖται γε μὴν ἔρημος ἐν τούτοις, ἡ πάλαι ξηρὰ καὶ ἄκαρπος τῶν ἐθνῶν πληθὺς, καὶ οἷον ἀκανθοτόκος, διὰ τὸ εἶναι παντελῶς ἐν αὐτῇ μηδένα τὸν εὐσεβῆ, καὶ εὐδόκιμον, καὶ ἀγαθοεργεῖν εἰδότα σοφῶς. Ὡς γὰρ ὁ ψάλλων φησί· « Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, καὶ οὐκ ἦν ἐν αὐτοῖς ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνός. » Ἐν ταύτῃ δὴ οὖν τῇ ἐρήμῳ πέφηνεν ὁδὸς ἀποφέρουσα τοὺς δι' αὐτῆς ἐρχομένους πρὸς θεογνωσίαν τὴν ἀληθῆ, καὶ εἰς ἁγίαν καὶ ἀδέβηλον ζωὴν, καὶ εἰς πᾶσαν ἐπιστήμην ἀγαθοῦ παντὸς πράγματος. Φαμὲν δὲ εἶναι ταύτην τὴν ὁδὸν, ἢ τὸ θεῖόν τε καὶ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα, ἢ τάχα που καὶ αὐτὸν τὸν B Χριστόν. Ἀκηκόαμεν γὰρ αὐτοῦ λέγοντος ἐναργῶς· « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. » Ἀλλ' οὐχ ὁδὸς μόνη γέγονεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἀνεδείχθησαν δὲ καὶ ποταμοὶ, νοητοῖς καὶ ψυχωφελέσι νάμασι καταμεθύσκειν εἰδότες τοὺς ἐν αὐτῇ. Φαμὲν δὲ εἶναι καὶ τούτους τοὺς τῶν εὐαγγελικῶν τε καὶ ἀποστολικῶν θεσπισμάτων ἱερουργοὺς, ὧν καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ διαμνημονεύει λέγων· « Ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ φωνὰς αὐτῶν. » Ὡς γὰρ αὐτός που πάλιν φησίν· « Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. » Πρὸς δέ γε τοῖς ὠνομασμένους ποταμοῖς νοηθεῖεν ἂν καὶ οἱ λαῶν ἡγούμενοι, καὶ μυσταγωγεῖν εἰδότες ὀρθῶς τε καὶ ἀμωμήτως, καὶ τοῖς εἰς εὐσέβειαν λόγοις κατάρδειν δυνάμενοι τοὺς προσιόντας Χριστῷ διὰ τῆς πίστεως. C Ἄνυδρον δὲ τὴν τῶν ἐθνῶν ὀνομάζει πληθύν. Οὐ γὰρ ἦν παρ' αὐτοῖς διδάσκαλος ἀληθείας, καὶ σωτηριῶδες ἔχων τὸ νάμα. « Φάσκοντες γὰρ εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, » κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου καὶ θεσπεσίου Παύλου φωνήν· « Καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ, ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν. » Ἀναδειχθείσης τοίνυν ὁδοῦ, φησὶν, ἐν ἐρήμῳ, καὶ λαβούσης τῆς ἀνύδρου ποταμοὺς, εὐλογήσει με τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ, σειρῆνες, καὶ θυγατέρες στρουθῶν, ὅτι ἔδωκα ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ ποταμοὺς ἐν γῇ ἀνύδρῳ, ποτίσαι γένος μου τὸ ἐκλεκτὸν, λαὸν ὃν περιεποιησάμην τὰς ἀρετάς μου διηγεῖσθαι· καὶ θηρία μὲν ἀγροῦ δηλοῦν ἔοικε τοὺς ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀμαθίας ἐκθηριωθέντας τρόπον τινὰ καὶ D ζῶντας ἀγρίως. Ἔζη δὲ οὕτως τὰ ἔθνη. Σειρῆνας δὲ καὶ θυγατέρας στρουθῶν τοὺς εὐστομεῖν παρ' αὐτοῖς εἰδότας φησὶ, καὶ ἐξησκημένους τὸ καλλιεπὲς. Ἔθος δὲ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ σειρῆνας ἀποκαλεῖν τὰ τῶν στρουθίων λαλίστατα, καὶ ἐμμελές τι καὶ εὔρυθμον ἀναφωνεῖν εἰωθότα. Γεγόνασι δέ πως τοιοῦτοι τῶν Ἑλλήνων δεισιδαιμονίας οἱ διδάσκαλοι, ποιηταί τε καὶ λογογράφοι. Ἔνεστι γὰρ αὐτοῖς τὸ ἡδύ τε καὶ εὔκομπον, τό γε ἦχον εἰς λόγους. Διδάσκουσί γε μὴν τῶν ἀναγκαίων οὐδέν. Ἀλλ' οὗτοι πάντες δοξολογήσουσί με, φησὶν, ὡς ὕδωρ δόντα τὸ νοητὸν, καὶ ἀνύδρῳ δείξαντα ποταμούς. Ἵνα τὸ ἐκλεκτόν μου ποτίσωσι γένος· καὶ πάλιν τοῦτό ἐστιν, ἢ ἐκεῖνοί που πάντως,

[67] Psal. XIII, 3. [68] Joan. XIV, 6. [69] Psal. XCII, 3. [70] Psal. XVIII, 5. [71] Rom. I, 23.

Digitized by Google

οἷς καὶ ὁ πάνσοφος Πέτρος προσπεφώνηκε λέγων· « Ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, ἵνα τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος ἐπὶ τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς, οἵ ποτε οὐ λαὸς, νῦν δὲ λαὸς ἐν Κυρίῳ; »

Οὐ νῦν ἐκάλεσά σε, Ἰακὼβ, οὐδὲ κοπιάσαι σε ἐποίησα, Ἰσραήλ. Οὐκ ἤνεγκάς μοι πρόβατα τῆς ὁλοκαρπώσεώς σου, οὐδὲ ἐν ταῖς θυσίαις σου ἐδόξασάς με, οὐδὲ ἐδούλευσας ἐν ταῖς θυσίαις σου. Οὐδὲ ἔγκοπον ἐποίησά σε ἐν λιβανωτῷ, οὐδὲ ἐκτήσω μοι ἀργυρίου θυμίαμα, οὐδὲ τὸ στέαρ τῶν θυσιῶν σου ἐπεθύμησα. Ἀλλ' ἐν ταῖς ἁμαρτίαις σου, πλημμελήμασί τε καὶ ἀδικίαις καὶ τοῖς τοιουτοτρόποις προέστην σου.

Διὰ τῶν ἤδη προεξητασμένων, ἤγουν προανεγνωσμένων, τῆς ἐν Χριστῷ διαθήκης καὶ τῶν παρ αὐτοῦ χαρισμάτων ἐποιεῖτο τὴν προαγόρευσιν. Ἔφη γὰρ ἐν ἐρήμῳ ποιήσειν ὁδὸν, καὶ ἐν ἀνύδρῳ ποταμούς· ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας εὐλογηθήσεσθαι παρὰ πάντων τῶν θηρίων τοῦ ἀγροῦ· τρόπος δ' ἂν νοοῖτο θυσίας νοητῆς ἡ δοξολογία, καὶ τῆς νέας καὶ ἐν Χριστῷ διαθήκης καρπός. Ἐν δέ γε τοῖς προκειμένοις πληροφορεῖν πειρᾶται τὸν Ἰσραὴλ, ὅτι λελύτρωται μὲν ἐξ Αἰγύπτου, καὶ τῆς αὐτόσε θητείας ἐξῄρηται, καὶ τῶν οὕτως ἀνιαρῶν ἀπηλλάχθη πόνων, οὐχ ἵνα μόσχους αὐτῷ προσαγάγῃ, καὶ τὴν δι' αἵματος καὶ καπνῶν ποιῆται πρόσοδον. Ἀποβλήματα γὰρ τὰ τοιάδε παρὰ Θεῷ, καὶ σκιὰ μᾶλλόν εἰσιν ἢ ἀλήθεια. Φησὶ τοίνυν Οὐ νῦν ἐκάλεσά σε, Ἰακώβ. Τὸ δὲ νῦν, ἐκληπτέον, ἀντὶ τοῦ, οὐχ ὅτε θύεις, ἤγουν οὐκ ἐν τῷ βουθυτεῖν ὄντα καὶ μηλοσφαγεῖν κέκληκά σε, ἵνα μὴ ἄρα πως οἰηθῇς ἀντέκτισιν ὥσπερ τινὰ τῆς προσαγωγῆς ἐσχηκέναι τὴν λύτρωσιν, ἀλλ' ὄντα σε μᾶλλον ἐν ἁμαρτίαις, καὶ μολυσμοῖς ἔνοχον, λελάτρευκας γὰρ τοῖς Αἰγυπτίων θεοῖς, φειδοῦς ἠξίωσα καὶ ἀγάπης. Ἡμερότητος οὖν ἄρα τὸ δῶρον, καὶ φιλανθρωπίας καρπὸς ἡ χάρις, καὶ ὡς ἐξ ἀγάπης ἡ λύτρωσις. Οὐδὲν γὰρ, φησὶ, πρὸς ἐμὲ τὰ πρόβατα τῆς ὁλοκαρπώσεώς σου, οὔτε μὴν ἐν ταῖς θυσίαις σου ἐδόξασάς με. Τὸ γὰρ ἀπαράδεκτον ὅλως καὶ εἰκῇ προσφερόμενον, πῶς ἂν εἰς δόξαν γένοιτο τὴν ἐμήν; Ἀλλ' οὐδὲ ἐδούλευσας ἐν ταῖς θυσίαις σου. Ὁ μὲν γάρ τι τῶν ἀγαθῶν ἐπιτηδεύων, φησὶ, καὶ αὐχημάτων τῶν εἰς ἀρετὴν γενόμενος ἀποτελεστὴς, ὁ τοῖς ἐμοῖς νεύμασιν ὑποθεὶς τὸν αὐχένα, καὶ θεσπισμάτων τῶν ἱερῶν ἐργάτης, δουλεύειν ἂν λέγοιτο τῷ ἐπὶ πάντας Θεῷ. Ὁ δέ γε λιβανωτῷ τὴν ἁγίαν καπνίζων σκηνὴν, καὶ βοῦς προσάγων ἢ πρόβατα, ἢ τι τῶν ἀρίστων κατωρθωκὼς, τὴν τῆς γνησιότητος οὐκ ἀποίσεται δόξαν· Πέπραχε γὰρ ὅλως ὁ τοιοῦτος τῶν ἀρεσκόντων ἐμοὶ οὐδὲν, οὐκοῦν οὐκ ἔν γε τῷ θύειν τὸ δουλεύειν ἐστὶν, ἀλλ' ἐν τῷ βουλεύεσθαι τρυφερόν τε καὶ οἷον ἀναφῆ τοῖς αὐτοῦ θελήμασιν ὑποφέρειν τὸν αὐχένα. Ὅσον γὰρ ἦκον, φησὶν, εἰς τὸ αὐτό μοι δοκοῦν, οὐκ ἂν ἔγκοπόν σε ἐποίησα ἐν λιβανωτῷ, οὐδ'

ostenderim. Ut potum dem generi meo electo. Quale istud est, nisi illi prorsus, quos etiam sapientissimus Petrus affatus est, inquiens : « Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus, qui e tenebris vos ad lucem suam admirabilem vocavit, qui quondam non populus, nunc autem populus in Domino [73] ? »

clararetur, ut quæ esset animalis, terrena et dæmoniaca. Infatuatam enim sapientiam mundi fuisse, a Deo nempe, dicit Paulus sapientissimus [a]. Aversis autem, inquit, prudentibus, et omni eorum consilio imprudenti et inutili declarato, statuit Deus et Pater verba Pueri sui, id est, evangelicum et salutare oraculum, quod ipsemet Christus nobis locutus est, et consilium angelorum suorum verum ratumque effecit. Angeli autem intelligi possunt, qui nomine Christi legatione funguntur, et mundo tanquam præcones concionantur. Consilium autem eorum bonum erat et exhortatio ubique omnibus, ut a pristinis vitiis discederent, et honestas actiones fortiter capesserent, et adhærerent melioribus, ac Deum natura et vere cognoscerent, ejusque legibus collum subderent, itaque ad salutem vitamque contenderent. Siquidem eorum sermones omni veritate pleni sunt, Græcorum autem deliria nullam veritatis pulchritudinem habebant, sed falsa apud illos erant omnia, et prophetia, et cognitio, et imaginariorum deorum illis ipsis qui errabant ignota multitudo.

Vers. 26. *Qui dicit Jerusalem: Habitaberis, et civitatibus Juda: Ædificabimini, et solitudines ejus suscitabo.*

Sequetur hoc sic: Ego sum, nimirum, o Jerusalem, redimens te, consummans omnia, et extendens cœlum. Ego sum igitur, inquit, dicens Jerusalem: Ædificaberis. Nam eam vi ceperunt Babylonii, qui universam terram Judæorum depopulati sunt: sed redempti sunt a Deo, et captivitatis jugum exuerunt, permittente hoc facere eos Cyro, patre, inquam, Cambysis, qui Babylonem incendit. Hi reversi in Judæam, et urbes refecerunt, et templum, et pacate habitarunt. Itaque perscite sermo propheticus cum Jerusalem ædificandam dicit, subindicat auditoribus, **598** capiendam temporibus subsequentibus et subvertendam. Nec prædictionem facit molestiarum quæ illis contingerent, sed eorum, de quibus verisimile erat eos impense gavisuros: ita tamen ut res asperiores quoque mentem cogitationemque, ut dixi, subeant. Cum ergo Deus jubet, ut ædificetur Jerusalem, capiendam omnino primum oratio prophetica innuit. Si quis autem profundiorem velit adhuc speculationem considerationemque annectere: veriorem Judæam esse dicimus Ecclesiam, cujus incolæ ac cives intelligantur esse, qui circumcisionem gestant in spiritu. Quæ deserta et solitaria quondam erat, viris refertam effecit is, qui hoc fieri jussit, nimirum Deus in Christo, et solitudines ejus reparavit. Lignis enim intelligentia perceptis densa inventa est, et veluti obsita arboribus, et habens alta sanctorum capita. Solet enim divinitus inspirata Scriptura plantis arboribusque sanctorum interdum chorum assimilare. Dixit siquidem universorum Deus voce sanctorum: « Ponam in siticulosa terra cedrum et

[a] I Cor. I, 20.

Digitized by Google

buxum, et myrtum, et cupressum, et populum[9]. » Dictum est autem voce Psallentis ad Deum : « Saturabuntur ligna campi, cedri Libani quas plantasti [10]. » Iterum alio loco : « Tunc exsultabunt omnia ligna silvæ a conspectu Domini, quia venit ad judicandum terram. Judicabit autem terram in justitia, et populos in veritate [10*]. » Neque dicimus esse lignorum sensu carentium gaudere : sed potius quadrabit hoc sanctis, quos gavisuros dicit, ubi Christus illuxerit. Judicavit enim sic orbem terrarum in justitia, quando eos qui errarunt quondam justificavit, et Satanam ejusque angelos ad interitum damnavit.

A δλων Θεὸς διὰ φωνῆς ἁγίων, ὅτι « Θήσω εἰς τὴν ἄνυδρον γῆν κέδρον, καὶ πύξον, καὶ μυρσίνην, καὶ κυπάρισσον, καὶ λεύκην. » Εἴρηται δὲ καὶ διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος φωνῆς περὶ τῶν ἁγίων πρὸς Θεὸν, ποτὲ μὲν, ὅτι « Χορτασθήσονται τὰ ξύλα τοῦ πεδίου, αἱ κέδροι τοῦ Λιβάνου ἃς ἐφύτευσας· » ποτὲ δὲ πάλιν· « Τότε ἀγαλλιάσονται πάντα τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ, ἀπὸ προσώπου Κυρίου, ὅτι ἔρχεται κρῖναι τὴν γῆν. Κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ λαοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ αὐτοῦ. » Καὶ οὔτι πού φαμεν ὡς τῶν ἀναισθήτων ξύλων τὸ χαίρειν ἐστὶ, πρέποι δ' ἂν μᾶλλον ἁγίοις τὸ χρῆμα, οὓς δὴ καὶ ἠσθῆναί φησιν ἐπιλάμψαντος τῷ κόσμῳ Χριστοῦ. Ἔκρινε γὰρ οὕτω τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, δικαιώσας μὲν ἐν πίστει τοὺς πεπλανημένους ποτὲ, καταδικάσας δὲ τὸν ὄλεθρον τοῦ Σατανᾶ καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ.

VERS. 27, 28. *Qui dicit abysso : Desolaberis, et fluvios tuos exsiccabo. Qui dicit Cyro, ut sapiat, et omnes voluntates meas faciet. Qui dicit Jerusalem : Ædificaberis, et domum sanctam meam fundabo.*

B *Ὁ λέγων τῇ ἀβύσσῳ· Ἐρημωθήσῃ, καὶ τοὺς ποταμούς σου ξηράνω. Ὁ λέγων Κύρῳ φρονεῖν, καὶ πάντα τὰ θελήματά μου ποιήσει. Ὁ λέγων Ἱερουσαλήμ· Οἰκοδομηθήσῃ, καὶ τὸν οἶκον τὸν ἅγιόν μου θεμελιώσω.*

Abductus est Israel, ut dixi, processu temporis captivus : ceperunt enim Judæam Babylonii. Cum autem septuagesimus annus captis jam exactus esset, et clementiæ, scilicet divinæ, tempus tandem instaret, contra Chaldæos excitavit **599** Cyrum Cambysis patrem, qui Persarum et Medorum imperium administrabat. Is cepit eos, et solvit Judæos ac laxavit, doctus, prædixisse de eo Deum, cui servierunt, quod ejus præsidiis munitus et hostibus foret superior, et plane volentibus resistere formidabilis, quodque divinum ipse templum restauraret. Quod igitur omnino in vastitatem rediginda esset Babyloniorum regio, quantumvis populosissima, denotat, cum inquit : Ego sum qui dico abysso : Desolaberis. Abyssum enim hic innumerabilem Babyloniorum multitudinem nominavit : fluvios autem ejus, gentes quæ ad eam confluxerunt, quæ finitimæ erant, ac loca habebant confinia, ab ipsis in subsidium accersita. Familiare deinde est Scripturæ divinæ, fluminibus, et mari, et aquis, semper multas gentes comparare. Dixit siquidem divinus Psaltes de omnium nostrum Servatore Christo, et de multitudine gentium, quæ ejus voce ac verbis irretita et capta est : « Vox Domini super aquas, Deus gloriæ tonuit [11]. » Vox enim Domini, id est, evangelica et salutaris prædicatio, per omnes gentes pervagata est, quando tantum non in illas detonabat. Personuit enim velut per universum orbem terrarum sacra et salutaris prædicatio. Rursus scriptum est : « Elevaverunt flumina voces suas [12]. » Flumina enim hic nominari dicimus sanctos apostolos, quorum voces, id est, doctrinæ, factæ sunt passim omnibus conspicuæ. Dictum est autem et de ipsa Babylone et Ninive, quia piscina aquæ sint aquæ ejus. Erat igitur Deus qui dicit abysso : Desolaberis, et fluvios tuos exsiccabo. Ille item erat, qui dicit Cyro, ut sapiat, pro, ut omnia scienter admi-

Ἀπεκομίσθη μὲν αἰχμάλωτος ὁ Ἰσραὴλ, ὡς ἔφην, κατὰ καιρούς· εἶλον γὰρ τὴν Ἰουδαίων χώραν οἱ Βαβυλώνιοι. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς ἁλοῦσιν ἑβδομηκοστὸν ἤδη ἔτος τετέλεστο, καὶ ἐνειστήκει λοιπὸν ὁ καιρὸς τῆς ἐν αὐτοῖς ἡμερότητος, δῆλον δὲ ὅτι τῆς παρὰ Θεοῦ, κατεξανέστησε τῶν Χαλδαίων, Περσῶν τε καὶ Μήδων διέποντα τὴν ἀρχὴν τὸν Καμβύσου Κῦρον, ὃς εἶλεν αὐτοὺς, ἀνῆκέ τε τοὺς Ἰουδαίους, μεμαθηκὼς ὅτι Θεὸς ᾧ λελατρεύκασι προηγόρευσε περὶ αὐτοῦ, ὡς ταῖς παρ' αὐτοῦ νευρούμενος ἐπικουρίαις, καὶ C ἀμείνων ἔσται τῶν ἐχθρῶν, καὶ δυσάντητος κομιδῇ τοῖς ἐθέλουσιν ἀντανίστασθαι, καὶ ὅτι τὸν θεῖον αὐτὸς ἀναστήσει ναόν. Ὅτι τοίνυν ἔμελλεν ἐρημωθήσεσθαι παντελῶς, καίτοι πολυανδροῦσα λίαν, ἡ Βαβυλωνίων, κατασημαίνει λέγων· Ἐγώ εἰμι ὁ λέγων τῇ ἀβύσσῳ· Ἐρημωθήσῃ. Ἄβυσσον γὰρ ἐν τούτοις τὴν ἀριθμοῦ κρείττονα τῶν Βαβυλωνίων ὠνόμαζε πληθύν· ποταμοὺς δὲ αὐτῆς τὰ εἰς αὐτὴν ἐπιῤῥέοντα τῶν ἐθνῶν, ἥ περιοικά τε ἦν, καὶ τὰς ὁμόρους ἔχοντα χώρας ἐκέκληντο παρ' αὐτῶν εἰς ἐπικουρίαν. Ἔθος δὲ πάλιν τῇ θείᾳ Γραφῇ, ποταμοῖς καὶ θαλάσσαις, καὶ ὕδασι παρεικάζειν ἀεί πως τὰ πολλὰ τῶν ἐθνῶν. Ἔφη γοῦν ὁ θεσπέσιος Μελῳδὸς περί τε τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν πληθύος, ἣ ταῖς αὐτοῦ σεσαγήνευται φωναῖς· « Φωνὴ Κυρίου D ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ὁ Θεὸς τῆς δόξης ἐβρόντησε Κύριος. » Ἡ γάρ τοι φωνὴ τοῦ Κυρίου, τοῦτ' ἔστι, τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα κατὰ πάντων ἠνέχθη τῶν ἐθνῶν, ὅτε μονονουχὶ κατεβρόντησεν αὐτῶν. Περιεκτύπησε γὰρ ὡς παρὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν, τὸ ἱερὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα. Γέγραπται δὲ πάλιν· « Ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ φωνὰς αὐτῶν. » Ποταμοὺς γὰρ ἐν τούτοις ὠνομάσθαι φαμὲν τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, ὧν αἱ φωναὶ, τοῦτ' ἔστιν, αἱ διδασκαλίαι γεγόνασι γνώριμοι τοῖς ἅπανταχοῦ. Εἴρηται δέ που καὶ περὶ αὐτῆς τῆς Βαβυλῶνος, καὶ Νινευὶ, ὡς κολυμβήθρα ὕδατος τὰ ὕδατα αὐτῆς. Ἦν

[9] Isa. XLI, 19. [10] Psal. CIII, 16. [10*] Psal. XCVII, 8, 10. [11] Psal. XXVIII, 3. [12] Psal. XCII, 3.

Digitized by Google

οὖν ἀρα ὁ Θεὸς ὁ λέγων τῇ ἀβύσσῳ· Ἐρημωθήσῃ, καὶ τοὺς ποταμούς σου ξηρανῶ. Καὶ αὐτὸς ἦν ὁμοίως ὁ λέγων τῷ Κύρῳ φρονεῖν, ἀντὶ τοῦ μετὰ συνέσεως πάντα δρᾷν, καὶ πάντα τὰ αὐτῷ δοκοῦντα πληροῦν. Ταῦτα δὲ ἦν τὸ δίκην ἐκτίσαι τοὺς Βαβυλωνίους ὧν πεπράχασιν ὠμῶς καταδηοῦντες τὴν Ἰουδαίαν, καὶ τὸν ἱερὸν καὶ θεῖον καταπιμπράντες ναὸν, ἀνεῖσθαί τε πρὸς τούτῳ τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ἀναδείμασθαι τὸν οἶκον, ἤγουν θεμελιῶσαι. Τοῦτο γὰρ μᾶλλον εἰπεῖν ἀληθέστερον. Προστέταχε μὲν γὰρ ὁ Κῦρος, καὶ χρημάτων πόρους προστιθεὶς ἀναστῆναι τὸν νεὼν, καὶ κατεβάλετο μὲν ὑποβάθρας. Ἐπειδὴ δὲ μεταξὺ τὸν ἀνθρώπινον κατέλυσε βίον, κεκώλυται μὲν ἐκ τῆς τινων βασκανίας ἡ τῶν ἔργων ἐπίδοσις παρὰ τοῦ μετ' αὐτὸν. Ἦχθη γε μὴν εἰς πέρας καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν, Θεοῦ κατανεύοντος. Ἔχομεν δὲ τῆς ἱστορίας τὸ ἀκριβὲς παρά γε τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ· καὶ τὸ μακρὸς ἐν τούτοις τρίβειν ἐλέσθαι λόγους, περιττὸν οἶμαί που. Μὴ δὲ λεγέτωσάν τινες, ὡς ὁ θεῖος διέξεισται λόγος, ὅτι μὴ πάντα τὰ τῷ Θεῷ δοκοῦντα πεποίηκεν ὁ Κῦρος, ἄνθρωπος ὢν εἰδωλολάτρης. Τέτακται γὰρ τὸ, Πάντα τὰ θελήματά μου ποιήσει, κατ' ἐκεῖνά που πάντως ἅπερ εἰκὸς βούλεσθαι δηλοῦν Θεὸν, τὸ ἀλῶναί φημι τὴν Βαβυλωνίων, τὸ ἀπαλλαγῆναι δεσμῶν καὶ δουλείας τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τὸ ἐγερθῆναι τὸν νεὼν, καὶ τὰς τῆς Ἰουδαίας οἰκοδομηθῆναι πόλεις.

A nistret, omniaque quæ ipsi videntur exsequatur. Hæc sunt autem pœnam factorum a Babyloniis exigere, Judæam crudeliter populantibus, ac sacrosanctum et divinum templum incendentibus, et Israelem præterea relaxare et domum reficere sive fundare. Hoc enim dicere propius est veritati. Mandavit enim Cyrus, subsidio pecuniarum addito, templum excitare : et fundamenta quidem jecit. At postquam ex humana vita migravit, quorumdam invidia operum fastigium et accessio impediebatur ab eo qui ei **600** successit. Postea vero rursus ad finem adductum est, Deo annuente. Historiam satis accurate expositam habemus in Scriptura divinitus inspirata : et de his longos sermones conterere ac B consumere, supervacaneum esse arbitror. Neque vero dicat aliquis, Dei verbum mentitum esse, propterea quod non omnia quæ Deus volebat fecit Cyrus cum idola coleret. Hoc enim adjungitur : Omnes meas voluntates exsequetur, nimirum ea, quæ verisimile est Deum velle commonstrare, occupare, inquam, regionem Babyloniorum, liberare Israelem vinculis et servitute, et templum erigere, et civitates Judææ ædificare.

Οὕτω λέγει Κύριος ὁ Θεὸς τῷ χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς ἔπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, καὶ ἰσχὺν βασιλέων διαρρήξω, ἀνοίξω ἔμπροσθεν αὐτοῦ θύρας, καὶ πόλεις οὐ συγκλεισθήσονται. Ἐγὼ ἔμπροσθεν αὐτοῦ πορεύσομαι, καὶ ὄρη ὁμαλῶ, θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνθλάσω. Καὶ δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινούς, ἀποκρύφους, ἀοράτους ἀνοίξω σοι, ἵνα γνῷς ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ καλῶν τὸ ὄνομάσου, Θεὸς Ἰσραήλ. Ἕνεκεν Ἰακὼβ τοῦ παιδός μου, καὶ Ἰσραὴλ τοῦ ἐκλεκτοῦ μου, ἐγὼ καλέσω σε τῷ ὀνόματί μου [Vulg. σου], καὶ προσδέξομαί σε. Σὺ δὲ οὐκ ἔγνως με, ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν ἐμοῦ Θεός Οὐκ ἤδεις δέ με. Ἵνα γνῶσιν οἱ ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου, καὶ οἱ ἀπὸ δυσμῶν, ὅτι οὐκ ἔστι πλὴν ἐμοῦ. Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔτι. Ἐγὼ ὁ κατασκευάσας φῶς, καὶ ποιήσας σκότος, ὁ ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά. Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ποιῶν πάντα ταῦτα.

CAP. XLV. VERS. 1-7. *Sic dicit Dominus Deus christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut obediant ante eum gentes, et fortitudinem regum frangam, aperiam ante eum portas, et urbes non claudentur. Ego ante eum ibo, et montes complanabo, portas æneas conteram, et vectes ferreos confringam. Dabo tibi thesauros tenebrosos, absrusos, inaspectabiles aperiam tibi, ut cognoscas quod ego sim Dominus Deus, vocans nomen tuum, Deus Israel. Propter Jacob puerum meum, et Israel electum meum, ego vocabo te nomine meo, et suscipiam te. Tu autem non cognovisti me, quia ego Dominus Deus, et non sit præter me alius Deus. Non novisti me. Ut cognoscant qui ab ortu solis, et qui ab occasu, quod non sit præter me. Ego Dominus Deus, et non est præter me. Ego qui fabricavi lucem et feci tenebras, faciens pacem, et creans mala. Ego Dominus Deus faciens omnia hæc.*

Ταύτῃ φαμὲν ἐντετυχηκέναι τῇ προφητείᾳ τὸν ἀλκιμώτατον Κῦρον, ἡσθῆναί τε λίαν ἐπὶ τοῖς περὶ αὐτοῦ προηγορευμένοις παρὰ Θεοῦ, καὶ εἰς τοῦτο γνώμης ἐλθεῖν, ὥστε καὶ ἐν ταῖς ὑπὸ χεῖρα πόλεσί τε καὶ χώραις ποιήσασθαι τὴν ἀνάῤῥησιν τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης, ὁμολογοῦντα σαφῶς, ὅτι μόνος αὐτὸς εἴη Θεὸς, καὶ τῶν ὅλων Κύριος, ὁ παρὰ τῶν Ἰουδαίων προσκυνούμενος. Καὶ σαφὴς μὲν λίαν, ὡς γε οἶμαι, τῆς προφητείας ἡ δύναμις, ἥτοι τῶν προφητικῶν προῤῥήσεων. Ἕκαστα δὲ τῶν εἰρημένων ἐπιδραμόντες, ὡς ἔνι τὸ δοκοῦν εἶναι φησὶν [ἀφανὲς] ἔσθ' ὅτε καὶ ἄναντες, σαφὲς καταστήσωμεν. Χριστὸν μὲν γὰρ ὀνομάζει τὸν Κῦρον, καὶ οὐχ ὡς ἕνα τῶν ἁγίων, καθ' ὧν ἂν κέοιτο τοὔνομα, καταχρηστικῶς δὲ, ὡς ἀπό γε τοῦ κεχρίσθαι, ληφθέν. Ἀλλ' ὅτι τοὺς καλουμένους εἰς βασιλείας

D Narrant hic, potentissimum Cyrum legisse hanc prophetiam, et impendio de his quæ a Deo de ipso prænuntiata sunt gavisum, et eo animo fuisse, ut divinæ gloriæ præconium in suis urbibus et regionibus promulgarit, confessusque fuerit diserte, illum solum esse Deum universorumque Dominum, qui a Judæis colebatur. Sed apertissima est, ut ego quidem arbitror, prophetiæ seu propheticarum prædictionum vis atque sententia. Singula dictorum percurramus, quoad licuerit, et quod interdum videbitur esse obscurum et præruptum, **601** explicemus. Christum enim nominat Cyrum, non quasi unum quempiam e sanctis, de quibus nomen illud accipi potest, abusive sumptum quasi ab eo quod unctus fuerit, sed quod in more positum fuerat, vocatos a Deo ad regnum,

Digitized by Google

etiamsi non fuerint sancti et colendi, oleo inungere. Inveniemus enim sanctos prophetas dixisse aliquibus eorum qui ad hoc destinati erant : « Unxit te Dominus regem super Israel [13]. » Christus igitur seu unctus erat Cyrus tanquam rex. Cæterum quod per Deum imperium obtinuerit, et ad hanc insignem gloriam subvectus fuerit, subinnuit, cum eum unctum nominarit, id est, unctione et suffragio suo ad regnum evocatum. Hinc ait se apprehendisse ejus dextram. Assumptionis autem illud signum esse potest evidens, sicuti dictum est a sanctis in libro Psalmorum : « Tenuisti manum meam dexteram, in consilio tuo deduxisti me [14]. » Apprehendisse dicit dexteram ejus, ut auscultent ei gentes, id est, ut subjiciantur ei ac cedant, ac regum frangatur potentia. Septem enim dicunt esse reges uni præcellenti subditos apud Babylonios. Quod autem sua sponte urbes aperirentur, nihilque Cyro incursanti contra hostium robur omnino obstaret, demonstrat, inquiens : Urbes non claudentur. Coram te ibo, et montes complanabo, id est, omnia nuda et plana ut sint efficiam, ut nemo resistat. Sin vero quis occurrat, et tanquam mons copiis tuis obviam eat : etiam hunc solo æquabo, id est, miserum et humilem et imbellem reddam. Portas æneas conteram, et vectes ferreos confringam tibi, thesauros tenebrosos, reconditos, inaspectabiles aperiam tibi. Narrant Babylonios postquam capta esset civitas, in speluncis tenebrosis se abdidisse et obruisse, maxime qui inter illos essent cæteris insigniores : qui mortem pertimescentes, more serpentium omnem speluncam et petrarum scissuras ingressi, abscondebantur : sed latere non poterant. Quidam enim significabant hoc Cyro, qui faces accendi jussit, et e recessibus tenebrosis extrahi, qui timore aufugerant, sicque diris pœnis subjici. Alii vero dicunt, quod thesauros Babylonforum sub terra abditos exinaniverit. Ita tu eris illustris et celebris, ut **602** scias quod ego sum Dominus Deus, qui vocat nomen tuum, Deus Israel, propter Jacob puerum meum, et Israelem electum meum. Vocavi enim te, inquit, ad hoc, ego Deus solus, et hac tam illustri te honoravi gloria, ut fias tu serto meo Israeli beneficus. Ego vocavi te, inquit, et gloria coronavi. Tu autem me non cognovisti esse Dominum, et præter me non esse Deum. Nec me nosti; perinde est ac si diceret aperte : Non percepisti hanc talem gloriam a me, tanquam mercedem illustrium factorum, ad pietatem spectantium : sed ornavi te, etiam cum meam divinitatem non noveris et excellentiam, imo cum in numero quidem esses eorum qui me adorant; sed ut cognoscant, qui ab ortu solis et occasu sunt, non esse præter me alium. Quia enim volui, inquit, meos eripi, etiam per eos qui gloriam meam non norunt hanc rem conficiam, ut manifeste videant, qui in universa terra sunt, Deum præter me non esse. Sum enim Dominus exercituum, et omnis gentis ac generis Dominus, et quo-

A παρὰ Θεοῦ, κἂν εἰ μή τινες εἶεν ἅγιοι καὶ σεπτοί, ἐλαίῳ καταχρίειν ἔθος ἦν. Εὑρήσομεν γὰρ τοὺς ἁγίους προφήτας τισὶν εἰρηκότας τῶν εἰς τοῦτο παρενηνεγμένων, ὅτι « Ἔχρισέ σε Κύριος εἰς βασιλέα ἐπὶ Ἰσραήλ. » Χριστὸς οὖν ὁ Κῦρος ὡς βασιλεύς· πλὴν ὅτι διὰ Θεοῦ κεκράτηκεν, ἦρθη τε εἰς δόξαν ὑπερφυᾶ, δίδωσιν ἐννοεῖν, χριστὸν ὀνομάσας αὐτὸν, τοῦτ' ἔστι χρίσει καὶ ψήφῳ τῇ παρ' αὐτοῦ κεκλημένον εἰς βασιλείαν. Ταύτητοί φησιν, ὅτι κεκράτηκε τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ. Ἀντιλήψεως δ' ἂν σημεῖον γένοιτο καὶ τοῦτο σαφὲς, κατά γε τὸ ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐν βίβλῳ Ψαλμῶν εἰρημένον· « Ἐκράτησας τῆς χειρός μου, τῆς δεξιᾶς μου, ἐν τῇ βουλῇ σου ὡδήγησάς με. » Κεκρατηκέναι δέ φησι τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, ὥστε καὶ ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, τοῦτ' ἔστιν, ὑποταχθῆναι καὶ B ὑπείκειν αὐτῷ, διαῤῥαγῆναι δὲ τὴν βασιλέων ἰσχύν. Ἑπτὰ γὰρ εἶναί φασι βασιλέας ὑπὸ τὸν ἕνα καὶ πρόσχοντα παρὰ τοῖς Βαβυλωνίοις. Ὅτι δὲ ἔμελλον ἀνοίγνυσθαι μὲν αὐτομάτως αἱ πόλεις, διακωλύσαι δὲ παντελῶς οὐδὲν κατατρέχοντα τὸν Κῦρον τῆς τῶν πολεμίων ἰσχύος, διαδείκνυσι λέγων· Πόλεις οὐ συγκλεισθήσονται. Ἔμπροσθέν σου πορεύσομαι, καὶ ὄρη ὁμαλιῶ, τοῦτ' ἔστιν, ἅπαντά σοι ψιλὰ, καὶ εὐήλατα γενέσθαι παρασκευάσω, ὡς μηδὲν εἶναι τὸ ἀντιστατοῦν. Ἀλλὰ κἂν εἴ τις ἐπέλθοι, καὶ οἷον ὄρος ταῖς σαῖς δυνάμεσιν ὑπαντήσειε, καὶ τοῦτο ὁμαλιῶ, τοῦτ' ἔστιν, οἰκτρὸν ἀποφανῶ, καὶ χαμαιῤῥιφὲς, καὶ ἀνάλκεις. Θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνθλάσω, καὶ δώσω σοι θησαυροὺς ἀποκρύφους, ἀοράτους ἀνοίξω σοι. Φασὶ τοὺς Βαβυλωνίους C μετὰ τὸ ἁλῶναι τὴν πόλιν, σπηλαίοις ἑαυτοὺς ἐγκαταχῶσαι σκοτεινοῖς, μάλιστα δὲ τοὺς ἐν αὐτοῖς ὄντας περιφανεστέρους τῶν ἄλλων, οἳ δεδιότες τὸν θάνατον, ὄφεων δίκην ἐν παντὶ σπηλαίῳ καὶ σχισμαῖς πετρῶν καταδύντες ἐκρύπτοντο, οὐ μὴν ἰσχῦσαι διαλαθεῖν. Κατεσημαίνοντο γὰρ τούτῳ [ἴσ. τοῦτο] τῷ Κύρῳ τινές· ὁ δὲ καὶ δᾷδας ἀναφθῆναι προστέτταχε, καὶ ἐκ μυχῶν σκοτεινῶν ἀνορύττεσθαι τοὺς πεφοβημένους, οὕτω τε πικραῖς ὑποθεῖναι δίκαις. Ἕτεροι δέ φασιν ὅτι τοὺς Βαβυλωνίων ἐκένωσε θησαυροὺς ὑπὸ γῆν ὄντας καὶ κεκρυμμένους. Ἔσῃ δὴ γοῦν περιφανὴς οὕτω καὶ ἀοίδιμος, ἵνα γνῷς ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ καλῶν τὸ ὄνομά σου, Θεὸς Ἰσραὴλ, ἕνεκεν Ἰακὼβ τοῦ παιδός μου, καὶ Ἰσραὴλ τοῦ ἐκλεκτοῦ μου. Κέκληκα γάρ σε πρὸς τοῦτο, φησὶν, ἐγὼ Θεὸς μόνος, D καὶ τετίμηκά σε ταῖς οὕτω λαμπραῖς εὐκλείαις, ἵνα εὖ πάθοι παρὰ σοῦ ἐμὸς ὢν οἰκέτης ὁ Ἰσραήλ. Ἐγὼ μὲν κέκληκά σε, φησὶ, καὶ κατεστεφάνωσα ταῖς εὐκλείαις. Σὺ δὲ οὐκ ἔγνως με ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν ἐμοῦ Θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδεις με· ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι σαφῶς· Οὐκ ἀντέκτισιν λαμπρῶν ἀνδραγαθημάτων τῶν ὁρώντων εἰς εὐσέβειαν ἐκόμισω παρ' ἐμοῦ τὴν τοιαύτην δόξαν· τετίμηκα δέ σε, καίτοι μὴ εἰδότα τὴν ἐμὴν θεότητα καὶ ὑπεροχὴν, ἀλλ' οὐδ' ἐναρίθμιον ὄντα τοῖς προσκυνοῦσί με, ἀλλ' ἵνα γνῶσιν σὲ ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου, καὶ οἱ ἀπὸ δυσμῶν, ὅτι οὐκ ἔστι πλὴν ἐμοῦ. Εἰ γὰρ ἐλοίμην,

[13] Psal. XLIV, 8. [14] Psal. LXXII, 24.

Digitized by Google

φησιν, ἐκρύεσθαι τοὺς ἐμοὺς, καὶ διὰ τῶν οὐκ εἰδότων τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν ἀποπερανῶ τὸ χρῆμα, ὑπέρ γε τοῦ σαφῶς εἰδέναι τοὺς ἀνὰ πᾶσαν δυσεως τὴν γῆν, ὅτι Θεὸς οὐκ ἔστι πλὴν ἐμοῦ. Εἰμὶ γὰρ τῶν δυνάμεων Κύριος, καὶ παντὸς ἔθνους, καὶ γένους Δεσπότης· καὶ ὁποιπερ ἂν θελήσαιμι, τὰς τῶν ἐπὶ γῆς ἀποφέρω καρδίας, ὥστε τῶν ἐμῶν θελημάτων ὑπουργοὺς ἀναφαίνεσθαι καὶ τοὺς οὐκ ὄντας ἐμούς. Ἐγὼ τοίνυν εἰμὶ Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ κατασκευάσας φῶς καὶ ποιήσας σκότος, τοῦτ' ἔστιν, ἡμέραν τε καὶ νύκτα, ἦγουν φῶς μὲν τοῖς λελυτρωμένοις, σκότος δὲ τοῖς παπορθημένοις. Οἱ μὲν γὰρ ἔχαιρον, ὡς ἀπαλλαττόμενοι τῶν δεσμῶν, οἱ δὲ ἦσαν ἐν ἀφύκτοις συμφοραῖς. Ἐγώ εἰμι ὁ ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά. Ἐκλήψῃ καὶ τοῦτο κατὰ τὴν ἴσην διάνοιαν, ὡς ἔφην, ἀρτίως· Εἰρήνην μὲν τοῖς λελυτρωμένοις, κακὰ δὲ, τοῦτ' ἔστι, κακωτικὰ, ἤτοι πάσης κακώσεως ἐμποιητικὰ, τοῖς ὠμοῖς καὶ ἀγρίοις, τοῖς ἐπενηνεγμένοις τῷ Ἰσραήλ. Ὅτι γὰρ λελύπηκε τὸ χρῆμα Θεὸν, σαφὲς ἂν γένοιτο, λέγοντος αὐτοῦ διὰ φωνῆς ἀγγέλου τῷ προφήτῃ Ζαχαρίᾳ· « Ἐζήλωκα τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν Σιὼν ζῆλον μέγαν, καὶ θυμῷ μεγάλῳ ὀργίζομαι ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ συνεπιτιθέμενα, ἀνθ' ὧν μὲν ἐγὼ ὠργίσθην ὀλίγα, αὐτοὶ δὲ συνεπέθεντο εἰς κακά. » Καὶ μὴν καὶ ὡς πρὸς αὐτῶν τῶν Βαβυλωνίων· « Ἐγὼ δέδωκα αὐτοὺς εἰς τὰς χεῖράς σου, σὺ δὲ οὐκ ἔδωκας αὐτοῖς ἔλεος. » Ὅτι δὲ κατὰ βούλησιν Θεοῦ ταῖς Βαβυλωνίων ἁλαζονείαις ἐπεπήδησεν ὁ Κῦρος, θρασύς τε καὶ παναλκὴς, καὶ τῇ πρεπούσῃ τοῖς πάσχουσιν ὠμότητι χρώμενος, εἰσόμεθα, λέγοντος αὐτοῦ, διὰ τῆς Ἱερεμίου φωνῆς, ὡς πρός γε τὸν Κῦρον· « Πικρῶς ἐπίδηθι ἐπ' αὐτὴν, καὶ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐτῇ, καὶ ἐκδίκησον μάχαιραν, καὶ ἀφάνισον, λέγει Κύριος, καὶ ποίει κατὰ πάντα ὅσα ἐντέλλομαί σοι. » Καὶ πρὸς τούτοις ἔτι· « Ἤνοιξε Κύριος τὸν θησαυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἐξήνεγκε τὰ σκεύη τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, ὅτι ἔργον Κυρίῳ ἐν γῇ Χαλδαίων, ὅτι ἐληλύθασιν οἱ καιροὶ αὐτῆς. Ἀνοίξατε τὰς ἀποθήκας αὐτῆς, ἐρευνήσατε αὐτὴν ὡς σπήλαιον, καὶ ἐξολοθρεύσατε αὐτὴν. Μὴ γενέσθω αὐτῆς κατάλειμμα, ἀναξηράνατε πάντας τοὺς καρποὺς αὐτῆς, καταβήτωσαν εἰς σφαγήν. Οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι ἥκει ἡ ἡμέρα αὐτῶν, καὶ καιρὸς ἐκδικήσεως αὐτῶν. » Ἔφη δέ που καὶ αὐτὸς ὁ προφήτης Ἡσαΐας, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ πρὸς Βαβυλωνίους· « Ἰδοὺ ἐπεγερῶ ὑμῖν τοὺς Μήδους, οἳ οὐ λογίζονται ἀργύριον, οὐδὲ χρυσίου χρείαν ἔχουσι. Τοξεύματα νεανίσκων συντρίψουσι, καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν οὐ μὴ ἐλεήσωσιν, οὐδ' ἐπὶ τοῖς τέκνοις σου φείσονται οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, » δηλονότι τῶν Μήδων.

cunque voluero, corda eorum qui in terra sunt, inclino, ut etiamsi mei non sunt, voluntates tamen meas exsequantur. Ego igitur sum Dominus Deus, qui fabricavi lucem, et feci tenebras, id est, diem et noctem, vel lucem redemptis, tenebras perditis. Illi enim, velut liberati vinculis, gaudebant : hi autem in miseria indeclinabili versabantur. Ego sum qui constituo pacem, et creo mala. Et hoc accipies eo, quem jam dixi, sensu : Pacem redemptis, mala vero, id est, male affligentia, vel omnis malæ afflictionis efficientia, crudelibus et immanibus, qui invaserunt Israelem. Nam quod offenderit Deum hæc res, perspicuum esse potest, cum dicat voce angeli, prophetæ Zachariæ : « Æmulatus sum Jerusalem et Sion æmulatione magna, et furore magno irascor gentibus simul conspirantibus, pro eo quod ego iratus parum fuerim, ipsæ autem conspiraverunt ad mala [15]. » Quin et velut de ipsis Babyloniis : « Ego tradidi eos in manus tuas : tu autem non exhibuisti illis misericordiam [16]. » Quod autem ex voluntate Dei Babyloniorum insolentiæ insultarit Cyrus, et audax, et fortissimus, et digna his qui supplicio affecti sunt usus crudelitate : **603** intelligemus, ipso dicente velut ad Cyrum, voce Jeremiæ : « Acriter invade eam, et habitantes in ea. Ulciscere gladio, et vasta, ait Dominus, et fac juxta omnia quæcunque præcipio tibi [17]. » Et ad hæc iterum : « Aperuit Dominus thesaurum ejus, et protulit vasa iræ suæ, quia opus Domino in terra Chaldæorum, quoniam venerunt tempora ejus. Aperite apothecas ejus, scrutamini illam tanquam speluncam, et delete eam. Ne sint illius reliquiæ. Exsiccate omnes fructus ejus, et descendant in occisionem. Væ illis, quia venit dies eorum, et tempus vindictæ eorum [18]. » Dixit etiam ipse propheta Isaias, velut in persona Dei, ad Babylonios : « Ecce excitabo contra vos Medos, qui non rationem habent argenti, nec auro opus habent. Arcus juvenum conterent, et filiorum vestrorum misericordiam non capient, nec filiis tuis parcent oculi eorum [19], » nimirum Medorum.

Εὐφραν θήτω ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν, καὶ αἱ νεφέλαι ῥανάτωσαν δικαιοσύνην· ἀνατειλάτω ἡ γῆ, καὶ βλαστησάτω ἔλεος, καὶ δικαιοσύνην ἀνατειλάτω ἅμα.

Vers. 8. *Lætetur cœlum desuper, et nubes spargant justitiam, aperiatur terra, et germinet misericordia, et justitia exoriatur simul.*

Ἔθος καὶ μελέτη πλεισταχοῦ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ διεξάγειν τοὺς λόγους ἐκ τῶν καθ' ἕκαστά τε καὶ ἀνὰ μέρος ἐπί τισι γεγονότων εἰς τὸ καθόλου καὶ ἐπὶ πάντας, καὶ καθάπερ ἐξ ἐνεργοῦς εἰκόνος τῶν ἱστορικῶς πεπραγμένων ἀναβιβάζειν ἀστείως τῶν παιδευομένων τὸν νοῦν εἰς θεωρίας μυστικωτέρας. Ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἐν χερσὶ στίχων ἔνεστιν ἰδεῖν. Μακρὸς μὲν γὰρ δεδαπάνηται λόγος διὰ τῶν ἀνόπτυ

Solemne ac familiare est divinitus aspiratæ Scripturæ, sæpenumero sermonem ab his quæ sigillatim et particulatim de aliquibus facta sunt, ad genus universum et ad omnes producere, et velut a luculenta rerum historice gestarum imagine, mentem eorum qui instituuntur, ad considerationes magis arcanas ac mysticas scite traducere. Quod etiam in his versibus qui præ manibus sunt, videre

[15] Zachar. I, 14, 15. [16] Isa. XLVII, 6. [17] Jer. L, 25, 27. [18] Jer. LI, 1-5.

Digitized by Google

licet. Longa enim oratio in superioribus consumpta est de Cyro Persarum et Medorum principe, ut qui Babylonicam regionem devastarit, et vi eam deleverit, Israelem a servitute inibi et captivitatis vinculis relaxarit, templum Hierosolymitanum fundarit, et contra Chaldæos, Deo ipsum exacuente, et portas æneas ipsi aperiente, et vectes ferreos confringente, excitatus fuerit. Erat autem hæc narratio particularis. Soli enim ex sanguine Israelitico erant in tranquillitate collocandi, et a laboribus captivitatis liberandi. Deinceps vero sententiarum vim transfert jam ad ipsum Emmanuelem, qui exhibitus erat a Deo et Patre, ut captivis remissionem prædicaret, et cæcis visum, **604** ut peccatorum suorum catenis inevitabiliter constrictos malo eriperet, et incolas terræ, a diaboli tyrannide liberatos, rursus ad se recurrere faceret, itaque per se Deo et Patri adduceret. Factus enim est sequester Dei et hominum; et per ipsum in uno spiritu Patri reconciliamur, et ipse est pax nostra [16**], secundum Scripturas : ipse divinum, hoc est, suum templum restauravit, id est, Ecclesiam. Ipse enim sibi eam repræsentavit virginem puram, non maculam, aut rugam, aut tale quidpiam habentem, sed potius sanctam et intemeratam. Itaque perspicere licet optime in Cyro ejusque factis, tanquam in imagine, divina ac præclara beneficia universæ terræ habitatoribus divinitus donata. Hic est itaque scopus propositorum verborum. Singula autem, ordine prout scripta sunt, quoad licet interpretabimur. Lætetur ergo cœlum sursum, id est, qui in supera civitate versantur, et illustre atque admirabile tenent habitaculum, angeli et archangeli, et qui ultra illos sunt, et throni, et dominationes, et potestates rationis participes, et supremarum sedium astites et apparitores. Dicimus autem causam hilaritatis fuisse etiam cœlestibus spiritibus conversionem terræ incolarum errantium ad Deum, per Christum, inquam, omnium nostrum Servatorem, et cæcorum receptum visum, et ut semel dicam, perditorum salutem. Si enim gaudent de uno peccatore resipiscente [17], qui fas est ambigere, gaudere eos et lætari, cum orbem terrarum servatum conspicantur? Itaque inquit : Cœlum lætetur supra, et spargant nubes justitiam. Nubes autem intelligibiles esse dicimus supernas potestates, a quibus spirituales consolationes pluviæ instar demittuntur, et in corda destillant credentium : juxta id quod alibi aperte dictum est de Israelitis, quasi de vite : Et nubibus mandabo, ne depluant in eos pluviam [18] : vel etiam ipsos sanctos mystagogos, et eos qui sunt in terra, quorum primi et primitiæ fuerunt divini discipuli, qui universam terram peragrantes, divinum et sacrosanctum sermonem dissiparunt, et quasi siticulosam quampiam et infructuosam terram, quotquot ubique sunt, exhilarantes, et quasi intelligibiliter irrigantes, **605** spiritualis feracitatis causa

περὶ Κύρου, τοῦ Περσῶν τε καὶ Μήδων ἐξάρχοντος, ὡς καταδηώσαντος μὲν τὴν Βαβωλωνίων, καὶ κατὰ κράτος αὐτὴν ἡρηκότος, θητείας δὲ τῆς αὐτόσε, καὶ τῶν τῆς αἰχμαλωσίας δεσμῶν ἀνέντος τὸν Ἰσραήλ· θεμελιώσαντος δὲ καὶ τὸν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις νεών, κατεγήγερται δὲ καὶ ὅτι τῆς Χαλδαίων καὶ Θεοῦ καταθήγοντος, καὶ ἀνοιγνύντος αὐτῷ θύρας χαλκᾶς, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνθραύοντος. Ἀλλ' ἦν τοῦτο διήγημα μερικόν. Ὑπῆρξε γὰρ μόνοις τὸ διευθυμεῖσθαι δεῖν, καὶ τῶν τῆς αἰχμαλωσίας ἀπαλλάττεσθαι πόνων, τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραήλ. Μεθίστησι δὲ λοιπὸν τῶν ἐννοιῶν τὴν δύναμιν ἐπ' αὐτὸν ἤδη τὸν Ἐμμανουήλ, ὃς ἀνεδείχθη παρὰ Θεοῦ καὶ Πατρός, ἵνα κηρύξῃ μὲν αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἵνα τοὺς ταῖς τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων σειραῖς ἀφύκτως κατεσφιγμένους ἐξέληται τοῦ κακοῦ, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἐλευθέρους ἀποφήνας, τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς παλινδρομῆσαι παρασκευάσῃ πρὸς ἑαυτόν, προσαγάγῃ τε οὕτω δι' ἑαυτοῦ τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Γέγονε γὰρ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, καὶ δι' αὐτοῦ τὴν καταλλαγὴν ἐσχήκαμεν ἐν ἑνὶ πνεύματι πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ αὐτός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, κατὰ τὰς Γραφάς· αὐτὸς τὸν θεῖον ἤτοι τὸν ἑαυτοῦ ναὸν ἀνεδείματο, τοῦτ' ἔστι, τὴν Ἐκκλησίαν. Αὐτὸς γὰρ αὐτὴν ἑαυτῷ παρέστησεν παρθένον ἁγνὴν, μὴ ἔχουσαν σπίλον ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων, ἁγίαν δὲ μᾶλλον, καὶ ἄμωμον. Θὐκοῦν ὡς ἐν εἰκόνι τῷ Κύρῳ καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ γεγονόσι κατίδοι τις ἂν εὖ μάλα τὰ τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν διεδωρημένα παρὰ Θεοῦ θεοπρεπῆ κατορθώματα. Οὗτος μὲν οὖν τῶν προκειμένων ἡμῖν ὁ σκοπός. Ἕκαστα δὲ κατὰ μέρος τῶν γεγραμμένων ὡς ἔνι διερμηνεύσομεν. Εὐφραινέσθω τοίνυν, φησὶν, ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν, τοῦτ' ἔστιν, οἱ τὴν ἄνω τρίβοντες πόλιν, καὶ τὸ λαμπρὸν καὶ ἀξιάγαστον ἔχοντες ἐνδιαίτημα, ἄγγελοί τε καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ τὰ τούτων ἐπέκεινα, θρόνοι τε καὶ ἐξουσίαι, καὶ δυνάμεις λογικαὶ, καὶ τῶν ἀνωτάτω θώκων οἱ παραστάται. Φαμὲν δὲ ὅτι θυμηδίας πρόφασις καὶ αὐτοῖς δὴ γέγονε τοῖς ἐν οὐρανῷ πατράσιν, ἡ τῶν πεπλανημένων ἐπὶ τῆς γῆς ἐπιστροφὴ πρὸς τὸν Θεὸν, ἡ διά γέ φημι τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, ἡ τυφλῶν ἀνάβλεψις, καὶ ἁπαξαπλῶς τῶν ἀπολωλότων ἡ σωτηρία. Εἰ γὰρ χαίρουσιν ἐφ' ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, πῶς ἐνδιάσαι θέμις, ὡς ἥδονταί τε καὶ κατευφραίνονται σεσωσμένην ὁρῶντες τὴν ὑπ' οὐρανόν; Οὐκοῦν ἄνωθεν μὲν ὁ οὐρανὸς εὐφραινέσθω, φησὶ, ῥανάτωσαν δὲ καὶ αἱ νεφέλαι δικαιοσύνην. Νεφέλας δὲ εἶναί φαμεν νοητὰς τὰς ἄνω δυνάμεις, δι' ὧν αἱ διὰ τοῦ πνεύματος παρακλήσεις ὑετοῦ καθίενται δίκην, καὶ ταῖς τῶν πιστευόντων καρδίαις ἐνστάζουσι, κατά γε τὸ ἐτέρωθί που σαφῶς εἰρημένον ὡς περὶ ἀμπέλου περὶ τῶν ἐξ Ἰσραήλ· Καὶ ταῖς νεφέλαις ἐντελοῦμαι τοῦ μὴ βρέξαι ἐπ' αὐτοὺς ὑετόν· ἦγουν καὶ αὐτοὺς τοὺς ἁγίους μυσταγωγοὺς, καὶ τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν καὶ πρῶτοι καὶ ἀπαρχὴ γεγόνασιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, οἳ δὴ ἅπασαν περιφοιτῶντες τὴν γῆν, τὸν

[16**] Ephes. II, 14. [17] Luc. XV, 47. [18] Isa. V, 6.

Digitized by Google

θεῖόν τε καὶ ἱερὸν κατεσκέδασαν λόγον, καὶ καθάπερ τινὰ δι' ὕδατος καὶ ἄκαρπον γῆν, τοὺς ἀπανταχοῦ κατευφραίνοντες, καὶ οἷον κατάρδοντες νοητῶς, πρόφασις αὐτοῖς εὐκαρπίας γεγόνασι τῆς πνευματικῆς. Οὐκοῦν Ἰουδαίοις ἅτε μὲν, ἅτε δὲ καὶ γεγονόσι κυριοκτόνοις, καὶ εἰς αὐτὸν παροινήσασι τὸν τῶν νοητῶν ναμάτων δοτῆρα Χριστὸν, ἐκέλευε Θεὸς ταῖς νεφέλαις τὸ μὴ διδόναι τοὺς ὑετοὺς, τοῖς γε μὴν εἰς αὐτὸν πιστεύουσι καθεῖναι προστάττονται, καὶ κατάρδειν ἀμφιλαφῶς τὰς τῶν προσιόντων αὐτῷ καρδίας. « Ὑετῶν γε μὴν καθιεμένων, ἀνατειλάτω, φησὶν, ἡ γῆ, καὶ βλαστησάτω ἔλεος, καὶ δικαιοσύνην ἀνατειλάτω ἅμα. » Ἦν γὰρ ἀναγκαῖον τῶν νοητῶν νεφελῶν, ὡς ἔφην, τοῖς εἰς δικαιοσύνην μαθήμασιν ἀρδευουσῶν τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καθάπερ ἐκ σπερμάτων ἀγαθῶν, ἀναῦῆναί τε καὶ ἀναβλαστῆσαι καρποὺς ἀγαθούς. Ὥσπερ γὰρ κατάρχοντος ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ τῆς ἁμαρτίας εὑρετοῦ, καὶ διὰ τῶν ἐν κόσμῳ σοφῶν, μυσαρά τε καὶ βέβηλα πανταχοῦ καθιέντος σπέρματα, ὠδὶς ἦν ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνὸς, ἀλλὰ πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, καὶ καρπῶν ἐπιεικείας ἔρημος ἦν ἡ σύμπασα γῆ, οὕτω τῶν τῆς δικαιοσύνης μαθημάτων, ὑετῶν δίκην, καθιεμένων τοῖς ἁπανταχοῦ· λοιπὸν, ἦν ἀκόλουθον τοὺς τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας εἶναι καρποὺς· ἔλεος δὲ εἶναί φαμεν τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐστὶ τοῦ νόμου τὸ πλήρωμα, συμπαρομαρτούσης αὐτῇ καὶ δικαιοσύνης, καὶ πάντως που τῆς εὐαγγελικῆς· ἧς καὶ βραβευτὴς καὶ διδάσκαλος αὐτὸς ἡμῖν γέγονεν ὁ Χριστός. Φαίη δ' ἄν τις, Ἔλεος καὶ δικαιοσύνην τὴν ἐκ γῆς ἀνίσχουσαν, ἢ καὶ βλαστήσασαν, αὐτὸν εἶναι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Γέγονε γὰρ ἡμῖν παρὰ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἔλεος καὶ δικαιοσύνη· εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς ὡς ἠλεήθημεν ἐν αὐτῷ, καὶ δεδικαιώμεθα, τῶν ἀρχαίων αἰτιαμάτων λαβόντες τὴν ἄφεσιν, ἤγουν ὅτι παρ' αὐτοῦ δεδέγμεθα τὴν εἰς λῆξιν ἀγαθοῦ παντὸς ἀνακομίσαι δυναμένην ἡμᾶς δικαιοσύνην, δι' ἧς καὶ σεσώσμεθα. Εἰ δὲ ἡ γῆ τὴν δικαιοσύνην ἀναφῦναι προστέτακται, χαλεπαινέτω μηδεὶς, ἐννοήσας ὅτι καὶ ὁ Ψαλμῳδός που φησι περὶ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Ἐμμανουήλ· « Εἰργάσατο δικαιοσύνην ἐν μέσῳ τῆς γῆς. » Οὐ γὰρ ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ κατεκόμισεν ἡμῖν τὴν ἑαυτοῦ σάρκα Χριστὸς, γεγένηται δὲ μᾶλλον κατὰ σάρκα ἐκ γυναικὸς, ἢ καὶ μία γέγονε τῶν ἐπὶ γῆς. Ὅταν οὖν λέγηται γῆς γενέσθαι καρπὸς καὶ βλάστημα, συνήσεις, ὡς ἔφην, ὅτι γέγονε κατὰ σάρκα ἐκ γυναικὸς ληφθείσης εἰς τοῦτο πρὸς ὑπουργίαν, καίτοι μιᾶς οὔσης τῶν ἀπὸ τῆς γῆς.

in illis exstiterunt. Itaque Judæis, ut qui dominicidæ fuerint, et in Christum ipsum datorem rivorum sub intelligentiam cadentium debacchati sunt, mandat nubibus Deus, ne dent pluvias : at jubentur demittere in ipsum credentibus, et largiter madefacere corda accedentium. « Pluviis demissis, aperiatur, inquit, terra, et germinet misericordia, et justitia simul exoriatur [18]. » Erat siquidem opus nubibus sub intelligentiam cadentibus, ut dixi, quæ justitiæ præceptis ac institutis orbem irrigarent : ut velut ex seminibus bonis excrescerent boni fructus et efflorescerent. Imperium enim terræ velut obtinente peccati inventore, et per mundi sapientes passim exseminanda et profana semina demittente, cum nemo esset qui bonitatem exerceret, ne ad unum usque, sed omnes declinassent simul, et inutiles facti fuissent, omnisque terra vacua esset probitatis fructibus, justitiæ præceptis ac disciplina, instar pluviæ nondum uspiam demissa : consentaneum deinceps erat, fructus esse pietatis erga Deum. Misericordiam esse dicimus, charitatem quæ est legis complementum, comitante simul justitia evangelica, cujus dispensator et doctor factus est nobis ipse Christus. Potest etiam quis dicere misericordiam et justitiam, ex terra enascentem et germinantem, ipsum Dominum nostrum Jesum Christum. Factus est enim nobis a Deo et Patre misericordia et justitia, siquidem verum est, nos in ipso misericordiam consecutos, et accepta remissione pristinorum scelerum justificatos, et ab illo justitiam, quæ nos in sortem omnium bonorum potest adducere, et per quam servamur, accepisse. Si autem jubeatur terra justitiam germinare, ne quis offendatur, cogitans, etiam Psalmistam de Deo et Patre, et ipso Emmanuele dicere : « Operatus est justitiam in medio terræ [19]. » Non enim e supernis et e cœlo nobis carnem suam Christus deportavit, sed potius natus est secundum carnem de muliere, quæ est una ex his quæ sunt in terra. Quando igitur dicitur terræ esse fructus et germen, intelliges, ut dixi, natum secundum carnem de muliere, quæ ad hoc ministerium assumpta est, licet ex terrestribus illa una fuerit.

Ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεὸς ὁ κτίσας σε· ποῖον βελτίονα κατεσκεύασα ὡς πηλὸν κεραμέως;

606 *Ego sum Dominus Deus, qui creavi te : quem meliorem paravi ut lutum figuli?*

Τὴν αἰτίαν ὥσπερ ἀποδίδωσιν ἐν τούτοις, τοῦ καὶ Θεὸν ὄντα κατὰ φύσιν Υἱὸν, κενῶσαι μὲν ἑαυτὸν, ἐλέσθαι δὲ καὶ παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ τῆς οὕτω μεγάλης ἀξιῶσαι φειδοῦς τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς ἀντάλλαγμα τὴν ἰδίαν προέσθαι ψυχὴν· μᾶλλον δὲ καὶ ἀνασχέσθαι λαβεῖν τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, καὶ τῆς ἀνωτάτω δόξης ἀλλάξασθαι τῇ ἀνθρώπου φύσεως τὸ μικροπρεπές. Ταύτηταί φησιν, ὅτι Ἐγώ εἰμι, νῦν ἐκληπτέον, ἀντὶ τοῦ, ὑφέστηκα καὶ ζῶ,

Causam veluti reddit his verbis, quamobrem Deus cum sit, natura Filius, seipsum exinaniverit, voluerit que pro nobis pati, et terræ incolas tanta dignari misericordia, ut pretium velut redemptionis animam suam profuderit, imo et servi formam accipere, et summam gloriam humanæ naturæ parvitate commutare sustinuerit. Hinc ait : Ego sum, quod nunc sumendum est pro, subsisto et vivo, Deus exsistens verus, et exercituum Dominus, et

[18] Isa. v, 7. [19] Psal. LXXIII, 12.

Digitized by Google

producens in ortum omnia, et mortem non efficiens, sed ad incorruptionem potius creans omnia. Dein hominis naturam honore afficiens, et quoniam nullum in terris animal ei ulla ratione sit æquiparandum, Quem, inquit, meliorem paravi ut lutum figuli? formati enim ab ipso sumus, pulvere sumpto de terra, et efformato instar figuli pulcherrime. Sed non sistit hic humanæ naturæ dignitas, sed majus in nobis est munus et donum artificii divini : ut qui ad imaginem et similitudinem ipsius effecti sumus, et locupletati ipsius majestatis charactere, intelligibiliter coruscante in animis nostris, tametsi carne tenus sumus terra et ex terra. Quare non contemnendum est, sed admirandum in terra animal, homo in quo sic Deus gloriatur. Dixit quippe ad patientissimum Jobum, cum sua magnifica opera declarat : « Num tu, accepto terræ luto, animal formasti, et eloquens illud locasti in terra [19a]? » Psallit etiam divinus David : « Domine, quid est homo, quod memor es ejus, aut filius hominis, quod invisis eum [20]? » Deinde humanæ naturæ excellentiam narrat, inquiens : « Minorasti eum paulo minus ab angelis, gloria et honore coronasti eum, et præfecisti eum operibus manuum tuarum. Omnia subjecisti pedibus ejus [21]. » Sapientissimus enim Paulus propositorum versuum aliquot Christo accommodavit. Dici autem potest convenienter et de omni homine nostræ conditionis; nihil enim falsi inest.

A Θεὸς ὑπάρχων ἀληθινὸς, καὶ τῶν δυνάμεων Κύριος, καὶ παρενεγκὼν εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα, καὶ θάνατον οὐ ποιήσας, κτίσας δὲ μᾶλλον ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ τὰ πάντα. Εἶτα τιμῶν τὴν ἀνθρώπου φύσιν, καὶ ὅτι τῶν ἐπὶ γῆς ἁπάντων ζώων ἰσοστατήσειεν ἂν αὐτῇ παντελῶς οὐδὲν, Ποῖον, φησὶ, βέλτιον κατεσκεύασα ὡς πηλὸν κεραμέως; πεπλάσμεθα γὰρ παρ' αὐτοῦ χοῦν λαβόντος ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ κεραμέως δίκην εὖ μάλα διαμορφώσαντος. Ἀλλ' οὐ μέχρι τούτων τῆς ἀνθρώπου φύσεως τὸ ἀξίωμα, ἀλλά τι καὶ μεῖζον ἐν ἡμῖν ξένιόν τε καὶ δῶρον εὐτεχνίας Θεοῦ. Πεποιήμεθα γὰρ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ, καὶ τῆς αὐτοῦ δόξης τὸν χαρακτῆρα πεπλουτήκαμεν νοητῶς ἐναστράπτοντα ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, εἰ καί ἐσμεν κατὰ σάρκα γῆ καὶ ἐκ γῆς. Οὐκοῦν οὐκ εὐκαταφρόB νητον, μᾶλλον δὲ καὶ ἀξιάγαστον ἐπὶ γῆς ζῶον ὁ ἄνθρωπος· οὕτω τε Θεὸς ἐπ' αὐτῷ σεμνύνεται. Καὶ γοῦν ἔφη πρὸς τὸν τλημαθέστατον Ἰὼβ, τὰς ἑαυτοῦ μεγαλουργίας ἐναργεῖς καθιστάς· « Ἡ συλλαβὼν γῆς πηλὸν, ἔπλασας ζῶον, καὶ λαλητὸν αὐτὸ ἔθου ἐπὶ τῆς γῆς; » Ψάλλει δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· « Κύριε, τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ; υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; » Εἶτα τῆς ἀνθρώπου φύσεως τὸ περιφανὲς ἐξηγεῖται λέγων· « Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους· δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτὸν, καὶ κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου. Πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ. » Ἐφήρμοσε μὲν γὰρ τῷ Χριστῷ τῶν προκειμένων στίχων τινὰς ὁ πάνσοφος Παῦλος. Λέγοιτο δ' ἂν οὐκ ἀπεοικότως καὶ ἐπὶ παντὸς ἀνθρώπου τοῦ καθ' ἡμᾶς· ἐψευσμένον γὰρ ἐν αὐτοῖς οὐδέν.

VERS. 9, 10. *Nunquid arans arabit terram totum diem? Num dicet lutum figulo : Quid facis, quod non laboras, neque habes manus?* **607** *Væ qui dicit patri, Quid generabis? et matri, Quid parturies?*

C *Μὴ ὁ ἀροτριῶν ἀροτριάσει τὴν γῆν ὅλην τὴν ἡμέραν; Μὴ ἐρεῖ ὁ πηλὸς τῷ κεραμεῖ· Τί ποιεῖς, ὅτι οὐκ ἐργάζῃ, οὐδὲ ἔχεις χεῖρας; Ὁ λέγων τῷ πατρί· Τί γεννήσεις; καὶ τῇ μητρί· Τί ὠδινήσεις;*

Profundus est hic sermo, et obscuritate multa obumbratus : tamen ut quod commodum ac verum est, intelligas, explicandus est prius, credo, paucis scopus sententiarum. Sic enim quasi palpabilis erit et acceptus auditoribus. Universorum itaque Deus Israel ex Ægypto redemit, et ab errore multorum deorum liberavit, et a seductione dæmonum, per legem Mosaicam ad veræ cognitionis Dei fulgorem reducendo. Docuit enim unum Deum colere, et Dominum unum adorare : dein per figuram umbræ ad majora adhuc et perfectiora, id est, ad ea quæ in Christo sunt, traducere D voluit. Pædagogus enim erat lex, et ad tempus usque reformationis posita, nimirum adventus Servatoris nostri : qui legalium præceptorum umbra, et litteræ typis semotis, spiritualis et veri cultus pulchritudinem nude et aperte his qui in terra degunt, invexit. Sed gravate hoc ipsum tulerunt Judæi, et adhuc typis patrocinantes, Christo restiterunt, et Mosaicorum vaticiniorum subversionem ei impegerunt, nunc dicentes : « Si hic homo a Deo esset, non violaret Sabbatum [21a]; » nunc aliis ver-

Βαθὺς μὲν ὁ λόγος, καὶ ἀσαφείᾳ πολλῇ κατεσκιασμένος; εἴσῃ δ' ὅμως εὐθὺ τοῦ χρησίμου, καὶ ἀληθοῦς· χρῆναι δὲ οἶμαι προαναπτύξαι βραχὺ τῶν νοημάτων τὸν σκοπόν. Ἔσται γὰρ οὕτως εὐαφής τε καὶ εὐπαράδεκτος τοῖς ἀκροωμένοις. Οὐκοῦν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐλυτρώσατο μὲν ἐξ Αἰγύπτου τὸν Ἰσραὴλ, ἐξείλετο δὲ καὶ τῆς πολυθέου πλάνης, καὶ τῆς τῶν δαιμονίων ἀπάτης, νόμῳ τῷ διὰ Μωσέως ἀνακομίσας αὐτὸν εἰς τὴν τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας αὐγήν. Ἑνὶ γὰρ λατρεύειν ἐδίδαξε Θεῷ, καὶ Κύριον ἕνα προσκυνεῖν· εἶτα διὰ τύπων καὶ σκιᾶς ἀναβιβάζειν ἤθελεν ἐπὶ τὰ ἔτι μείζω, καὶ τελεώτερα, τοῦτ' ἔστι, τὰ ἐν Χριστῷ. Παιδαγωγὸς γὰρ ὁ νόμος ἦν, ἔκειτο δὲ καὶ μέχρι καιροῦ διορθώσεως· ἦν δὲ οὗτος ὁ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιδημίας, ὅτε τῶν νομικῶν ἐνταλμάτων ἀποστήσας τὴν σκιὰν, καὶ τοὺς ἐν γράμμασι τύπους τῆς ἐν πνεύματι καὶ ἀληθοῦς λατρείας τὸ κάλλος εἰσεκόμικε τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, γυμνῶς τε καὶ ἀπημφιεσμένως. Ἀλλ' ἐπ' αὐτῷ δὴ οὖν τούτῳ δεδυσφορήκασιν Ἰουδαῖοι, καὶ τοῖς τύποις ἔτι συναγορεύοντες ἀντεπράττοντο τῷ Χριστῷ, καὶ τῶν Μωσαϊκῶν θεσπισμάτων τὴν λύσιν ἐνεκάλουν

[19a] Job. xxxiii, 6. [20] Psal. viii, 5. [21] ibid. 6-8. [21a] Joan. ix, 16.

Digitized by Google

αὐτῷ, ποτὲ μὲν λέγοντες· « Εἰ ἦν οὗτος παρὰ Θεοῦ ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἔλυε τὸ Σάββατον· » ποτὲ δὲ καὶ τοῖς ἔτι χείροσι κατασφενδονῶντες λόγοις. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἀπαράδεκτον ἐποιοῦντο τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων τὴν ὄνησιν ἀναβιβάζουσαν αὐτοὺς εἰς πνευματικὴν εὐκαρπίαν ἐκ τῆς ἀνονήτου σκιᾶς, ταύτητοί φησι· Μὴ ὁ ἀροτριῶν ἀροτριάσει τὴν γῆν ὅλην τὴν ἡμέραν; Ὦ ἀνόητοι, φησίν· ἀνατέμνει μὲν γὰρ τοῖς ἀρότροις τὴν ἄρουραν ὁ γηπόνος, ἀλλ' οὐ μέχρι παντὸς τοῦτο δρᾷ, οὐδὲ ἅπαντα τοῖς ἀρότροις τὸν τῆς γηπονίας δαπανήσει καιρόν. Ἀνατέμνει γὰρ τὴν ἄρουραν, οὐχ ἵνα φαίνηται τοῦτο παθοῦσα μόνον, ἀλλ' ἵνα εὐπαράδοχος ᾖ τοῖς ἐν αὐτῇ καταβαλλομένοις σπέρμασι, καὶ καρποτόκος ὀφθῇ. Οὐκοῦν ὑλομανούσας ποτὲ καὶ οἷον κεχερσωμένας τὰς ἁπάντων ἡμῶν καρδίας, ὥσπερ ἀρότρῳ χρησάμενος τῷ διὰ Μωσέως νόμῳ, προείργασμαι, καὶ γεωργοῦ δίκην ἀνατέμνων, εὐπρεπεῖς ἀποφαίνω αὐτὰς εἰς καταβολὴν σπερμάτων ἀγαθῶν. Ὁ δέ γε ἀγαθοῦ παντὸς σπορεὺς ὁ ἐμός ἐστιν Υἱός. Προσδέξασθε τοίνυν τὰ παρ' αὐτοῦ, καὶ μὴ βούλεσθε διηνεκῶς στέργειν, καὶ ἀγαπᾷν τὸν ἀροτῆρα νόμον. Ἠροτρίασε γὰρ, ὡς ἔφην, οὐχ ἵνα μὲν ἔχητε τοῦτο· ποία γὰρ ὄνησις ἐντεῦθεν; ἀλλ' ἵνα τοὺς τῆς ἀληθείας ἐκτέκητε καρπούς. Ἐπειδὴ δὲ καὶ μεταπεπλάσμεθα νοητῶς ἐν Χριστῷ, ἤγουν μετεστοιχειώθημεν, οἱ μὲν ἐκ πλάνης Ἑλληνικῆς εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν, καὶ εἰς ζωὴν ἁγίαν, τὴν διὰ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ· οἱ γε μὴν ἐκ περιτομῆς εἰς ἀνάληψιν μαθημάτων εὐαγγελικῶν, καὶ εἰς καινότητα λατρείας, οὐκ ἔτι τῶν τύπων ἐχούσης τὸ ἀτερπὲς, ἐκλαμπούσης δὲ μᾶλλον τῆς πνευματικῆς τὸ εὐπρεπέστατον κάλλος· ὑπῆρξε δὲ ἡμῖν κἀκείνοις τὴν διὰ ὕδατός τε καὶ πνεύματος ἀναγέννησιν ἐν Χριστῷ πλουτήσασιν· ὁμοίως δὲ ἦν τοῖς Ἰουδαίων δήμοις ἀπόβλητός τε καὶ ἀπαράδεκτος ἡ ἐπ' αὐτοῖς δὴ τουτοισὶ χάρις· ἀντέπραττον γὰρ, ὡς ἔφην, τοῖς παρὰ Χριστοῦ θεσπίσμασι· ταύτητοί φησι· Μὴ ἐρεῖ ὁ πηλὸς τῷ κεραμεῖ· Τί ποιεῖς, ὅτι οὐκ ἐργάζῃ, οὐδὲ ἔχεις χεῖρας; Ὁ λέγων τῷ πατρί· Τί γεννήσεις; καὶ τῇ μητρί· Τί ὠδινήσεις; Ἐγὼ μὲν γὰρ, φησὶν, ἀναμορφῶσαι βούλομαι πρὸς τὰ ἀμείνω, καὶ οἷον ἀναπλάσαι πρὸς τὰ βελτίω διὰ γεννήσεως νοητῆς, πάντως δήπου τῆς δι' ὕδατός τε καὶ πνεύματος. Ἀλλὰ τοῖς ἐμοῖς σκέμμασιν ἀσυνέτως ἀντιπράττετε. Ἆρ' οὖν ἐπετίμησε, φησὶν, ὁ πηλὸς τῷ κεραμεῖ ποτε, ὡς χεῖρα τὴν τεχνουργὸν οὐκ ἔχοντι, ἢ ὡς οὐκ εἰδότι τίνα χρὴ τρόπον διαμορφῶσαι τὸ ἐν χερσίν; Ἀλλ' ὁ μέλλων τεχθήσεσθαι, φησὶ, μὴ πεῦσιν προσήγαγε τῷ ἰδίῳ πατρὶ; ἆρα γεννήσει; Εἶτα πῶς ὑμεῖς, ὡς πηλὸς ὄντες εἰς χεῖρας κεραμέως, καὶ οὐκ εἰδότες ὅλως τίνα τρόπον ἡ νοητὴ περὶ ὑμᾶς ἀναγέννησις ἔσται, οὐ δεδίατε φιλονεικεῖν; καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ὡς τεχνίτῃ καὶ πατρὶ τὸ ὅπως ἂν γένοιτο ταυτὶ παραχωρεῖν ἐγνώκατε; ὅτι γὰρ ἐφιλονείκουν Ἰουδαῖοι τοῖς τοῦ Σωτῆρος λόγοις, οἳ γεγόνασιν αὐτῷ περὶ τούτων, χαλεπὸν οὐδὲν συνιδεῖν. Ἔφη γὰρ πρὸς Νικόδημον· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν

A bis tanquam funda quæpiam incessentes. Quoniam ergo evangelicæ prædicationis utilitatem aspernati sunt, quæ illos ab inutili umbra, ad spiritualem fertilitatem adducit, hinc ait : Num arans arabit terram, toto die? O stulti, inquit, scindit aratro terram agricola, sed non semper hoc facit, nec totum agricolationis tempus aratris consumit. Scindit enim terram, non ut hoc solum patiatur, sed ut apta sit recipiendis, quæ jacta sunt in ipsa, seminibus, utque fructuosa appareat. Itaque ante quidem præcolui ac præparavi corda omnium vestrum silvestria quondam et quasi inculta, Mosaico quodammodo usus aratro, et agricolæ in morem scindens, ea effeci ad jactum bonorum seminum accommodata. Bonorum autem omnium sator est hic B meus Filius. Itaque hujus doctrinam recipite, neque velitis semper legem aratricem **608** amare et diligere. Aravit enim, ut dixi, non ut ibi acquiescere-tis : quæ enim inde est utilitas? sed ut veritatis fructus proferatis. Quoniam autem transformati et transfigurati sumus intelligibiliter in Christo, alii ab errore Græco ad veritatis agnitionem, et ad sanctam vitam, per omnium nostrum Servatorem Christum : alii a circumcisione ad recipiendum instituta ac disciplinam evangelicam, et ad novitatem cultus, non jam deformitatem figurarum habentis, sed potius spirituali decentissima pulchritudine enitescentis : contigit autem hoc nobis et illis, regeneratione per aquam et spiritum in Christo ditatis : similiter etiam postquam hanc suam gratiam Judaicus populus rejecit nec recepit (restiterunt enim, ut dixi, Christi vaticiniis), hinc ait : Nunquid dicet lutum figulo : Quid facis, quod non operaris, neque manus habes? Væ qui dicit patri : Quid generabis? et matri : Quid parturies? Ego enim, inquit, reformare volo ad meliora, et velut refingere ad potiora per generationem intelligibilem, eam scilicet omnino quæ fit per aquam et spiritum. Sed meis decretis imprudenter resistitis. Num, inquit, aliquando lutum reprehendit figulum, quasi manum artificiosam non haberet? aut quasi nesciret quemadmodum formare, quod præ manibus est, oporteat? Sed et nascendus, inquit, nunquid interrogavit suum patrem, unde generaret? Jam vos quasi lutum in manibus figuli, et omnino ignari, quemad-D modum regeneratio mentis et intelligentiæ vestræ sit futura, quomodo non veriti estis contendere? cur non potius novistis ei ut artifici et patri cedere, ac ipsi producendi modum relinquere? Nam contendisse Judæos adversus Servatoris sermones hac de re habitos, videre non est difficile. Dixit enim Nicodemo : « Amen, amen dico vobis, nisi quis natus fuerit ex aqua et spiritu, non potest videre regnum Dei [22]. » Is vero insultans et recalcitrans temere his, quæ mente capi non possunt, oppugnat et dicit : « Num potest homo, senex cum sit, in ventrem matris suæ denuo intrare et nasci [22*]? »

[22] Joan. III, 5. [22*] ibid. 4.

Digitized by Google

Adjecit his etiam allam mystagogiam : Qui possunt hæc fieri ? Quid igitur ad hæc Christus ? « Si terrena dixi vobis, et non creditis, quomodo, si dixero vobis cœlestia, credituri sitis [23] ? » **609** Cedendum ergo est his, quæ dicit Deus, necessario. Ipse enim novit suorum operum viam. Et quæ ab eo fabricata sunt, a nemine etiam curioso carpi possunt, et quæ mentem superant, ab hominibus nostri similibus indubitata fide honorari et suspici debent. Sciendum vero prophetam Jeremiam in domum figuli missum fuisse, ut illum fabricantem videret : dissipato autem luto, et in aliud vas reficto, dixit ei Deus : « Nonne ut figulus hic potero vobis facere, domus Israel? Ecce ut lutum figuli vos estis in manibus meis [23a]. » Quod autem transformemur intelligibiliter in sanctam et optimam vitam, declarabit Paulus, « Nos, inquiens, omnes retecta facie gloriam Domini speculantes, ad eamdem imaginem transformamur, a gloria in gloriam, velut a Domini Spiritu [24] : » per quem et regeneramur, semen habentes non amplius corruptioni obnoxium, sed id quod est per verbum viventis et manentis Dei.

μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος, καὶ πνεύματος, οὐ δύναται ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. » Ὁ δὲ τοῖς ὑπὲρ νοῦν ἀσυνέτως ἐπιπηδῶν ἀνανίστατο λέγων· « Μὴ δύναται ἄνθρωπος γέρων ὢν εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ δεύτερον εἰσελθεῖν καὶ γεννηθῆναι; » Προσετίθει δὲ τούτοις καὶ ἑτέραν μυσταγωγίαν, Πῶς δύναται ταῦτα γενέσθαι; Τί οὖν πρὸς ταῦτα Χριστός; « Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε, πῶς ἐὰν εἴπω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια, πιστεύσητε; » Εἰκεῖν οὖν ἀναγκαῖον οἷς ἂν λέγῃ Θεός. Αὐτὸς οἶδε τῶν ἰδίων ἔργων τὴν ὁδὸν, ἀπολυπραγμόνητα δὲ τὰ παρ' αὐτοῦ τεχνουργούμενα, καὶ ἀνενδοιάστῳ πίστει τὰ ὑπὲρ νοῦν ὄντα, τὸν καθ' ἡμᾶς τιμᾶσθαι προσήκει. Ἰστέον δὲ, ὅτι καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας εἰς τὸν οἶκον τοῦ κεραμέως ἐπέμπετο, τεχνουργοῦντα αὐτὸν ὀψόμενος· διαπεσόντος δὲ τοῦ πηλοῦ, καὶ εἰς ἄγγειον ἕτερον ἀναπεπλασμένου, πρὸς αὐτὸν ἔφη Θεός· « Μὴ, ὡς ὁ κεραμεὺς οὗτος, οὐ δυνήσομαι ὑμᾶς, οἶκος Ἰσραήλ; Ἰδοὺ ὡς πηλὸς τοῦ κεραμέως ὑμεῖς ἐστε ἐν χερσί μου. » Ὅτι δὲ καὶ μεταπλαττόμεθα νοητῶς εἰς ἁγίαν τε καὶ παγκάλην ζωὴν, σαφηνιεῖ λέγων ὁ Παῦλος· « Ἡμεῖς δὲ πάντες, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος· » δι' οὗ καὶ ἀναγεννώμεθα, σπορὰν ἔχοντες οὐκέτι φθαρτὴν, ἀλλὰ τὴν διὰ λόγου ζῶντος Θεοῦ, καὶ μένοντος.

Vers. 11, 12. *Quia sic dicit Dominus Deus sanctus Israel, qui fecit venturo : Interrogate me de filiabus et filiis meis, et de operibus manuum mearum mandate mihi. Ego feci terram et hominem in ea. Ego manu mea firmavi cœlum. Ego omnibus stellis mandavi.*

reprobam. Quid igitur hisce verbis divina promittit oratio? Vocationem **678** et collectionem eorum qui dissipati sunt, et reversionem in spiritu eorum qui perierunt, et reditum eorum qui fugerunt, et reversionem et expergefactionem, et amoris in Christum præmia. Circumspice namque, inquit, et specta omnes. Ecce congregati sunt ad te. Ut autem firmam ratamque promissionem faciat, jurejurando quod dictum est confirmat, et inquit : Vivo ego, dicit Dominus, quia omnibus eis induam te velut ornatu sponsæ. Nam ecclesiarum ornamentum est multitudo aggregata. Nam ideo solet divinitus inspirata Scriptura Ecclesiam vestitu aureo et variegato exornare. Quemadmodum enim variæ et pretiosissimæ lapidum, Indicorum, inquam, species, aureis regulis inhærescentes, admirabile quoddam et spectabile ornamentum adjungunt : ita quoque sanctorum animæ virtutum insignibus decoratæ, splendidissima pulchritudine fulgent Divinitatis oculis, ita ut quisque gratias agat Christo, et dicat : Exsultet anima mea in Domino. Induit enim me veste salutis, et tunicam lætitiæ sponsalem ornatum mihi circumdedit, et quasi sponsæ circumposuit mihi mitram.

VERS. 19-21. *Quoniam deserta tua, et dissipata, et quæ corruerunt, nunc angustiora fient quam ut habitatores capere possint : et procul segregabuntur a te, qui devorant te. Dicent enim in aures tuas filii tui quos perdidisti : Angustus mihi locus est; fac mihi locum, ut habitem. Et dices in corde tuo : Quis genuit mihi istos? Ego quidem sine liberis, et vidua; hos ergo quis enutrivit mihi? Ego quidem derelicta sum sola; isti autem ubi mihi erant?*

Ex rebus quæ velut aspectu sentiuntur, et manifestiores sunt, etiam nunc contexit orationis habitum. Nam cum Israel non crederet, ipsique Christo manus intulisset, omnis Judæorum regio vastata est, ipsumque adeo templum incensum est una cum Hierosolymis : et tanta virorum paucitas Judæam occupavit, ut id subinde beatus propheta Isaias ænigmatice indicet. Ait enim : « Et apprehendent septem mulieres virum unum, dicentes : Panem nostrum comedemus, et vestibus nostris amiciemur, modo tuo nomine vocemur. Aufer opprobrium nostrum [21]. » Nam in lege dictum est : « Non erit effeta neque **679** sterilis in filiis Israel [22]. » Hinc orbitatis dedecus intolerabile putaverunt. Cum igitur bellum omne genus masculum consumpsisset, et qui reliqui erant, pauci admodum essent : septem mulieres dixit rogaturas unum virum, ut ipsarum auferret dedecus, id est, orbitatem. Quia vero onerosum erat unum virum septem mulieribus satis dare : panem suum edere, et vestibus suis amiciri pro-

τούτοις ὁ θεῖος ὑπισχνεῖται λόγος; Κλῆσιν καὶ συγκομιδὴν τῶν κατεσκεδασμένων, καὶ τὴν ἐν πνεύματι τῶν ἀπολωλότων ἐπιστροφὴν, καὶ τὴν τῶν δραπετευσάντων ἐπάνοδον, ἐπιστροφήν τε καὶ ἐγρηγόρησιν, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης τὰ γέρα. Περίβλεψαι γάρ, φησὶ, καὶ ἄθρει τοὺς ἅπαντας. Ἰδοὺ συνήχθησαν πρὸς σέ. Ἵνα δὲ πιστὴν ἀποφανῇ τὴν ὑπόσχεσιν, ὅρκῳ βεβαιοῖ τὸ ῥηθὲν, καί φησι· Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος, ὅτι πάντας αὐτοὺς ἐνδύσω εἰς κόσμον νύμφης. Κόσμημα γὰρ ἐκκλησιῶν τὸ σύστημα. Διὰ γάρ τοι τοῦτο τὴν Ἐκκλησίαν ἱματισμῷ διαχρύσῳ καὶ πεποικιλμένῳ κατακοσμεῖν ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ· ὅπερ γὰρ αἱ πολυειδεῖς καὶ πολυτελέστατοι τῶν λίθων, φημὶ δὴ τῶν Ἰνδικῶν, χρυσοῖς κανόσιν (1) ἐνισχημένοι, θαυμαστόν τι καὶ ἀξιοθέατον ἐπιτελοῦσι κόσμημα· οὕτω καὶ αἱ τῶν ἁγίων ψυχαὶ τοῖς ἐξ ἀρετῶν αὐχήμασιν ἐξωραϊσμέναι, φαιδρὸν ἀποστίλβουσι κάλλος τοῖς τῆς Θεότητος ὀφθαλμοῖς, ὥστε καὶ ἕκαστον εὐχαριστοῦντα τῷ Χριστῷ λέγειν· Ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ Κυρίῳ. Ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης ὡς νυμφίῳ περιέθηκέ μοι κόσμον, καὶ ὡς νύμφῃ περιέθηκέ μοι μίτραν.

Ὅτι τὰ ἔρημά σου, καὶ τὰ διεστραμμένα, καὶ τὰ πεπτωκότα, νῦν στενοχωρήσει ἀπὸ τῶν κατοικούντων, καὶ μακρυνθήσονται ἀπὸ σοῦ οἱ καταπίνοντές σε. Ἐροῦσι γὰρ εἰς ὦτά σου οἱ υἱοί σου, οὓς ἀπολώλεκας· Στενός μοι ὁ τόπος, ποίησόν μοι τόπον, ἵνα κατοικήσω. Καὶ ἐρεῖς ἐν τῇ καρδίᾳ σου· Τίς ἐγέννησέ μοι τούτους; Ἐγὼ δὲ ἄτεκνος, καὶ χήρα. Τούτους δὲ τίς ἐξέθρεψέ μοι; Ἐγὼ δὲ κατελείφθην μόνη. Οὗτοι δέ μοι ποῦ ἦσαν;

Ὡς ἐκ τῶν ἐν ὄψει καὶ ἐμφανεστέρων πραγμάτων ἐξυφαίνει καὶ νῦν τοῦ λόγου τὸ σχῆμα· ἀπιστήσαντος μὲν τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ αὐτῷ τὰς χεῖρας ἐπενεγκόντος Χριστῷ, πεπόρθηται πᾶσα τῶν Ἰουδαίων ἡ χώρα, ἐνεπρήσθη δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις ὁμοῦ, καὶ αὐτὸς ὁ νεὼς, καὶ τοσαύτη λειψανδρία κατέσχε τὴν Ἰουδαίαν, ὥστε τὸν μακάριον προφήτην Ἡσαΐαν αἰνιγματωδῶς αὐτὸ δὴ τοῦτο καταμηνῦσαι πλειστάχως. Ἔφη γάρ, ὅτι « Καὶ ἐπιλήψονται ἑπτὰ γυναῖκες ἀνθρώπου ἑνὸς, λέγουσαι, Τὸν ἄρτον ἡμῶν φαγώμεθα, καὶ τὰ ἱμάτια ἡμῶν περιβαλλώμεθα, πλὴν τὸ ὄνομά σὸν κεκλήσθω ἐφ' ἡμᾶς. Ἄφελε τὸν ὀνειδισμὸν ἡμῶν. » Εἴρηται μὲν γὰρ διὰ τοῦ νόμου, τὸ « Οὐκ ἔσται ἄγονος, οὐδὲ στεῖρα ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ. » Οἱ δὲ τῆς ἀπαιδίας οὐ φορητὸν ἐποιοῦντο τὸν ὀνειδισμόν. Ὡς οὖν τοῦ πολέμου δαπανήσαντος ἅπαν τὸ ἄρσεν γένος, καὶ εὐαριθμήτων παντελῶς ὑπολελειμμένων, ἑπτὰ γυναῖκας ἔφη δεχθήσεσθαι ἑνὸς ἀνδρὸς, ὥστε ἀφελεῖν αὐτῶν τὸν ὀνειδισμὸν, τοῦτ' ἔστι, τὴν ἀπαιδίαν. Ἐπειδὴ δὲ φορτικὸν ἀρέσαι γυναιξὶν ἑπτὰ τὸν

[21] Isa. IV, 1, 2. [22] Exod. XXIII, 26.

(1) *Κανόσιν.* Hunfred. ad marginem scripserat κίοσιν, dubitans num legendum esset κανόσιν. Sed nullus conjecturæ locus, imo retinenda lectio. Canones enim dicebantur in operibus cujuscunque materiæ exstantia a reliqua superficie ornamenta, quæ quidem producerentur in modum regulæ. Quod notavit Casaubon. ad Athen. V, 7.

Digitized by Google

ἵνα, τὸν ἑαυτῶν ἄρτον ἐσθίειν ἐπαγγέλλονται, καὶ τὰ ἑαυτῶν ἱμάτια περιβάλλεσθαι, ὡς οὐδενὸς ὅλως δεηθησόμεναι τῶν παρ' αὐτοῦ. Δεδιέναι γὰρ μόνον διεβεβαιοῦντο τὸν τῆς ἀπαιδίας ὀνειδισμὸν, ὡς ἔφην. Ὡς οὖν εἰς ἐρημίαν παντελῆ καταστάσης αὐτῶν τῆς χώρας, λύσιν ὑπισχνεῖται τοῦ συμβεβηκότος, καὶ τὰ ἔρημα, καὶ τὰ πεπτωκότα στενοχωρήσεσθαί φησιν ἀπὸ τῶν κατοικούντων. Μακρυνθέντων δηλονότι τῶν καταπιόντων αὐτὴν, δῆλον δὲ ὅτι τῶν καθηγεῖσθαι λαχόντων· οἱ μονονουχὶ καθάπερ τινὲς θῆρες ὠλόθρευσαν, καὶ κατέπιον αὐτήν. Διαδείκνυσι δὲ τὴν τῶν κληθησομένων πληθὺν, ὡς πολλή τε εἴη, καὶ ἀναρίθμητος. Οἱ γὰρ υἱοί σου, φησὶν, οὓς ἀπολώλεκας, ἐροῦσιν εἰς τὰ ὦτά σου, Ποίησόν μοι τόπον. Εἴρηται δέ που καὶ πρὸς τὴν νοητὴν Σιών· « Πλάτυνον τὸν τόπον τῆς σκηνῆς σου καὶ τῶν αὐλαίων σου πῆξον. Μὴ φείσῃ, ἔτι εἰς τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερὰ ἐκπέτασον. » Ἀνέγνωμεν δὲ καὶ ἐν τοῖς Μωσέως βίβλοις, ὅτι περὶ τὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ σκηνὴν, διά γέ φημι τῶν δέρρεων ἀποτελεσθεῖσαν, εὐρεῖαι καὶ εὐμήκεις ἐτάχθησαν αὐλαὶ, τοῦτο μὲν εἰς ἠῶ καὶ ἀκτῖνα βλέπουσαι, τοῦτο δὲ καὶ εἰς δύσιν κατόπιν τῆς σκηνῆς, ναὶ μὴν εἰς βορρᾶν καὶ νότον, ὑπεμφαίνοντος τοῦ τύπου τὸ ἐσόμενον κατὰ καιροὺς τῶν ἱερῶν αὐλῶν, ἤτοι τῶν ἐκκλησιῶν, πλάτος τε καὶ μῆκος. Πλὴν νοῖ οὕτως πλεοναζούσης ἀεὶ τῆς χάριτος τῆς παρὰ Χριστοῦ, στενοὶ τοῖς πιστεύσασιν οἱ τόποι πανταχοῦ, ὥστε καὶ χαίρουσαν τὴν Ἐκκλησίαν, ἥτις ἐστὶ νοητὴ Σιὼν, ἀναλογίσασθαι, καὶ καθ' ἑαυτὴν βοᾷν· Τίς ἐγέννησέ μοι τούτους; Ἐγὼ δὲ φαίην ἄν, ὅτι πίστις ἡ ἐν Χριστῷ. Δι' αὐτῆς γὰρ ἄτεκνος οὖσα καὶ χήρα, πολλὴ γέγονας ἐν τέκνοις· αὕτη σοι τοὺς σοὺς ἐξέθρεψε λαοὺς, καὶ ἡ πάλαι καταληφθεῖσα μόνη, πεπλούτηκας ἀδοκήτως, καὶ πολύπαις ὤφθης, ἡ πάλαι γυμνὴ καὶ μόνη.

Οὕτω λέγει Κύριος· Ἰδοὺ αἴρω εἰς τὰ ἔθνη τὴν χεῖρά μου, καὶ εἰς τὰς νήσους ἀρῶ σύσσημόν μου, καὶ ἄξουσι τοὺς υἱούς σου ἐν κόλπῳ, τὰς δὲ θυγατέρας σου ἐπ' ὤμων ἀροῦσι. Καὶ ἔσονται βασιλεῖς τιθηνοί σου, αἱ δὲ ἄρχουσαι τροφοὶ σου ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς. Καὶ προσκυνήσουσί σοι, καὶ τὸν χοῦν τῶν ποδῶν σου λείξουσι. Καὶ γνώσῃ ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος, καὶ οὐκ αἰσχυνθήσῃ οὔτε μὴν ἐντραπήσῃ.

Ἐπαγγειλάμενος τῇ Σιὼν ὡς πολύπαις ἔσται καὶ εὔπαις, καὶ εἰς τοῦτο πληθύος ἥξουσι τὰ τέκνα αὐτῆς, ὥστε καὶ εὐρυτέρων ἡ πάλαι δεῖσθαι τόπων, καὶ ἐκπλατύνεσθαι παρακαλεῖν τὴν σκηνὴν, καταδείκνυσιν εὐθὺς ὅτι μὴ μᾶλλον ἐξ Ἰσραὴλ, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν ἐθνῶν ἀγέλης ἡ τῶν ἐπηγγελμένων αὐτῇ τέκνων ἀναφαίνεται πληθύς. Ἀληθὲς δὲ τὸ χρῆμα, καὶ δι' αὐτῶν ἔστιν ἰδεῖν τῶν πραγμάτων. Σέσωσται μὲν γὰρ τὸ κατάλειμμα τῶν ἐξ Ἰσραὴλ· βραχὺ δὲ τοῦτο, καὶ εὐαρίθμητον· σεσαγήνευται δὲ διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ ἡ ὑπ' οὐρανὸν, καὶ τῶν ἀποστολικῶν τε καὶ εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων ἡ δύναμις προσεκόμισεν αὐτῷ τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν. Ὅτι τοίνυν ἔσται τοῦτο, διαδείκνυσιν εἰπών· Ἰδοὺ ἐγὼ αἴρω εἰς

mittunt : quasi nulla re ejus prorsus opus essent habituræ. Solum enim affirmarunt se timere, ut dixi, orbitatis ignominiam. Itaque perinde quasi in solitudinem omnino redacta esset eorum regio, liberationem pollicetur ab eo quod contigit : et ait, deserta et quæ corruerunt, angustiora fore quam ut capiant habitatores : procul abactis scilicet iis qui eam absorbent, nimirum qui præfecturam obtinebant : qui tanquam feræ quædam tantum non vastarunt eam et absorpserunt. Ostendit autem vocandorum multitudinem, utpote quæ copiosa esset futura et innumerabilis. Filii enim tui, inquit, quos perdidisti, in aurem tibi dicent : Fac mihi locum. Est etiam dictum ad Sion intelligentia perceptam : « Dilata locum tabernaculi tui, et pelles tentoriorum tuorum fige. Ne parcas, adhuc in dextris et sinistris extende[22]. » Legimus item in libris Moysis, in tabernaculo ex pellibus in deserto confecto, spatiosa et bene longa tentoria fuisse constituta, partim ad orientem et solis radium spectantia, partim ad occasum post tabernaculum, et versus aquilonem et austrum : qui typus amplitudinem et longitudinem sacrorum tentoriorum, seu ecclesiarum, suo tempore futuram subindicat. Verumtamen sic gratia Christi semper abundante, angusti erunt loci utique credentibus, adeo ut apud se reputet Ecclesia, quæ est intelligibilis Sion, et apud se clamet : Quis generavit mihi istos? Ego vero dicerem, fidem in Christo genuisse. Per eam namque orba et vidua, numerosa facta es ac plena liberis : hæc tibi tuos enutrivit populos. Et quæ olim inventa es sola, præter opinionem ditata es, et liberis fecunda apparuisti, quæ quondam nuda eras et solitaria.

Vers. 22, 23. *Sic dicit Dominus : Tollo ad gentes manum meam, et ad insulas tollam signum meum, et adducent filios tuos in sinu, filiasque tuas in humeris portabunt. Et erunt reges nutritii tui, et reginæ nutrices tuæ* 680 *super faciem terræ. Et adorabunt te, et pulverem pedum tuorum lingent. Et scies me esse Dominum, et non pudore afficieris, neque confunderis.*

Cum promisisset Sion habituram ipsam et multos et probos liberos, filiosque suos eo multitudinis venturos, ut ampliore loco quam olim indigerent, et dilatari tabernaculum rogarent : statim demonstrat, non ex Israel solum, sed ex gentium aggregatione hanc promissorum ipsi filiorum multitudinem exoriturum. Verum hoc quidem est, et ex ipsis rebus licet perspicere. Residuum enim ex Israel servatum est : sed exiguum illud quidem et facile numerabile : sed et irretitus ac captus est per fidem in Christo orbis terrarum, et apostolicæ atque evangelicæ prædicationis virtus universæ terræ incolas ei adduxit. Quod igitur hoc futurum sit, ostendit : Ecce, inquiens, ego tollo ad gentes manum

[22] Isai. LIV, 2

Digitized by Google

meam. Significat autem illud Tollo, exalto, extollo. Manus autem fortitudinem aut virtutem denotare potest. Quando enim gentibus innotuit Christus per evangelicam prædicationem, et excelsus factus est et conspicuus, propter ea quæ edidit miracula, et per resurrectionem e mortuis, quando signum pretiosæ crucis exhibitum est apud eos qui Deum natura et vere aliquando non noverant : tunc Sion copiosa sobole aucta et ditata est : tunc undique ad eam accurrebant, et sibi mutuo acclamabant, hortantes et dicentes : « Adeste, conscendamus montem Domini, et in domum Dei Jacob, et annuntiabunt nobis viam ejus, in eaque ambulabimus [24]. » Quod vero ad domum Dei pergentibus, abruptum aut asperum, aut obstaculum omnino nullum futurum sit, declarat, cum ait : Adducent filios tuos in sinu, et filias tuas super humeros tollent. Nam velut alumni erant gentium, beati discipuli, et qui post eos, sacræ mystagogiæ sermonem proferunt, et præsunt Ecclesiis. Etenim eos qui fide accedunt, tantum non in sinu gestant, et in humeris repositos ferunt, nihil grave imponentes, sed velut infantes lacte nutrientes, et simplicem, et illis ad intelligendum facilem catechesecos sermonem apponentes. Quod rursus alibi nos docuit ipse propheta Isaias, dicens : « Via piorum recta facta est, et **681** præparata est via piorum [25]. » Via enim Domini judicium. Induxit etiam divinum Baptistam clamantem et dicentem : « Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humilis erit, et vertentur obliqua in rectam viam, et aspera in vias planas [26]. » Quod igitur bis qui ad Sion tanquam ad matrem ire contendunt, futurus sit accessus citra omnem sudorem, illud subindicare potest, in gremium assumi, et in humeros tolli filios ejus et filias. Quod etiam honore summo et gloria et felicitate circumfluent, porro demonstrat, inquiens : Reges eorum nutritii erunt, et reginæ nutrices. Licet enim, licet videre, propter dominatorum pietatem, honore affectos, et omni misericordia dignatos, eos qui in Christum crediderunt, adeo ut nihil aliud quam eorum alumni esse videantur. Si enim in faciem procumbant, et adorent Sion, id est, Ecclesiam, et velut in terram extensis manibus projecti, tantum non pulverem pedum ejus lingant : dubium non est quin ii qui ad hanc cognitionem provecti sint, et hac pietatis gratia illustrati, illud suis factis adjiciant, ut electos honore afficiant, et qui in Christum crediderunt, eos in liberorum loco habeant. Quo facto, non jam ut sterilis et vidua pudore afficietur Sion, quæ, quoad Judæos, orbata erat liberis, sed erit gloria coronata.

τὰ ἔθνη τὴν χεῖρά μου. Σημαίνει δὲ τὸ Αἴρω, τὸ ὑψῶ, καὶ ἐπαίρω. Ἡ δέ γε χεὶρ τὴν ἰσχὺν ἤτοι τὴν δύναμιν ὑπεμφήνειεν ἄν. Ὅτε γὰρ τοῖς ἔθνεσιν ἐγνωρίσθη Χριστὸς διὰ τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων, ὑψηλός τε γέγονε καὶ διαπρεπὴς δι' ὧν εἰργάσατο θαυμάτων, καὶ διὰ τῆς ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν, ὅτε τὸ σύσσημον τοῦ τιμίου σταυροῦ παρεδείχθη, καὶ παρὰ τοῖς οὐκ εἰδόσι ποτὲ τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν, τότε πεπλούτηκε Σιὼν τὴν πολυπαιδίαν, τότε δρομαῖοι πανταχόθεν ἀφίκοντο πρὸς αὐτὴν προτροπάδην, ἀλλήλοις ἐπιφωνοῦντες, καὶ λέγοντες· « Δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ, καὶ ἀναγγελοῦσιν ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ. » Ὅτι δὲ τοῖς εἰς τὸν οἶκον ἰοῦσι τὸν θεῖον, ἅνανται ἢ τραχὺ ἦγουν ἐμποδὼν ἔσται παντελῶς οὐδὲν, διαδείκνυσι λέγων· Ἄξουσι τοὺς υἱούς σου ἐν κόλπῳ, τὰς δὲ θυγατέρας σου ἐπ' ὤμων ἀροῦσι. Παιδοκόμοι γὰρ ὥσπερ τοῖς ἐξ ἐθνῶν γεγόνασιν οἱ μακάριοι μαθηταὶ, καὶ οἱ μετ' ἐκείνους ἔτι τὸν τῆς ἱερᾶς μυσταγωγίας προϊσχόμενοι λόγον, καὶ προεστῶτες Ἐκκλησιῶν. Τοὺς γάρ τοι προσιόντας τῇ πίστει μονονουχὶ, καὶ ἐν κόλποις αἴρουσι, καὶ εἰς ὤμους ἀνατιθέμενοι φέρουσι, μοχθηρὸν οὐδὲν ἐπιτάττοντες, ἀλλ' οἷον γάλακτι τρέφοντες νηπιοπρεπῶς, καὶ τὸν ἁπλοῦν αὐτοῖς καὶ εὐσύνοπτον κομιδῇ τῆς κατηχήσεως παρατιθέντες λόγον. Τοῦτο πάλιν αὐτὸς ἡμᾶς ὁ προφήτης Ἡσαΐας ἐδίδαξεν εἰπὼν ἐτέρωθί που· « Ὁδὸς εὐσεβῶν εὐθεῖα ἐγένετο, καὶ παρεσκευασμένη ἡ ὁδὸς εὐσεβῶν. » Ἡ γὰρ ὁδὸς Κυρίου κρίσις. Εἰσκεκόμικε δὲ καὶ τὸν θεσπέσιον, καὶ Βαπτιστὴν βοῶντα, καὶ λέγοντα· « Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται, καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ ἡ τραχεῖα εἰς ὁδοὺς λείας. » Ὅτι τοίνυν ἱδρῶτος δίχα πάντως, ὡς ἐπὶ μητέρα τὴν Σιὼν ἰέναι προθυμουμένοις, ἡ διὰ πίστεως ἄφιξις ἔσται, τὸ εἰς κόλπους ἀναλαμβάνεσθαι, καὶ ἐπ' ὤμων αἴρεσθαι τούς τε υἱοὺς αὐτῆς καὶ μέντοι τὰς θυγατέρας, ὑπεμφήνειεν ἄν. Ὅτι δὲ καὶ τιμῆς τῆς ἀνωτάτω, δόξης τε καὶ εὐπαθείας ἔσονται μεστοὶ, προαποφαίνει λέγων ὡς, Ἔσονται μὲν βασιλεῖς αὐτῶν τιθηνοὶ, αἱ δὲ ἄρχουσαι τροφοί. Ἔστι γάρ, ἔστιν ἰδεῖν καὶ διὰ τῆς τῶν κρατούντων εὐσεβείας θεραπευομένους διὰ τιμῆς τοὺς εἰς Χριστὸν πιστεύσαντας, καὶ φειδοῦς ἁπάσης ἠξιωμένους, ὥστε καὶ δοκεῖν τροφέας αὐτῶν εἶναι μᾶλλον, καὶ ἕτερον οὐδέν. Εἰ γὰρ πίπτουσιν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ προσκυνήσουσι τὴν Σιὼν, τοῦτ' ἔστι, τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ οἷον ἀποτεταμέναις χερσὶν εἰς γῆν ἐῤῥιμμένοι, μονονουχὶ καὶ λείχουσι τὸν χοῦν τῶν ποδῶν αὐτῆς· τῶς οὐκ ἂν ἀμφίβολον εἴη ἂν, ὅτι γνώμης εἰς τοῦτο προβεβηκότες, καὶ τῇ τῆς εὐσεβείας χάριτι κατηγλαϊσμένοι, προσθεῖεν ἂν τοῖς ἑαυτῶν ἐπιτηδεύμασι καὶ τὸ χρῆναι τιμᾷν τοὺς ἐξειλεγμένους, καὶ οἵπερ ἂν εἰς Χριστὸν πιστεύσειαν, τούτους ἐν τάξει καταλογιοῦνται τέκνων; Οὗ δὴ γεγονότος οὐχ ὡς ἄτεκνος ἔτι καὶ χήρα καταισχυνθήσεται ἡ τό γε ἧκον εἰς Ἰουδαίους ἀτεκνωθεῖσα Σιὼν, ἀλλ' ἔσται δόξῃ κατεστεμμένη.

VERS. 24. *Num detrahet quis giganti spolia? Et cum captivos duxerit injuste, servabitur?*

Μὴ λήψεταί τις παρὰ γίγαντος σκῦλα; Καὶ ἐὰν αἰχμαλωτεύσῃ ἀδίκως τις, σωθήσεται;

[24] Isa. II, 3. [25] Isa. XXVI, 7. [26] Luc. III, 4, 5.

Digitized by Google

Ἐρώτησιν μὲν ὑποπλάττεται τὸ σχῆμα τοῦ λόγου, A πλὴν ἀπαιτεῖ τὴν σύνεσιν. Ὁ δέ γε τῶν προκειμένων νοῦς τοιοῦτός ἐστί τις· Κατείληπτο μὲν γὰρ ἡ ὑπ' οὐρανὸν ὑπό τε τοῦ διαβόλου καὶ τῆς τῶν δαιμονίων ἀγέλης· οὐκ ἦν ἐπὶ τῆς γῆς ὁ τῆς ἐκείνων σκαιότητος τὴν τυραννίδα διαφυγών. Οὐ γὰρ ἦν ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνός, ἀλλ' ἐν κατὰ πάντων τὸ τῆς ἁμαρτίας τετάνυστο λίνον, σκότος δὲ καὶ ἀχλὺς ταῖς ἁπάντων καρδίαις ἐνσκήψασα, ἀπεκόμισέ τε τοῦ εἰδέναι τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν, προσενέμηκε δὲ τοῖς κεκρατηκόσι. Προσεκύνουν γοῦν, οἱ μὲν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις, οἱ δὲ καὶ αὐτοῖς λελατρεύκασι τοῖς τὴν ἀφόρητον ἐπιτιθεῖσι πλεονεξίαν. Γεγόνασι τοίνυν ὡς ὑπὸ τυράννῳ σκληρῷ δορύληπτοι, καὶ αἰχμάλωτοι, καὶ τό γε ἦκον εἰς τὸν ἐνόντα νοῦν, τῷ χειρωσαμένῳ. B Ἀλλ' οὐδεὶς ἦν ὅλως ὁ ἐπαμῦναι δυνάμενος τοῖς ἠδικημένοις. Ἔφη γοῦν εἰς ἀσχέτους ὑποψίας ἀναφυσώμενος, ὅτι Τὴν οἰκουμένην ὅλην καταλήψομαι τῇ χειρὶ, ὡς νοσσιὰν, καὶ ὡς ᾠὰ καταλελειμμένα ἀρῶ, καὶ οὐκ ἔστι ὃς διαφεύξεταί με, ἢ ἀντείπῃ μοι. Τοιαύτην ἔχοντος τοῦ διαβόλου κατὰ τῶν ἐπὶ γῆς τὴν ὀφρῦν, διαπυνθάνεται, καί φησιν ὁ Σωτὴρ, Μὴ λήψεταί τις παρὰ γίγαντος σκῦλα; ὃ δυσχερές φησι, καὶ δυσήνυτον, νικῆσαι τὸν ἰσχυρὸν, γίγαντα γὰρ ἐν τούτοις τὸν ἰσχυρὸν ὀνομάζει, καὶ σκῦλα λαβεῖν παρ' αὐτοῦ. Εἶτα πῶς τοῦτο ἀμφίβολον; Δυσάντητοι γὰρ οἱ τοιοίδε λίαν, καὶ οὐ τοῖς ἐθέλουσιν εὐκαταγώνιστοι, μόνοις δὲ μᾶλλον ἀλώσιμοι τοῖς ὑπερτενῆ καὶ ἄμαχον αἴρειν κατ αὐτῶν ἰσχύουσι χεῖρα. Ἀλλ' ἐγὼ, C φησὶ, λήψομαι, καὶ ἁπαλλάξω τοὺς ἠδικημένους, καὶ τὸν τῆς δουλείας αὐτῶν ἀπορρήξας ζυγὸν, τῇ τῆς ἐλευθερίας χάριτι λαμπροὺς ἀποφανῶ. Πλὴν ὅτι δικαία ψῆφος τοῦ Θεοῦ σκυλεύσει τὸν Σατανᾶν, καὶ τῶν εἰς ἡμᾶς πεπλημμεληκότων ἐξαιτήσεται δίκας τὸν ἀλιτήριον, πιστώσεται προσεπενεγκών, Καὶ ἐὰν αἰχμαλωτεύσῃ τις ἀδίκως, σωθήσεται. Ὡς ἐν ἐρωτήσει πάλιν καὶ ὑποστιγμῇ τὸν στίχον ἐκδεξόμεθα. Ὁ γὰρ ἀδίκως ἐπιπηδῶν τοῖς ἠδικηκόσιν οὐδὲν, εἶτα τούτους αἰχμαλώτους ἑλὼν, καὶ ταλαιπωρίαις ἀφύκτοις ἐμβαλὼν, οὐ σωθήσεται, εἰσπραχθήσεται δὲ μᾶλλον τῶν αὐτῷ τετολμημένων τὰς δίκας. Οὐκοῦν ἀνήσει μὲν τοὺς ἐν τάξει σκύλων, ἤγουν δορυκτήτων ὑπ' αὐτῶν γεγονότας, προσοφλήσει δὲ καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς οὐκ ἐν δίκῃ γεγονότων τοὺς λόγους. D Τοιοῦτον καὶ ἑτέρωθί πού φησιν· Ὃν τρόπον ἱμάτιον πεφυρμένον ἐν αἵματι οὐκ ἔσται καθαρὸν, οὕτως οὐδὲ σὺ ἔσῃ καθαρὸς, διότι τὴν γῆν μου ἀπώλεσας, καὶ τὸν λαόν μου ἀπέκτεινας, οὐ μὴ μείνῃς εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον. Προσαναμνήσει δέ τις τοὺς ἐντευξομένους τῇδε τῇ συγγραφῇ, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ εὑρίσκεταί τι τοιοῦτον εἰπὼν ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασιν· « Ἢ πῶς δύναταί τις, » φησὶν, « εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τότε διαρπάσει σκεύη αὐτοῦ; » Οἶκον μὲν γὰρ ἰσχυροῦ, τοῦτ' ἔστι, τοῦ Σατανᾶ, τὸν περίγειον χῶρον ἔφη, καὶ

Interrogatione informatur orationis habitus : verum requirit intelligentiam. Horum autem verborum mens hæc est : Captus est orbis terrarum a diabolo et a grege dæmoniorum : nec erat cuiquam in terra integrum eorum perversitatis tyrannidem effugere. Nec enim erat qui faceret bonum, non erat usque ad unum : sed unum per omnes peccati linum extensum erat, et tenebræ et caligo omnium incumbebant cordibus : ita ut a natura et vere Deo abducerentur, et his qui dominati sunt traderentur. Adorabant enim alii creaturam supra Creatorem, et mundi elementa : alii eos qui intolerabili sævitia oppresserant, **682** coluerunt. Itaque facti sunt duro tyranno subditi et captivi, qui etiam mentem internam in servitutem et captivitatem redegit. Sed neme prorsus erat qui injuria affectis subvenire posset. Hinc intemperanti fastu inflatus dixit : Orbem universum comprehendam manu velut nidum, et velut ova derelicta tollam : nec est qui effugiat me, vel qui contradicat mihi. Cum ergo ad hunc modum supercilium erigeret contra terræ incolas diabolus, sciscitatur et inquit Servator : Num detrahet quis a gigante spolia [37]? Difficile est, inquit, et arduum vincere fortem (gigantem enim hic, fortem nominat), et spolia ei detrahere. Qui enim hoc dubium est? Sunt enim hi valde sævi, nec quibus libet expugnabiles, sed his solummodo exposiri et ad capiendum faciles, qui protensa et invicta manu eos valent oppugnare. Sed ego, inquit, detraham, et liberabo injuria affectos : et jugo servitutis abjecto, libertatis gratia illustres reddam. Verum quod justa Dei sententia deprædetur Satanam, et delictorum in nos a scelerato pœnas deposcat, confirmabit, cum addit : Et si captivos duxerit injuste, servabitur? Veluti per interrogationem, interposita subdistinctione, hunc versum accipiemus. Nam qui injuste in eos qui nullam injuriam fecerunt insilit, et eos deinde captivos abducit, et in calamitates inevitabiles conjicit, non servabitur : sed eorum quæ ausus est, pœnas solvet. Itaque dimittet eos qui instar spoliorum seu captivorum erant illi subditi, rationemque insuper reddet eorum quæ præter æquum et justum in illos fecerit. Cujusmodi est quod alibi dicit : Quemadmodum vestis sanguine polluta non erit munda, sic neque tu eris mundus, propterea quod terram meam perdidisti, et populum meum occidisti : non manebis in æternum tempus. Admoneri etiam possunt hi qui hanc Scripturam legent, ipsum etiam Servatorem inveniri tale quidpiam dixisse in evangelicis oraculis : « Quomodo enim, » inquit, « potest quis ingredi domum fortis, et vasa ejus diripere, nisi prius ligaverit fortem, et tum vasa ejus diripiat [38]? » Domum enim fortis, id est Satanæ, hunc orbem terrarum dixit, non quasi vere ejus esset, sed quia ab eo esset occupatus. Sed postquam ingressum est illam **683** incarnatum Verbum, ineffabili potentia ligato forti, vasa ejus,

[37] Luc. xi, 21. [38] Matth. xii, 29.

Digitized by Google

id est, qui eadem cum ipso quondam sentiebant, ad se traduxit. Ut enim electionis vasa sanctos esse dicimus, sic vasa etiam diabolica, eos qui ei subsunt, et idem cum illo sapere voluerunt vel coacti sunt, nominamus.

οὐχ ὡς ὄντα αὐτοῦ κατὰ ἀλήθειαν, ἀλλ' ὅτι κατείληπτο παρ' αὐτοῦ. Ἐπειδὴ δὲ εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν σαρκωθεὶς ὁ Λόγος, ἀφράστῳ δυνάμει καταδήσας τὸν ἰσχυρὸν, μετέθηκεν εἰς ἑαυτὸν τὰ σκεύη αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστι, τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονοῦντάς ποτε. Ὥσπερ ἐκλογῆς σκεύη, τοὺς ἁγίους εἶναί φαμεν, οὕτω καὶ σκεύη διαβολικὰ, τοὺς ὑπ' αὐτῷ γεγονότας, καὶ τὰ αὐτοῦ φρονεῖν ἐλομένους, ἤγουν κατηναγκασμένους.

Vers. 25. *Sic dicit Dominus : Si quis captivum duxerit gigantem, accipiet spolia : accipiens autem a forti, servabitur.*

Dixi jam inexplicabili et divina potentia Dominum nostrum Jesum Christum ingressum fuisse domum fortis, id est, in mundum cum carne venisse, et cum qui quondam occupavit et vi subjecit universæ terræ habitatores, eosque peccati jugo subdidit, ac ceu captivos reddidit, spoliasse, et quasi in vincula infracta conjectum, et catenis caliginis in tartarum præcipitatum, tradidisse in judicium magni diei, custodiendum et puniendum, illumque demum diripuisse ; illis vero qui sub eo erant persuasisse ut recurrerent, vellentque Deo vere subjici, et ejus nutui obedire, et ea exsequi satagant, unde salutem possent consequi. Postquam vero obtinuisset victoriam Christus, et ad nos quoque victoriam transmisit : verum non absque illo vincimus. Laus enim virtutis sanctorum ipse est, juxta vocem Psallentis [28]. Quippe sapientissimus Paulus inquit : « Omnia possum in Christo, qui me corroborat [29]. » Itaque hanc viam nobis aperuit et complanavit, ut possemus fortem spoliare, sive gigantem, nimirum Satanam. Si quis captivum duxerit, inquit, gigantem, accipiet spolia. Quando enim viribus diaboli superiores sumus, et inimicorum insultus evitamus, arma benevolentiæ per omnia habentes ipsummet Christum : tunc malum spoliamus, et victricem sententiam reportamus, et ejus perversitate et malitia fortiores esse videmur. Verum hanc vincendi facultatem adesse viriliter agentibus, per Christum, et non aliter posse quempiam ad hanc dignitatem pervenire, ostendit pulcherrime, cum adjicit : Accipiens autem a forti, servabitur. Etenim si ille dederit ut illum homicidam draconem superemus, illum spoliabimus, et præterea servabimur, transmittente nos hac victoria ad perennem **684** vitam, ad gloriam, ad laudem et ad regnum cœlorum. Dixit etiam ipse Christus, cum spoliasset Satanam, et viam planam et æquabilem ad victoriam obtinendam, his qui in ipsum crediderunt, reddidisset : « Ecce dedi vobis facultatem conculcandi super serpentes et scorpiones, et supra omnem potentiam inimici, et nihil potest vobis nocere [30]. » Verum est igitur quod accipientes a forti, id est, ab ipso (est enim ille exercituum Dominus), et servamur, et vincimus. Quin et aliter spoliare quis poterit Satanam, si ejus subditos et aberrantes, ad veræ Dei cognitionis lucem artificiose reducat, et a vitiositate ad sanctam vivendi rationem traducat.

Οὕτω λέγει Κύριος· Ἐάν τις αἰχμαλωτεύσῃ γίγαντα, λήψεται σκύλα· λαμβάνων δὲ παρὰ ἰσχύοντος, σωθήσεται.

Ἔφην ἀρτίως ὅτι δυνάμεσι ταῖς ἀῤῥήτοις καὶ θεοπρεπέσι χρώμενος ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ, τοῦτ' ἔστιν, εἰς τόνδε τὸν κόσμον ἀφῖκται μετὰ σαρκὸς, καὶ τὸν πάλαι πλεονεκτοῦντα, καὶ βιαζόμενον τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ τοῖς τῆς ἁμαρτίας αὐτοὺς ὑποφέροντα ζυγοῖς, καὶ ἐν δορυκτήτων τάξει πεποιημένον, ἐσκύλευσέ τε καὶ οἷον δεσμοῖς ἀῤῥήκτοις ἐμβαλὼν, σειραῖς ζόφου ταρταρώσας, παρέδωκεν εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας τηρεῖσθαι κολασθησόμενον, ἐσκύλευσέ τε καὶ μετὰ τοῦτο αὐτὸν, παλινδρομεῖν ἀναπείσας τοὺς ὑπ' αὐτῷ γεγονότας, εἰς γε τὸ θέλειν τῷ κατ' ἀλήθειαν ὑποκεῖσθαι Θεῷ, καὶ τῶν αὐτοῦ νευμάτων ἀντέχεσθαι, καὶ ἀποπεραίνειν ἐπείγεσθαι τὸ τελοῦν αὐτοῖς εἰς σωτηρίας εὕρεσιν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ κεκράτηκεν ὁ Χριστὸς, παρέπεμψε τὸ νικᾶν καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς, πλὴν οὐ δίχα αὐτοῦ· τὸ γὰρ καύχημα τῆς δυνάμεως τῶν ἁγίων αὐτός ἐστι, κατὰ τὴν τοῦ Ψάλλοντος φωνήν. Καὶ γοῦν ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Πάντα ἰσχύω, φησὶν, ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. » Οὐκοῦν ἱππήλατον καὶ ἡμῖν ἀποφαίνων τὸ δύνασθαι σκυλεύειν τὸν ἰσχυρὸν, ἤτοι τὸν γίγαντα, φημὶ δὴ τὸν Σατανᾶν. Ἐάν τις αἰχμαλωτεύσῃ γίγαντα, φησὶ, λήψεται σκύλα. Ὅτε γὰρ διαβολικῆς ἰσχύος περιγιγνόμεθα, καὶ τὰς τῶν ἐχθρῶν ἐφόδους διαδιδράσκομεν γενικῶς ὅπλον εὐδοξίας αὐτὸν ἔχοντες τὸν Χριστὸν, τότε σκυλεύομεν τὸν πονηρὸν, καὶ τὴν νικῶσαν ψῆφον ἀποφερόμενοι, καὶ κρείττους ἀναδεδειγμένοι τῆς ἐνούσης αὐτῷ σκαιότητός τε καὶ πονηρίας. Πλὴν ὅτι παρὰ Χριστοῦ τὸ δύνασθαι νικᾶν τοῖς ἀνδριζομένοις προσγένοιτ' ἄν, καὶ οὐκ ἂν ἑτέρως εἰς τοῦτο εὐκλείας διελάσειέ τις, διαδείκνυσιν εὖ μάλα προστιθεὶς· Λαμβάνων δὲ παρ' ἰσχύοντος σωθήσεται. Διδόντος γὰρ ἡμῖν τὸ δύνασθαι κατευμεγεθεῖν τοῦ μιαιφόνου δράκοντος, σκυλεύσομεν αὐτὸν, σωθησόμεθα δὲ πρὸς τούτῳ παραπέμποντος ἡμᾶς τοῦ νικᾶν εἰς ἀμύρητον ζωὴν, εἰς δόξαν, εἰς καύχημα, καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν. Ἔφη δέ που καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, σκυλεύσας τὸν Σατανᾶν, καὶ τὴν ὁδὸν δύνασθαι κρατεῖν ψιλὴν, καὶ εὐήλατον τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύσασιν ἀποφήνας· « Ἰδοὺ δέδωκα πατεῖν ἐπάνω ὄφεων ὑμῖν, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσῃ. » Ἀληθὲς οὖν, ὅτι λαβόντες παρ' ἰσχύοντος, τοῦτ' ἔστιν, αὐτοῦ, καὶ γάρ ἐρτιν αὐτὸς ὁ τῶν δυνάμεων Κύριος, σεσώσμεθά τε καὶ νενικήκαμεν. Σκυλεύσειε δ' ἂν τις καὶ ἑτέρως τὸν Σατανᾶν, τοὺς

[28] Psal. LXXVIII, 18. [29] Philip. IV, 13. [30] Luc. X, 19.

Digitized by Google

ὑπ' αὐτῷ γενομένους καὶ πεπλανημένους εἰς τὸ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας φῶς ἀποκομίζων εὐτέ-
ξως, καὶ μεθιστὰς ἐκ φαυλότητος εἰς εὐζωΐαν ἁγιοπρεπῆ.

A *Ἐγὼ δὲ τὴν κρίσιν σου κρινῶ, καὶ ἐγὼ τοὺς υἱούς σου ῥύσομαι, καὶ φάγονται οἱ θλίψαντές σε τὰς σάρκας αὐτῶν, καὶ πίονται ὡς οἶνον νέον τὸ αἷμα αὐτῶν, καὶ μεθυσθήσονται, καὶ αἰσθανθήσεται πᾶσα σὰρξ, ὅτι ἐγὼ ὁ ῥυσάμενός σε, καὶ ἀντιλαμβανόμενος ἰσχύος Ἰακώβ.*

Ποιεῖται μὲν τοὺς λόγους ὡς πρός γε φημὶ τὴν Σιών. Υἱοὺς δὲ αὐτῆς ὀνομάζειν ἔοικεν ἐν τούτοις τοὺς ἁγίους ἀποστόλους καὶ εὐαγγελιστάς, καὶ τοὺς μετ' ἐκείνους ἔτι κεκλημένους εἰς ἱερουργίαν· οἳ καὶ φωστῆρες ἐν κόσμῳ γεγόνασι λόγον ἐπέχοντες ζωῆς, καὶ διακηρύττοντες πανταχοῦ τὴν δόξαν Χριστοῦ, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ σωτηρίας τὴν δύναμιν ἐμφανῆ καθιστῶντες τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν, οἷς δὴ καὶ ὑπῆν οἷά τις θὴρ ὠμός τε καὶ ἀπηνής, καὶ ἀρχέκακος δράκων, θλίψεις καὶ διωγμοὺς ἐπισωρεύων B αὐτοῖς, καὶ καταθήγων ἀφορήτως τοὺς τῆς ἐνούσης αὐτῷ μοχθηρίας ὑπαπιστάς. Ἐπεχειρήθησαν γοῦν ζιωγμοὶ πλειστάκις, κατὰ τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν, καὶ τυράννων ἀγρίως ὠμότης ἐπιπηδήσασα, παρεκόμισε πολλοὺς εἰς τοὺς ἐπὶ τοῖς μαρτυρίοις ἀγῶνας. Ἀλλ' ἐγὼ, φησὶν, ὦ Σιών· φαμὲν δὲ εἶναι τὴν Ἐκκλησίαν, ἣν δὴ καὶ Σιὼν ἀποκαλεῖ· τὴν κρίσιν σου κρινῶ, καὶ ἐγὼ τοὺς υἱούς σου ῥύσομαι. Ἀδικήσαντες γὰρ οὐδὲν οἱ Θεῷ προσκείμενοι, καὶ ἐπ' οὐδενὶ τὸ σύμπαν ἀτόπῳ κατεγνωσμένοι, εἶτα τοὺς μέχρι ψυχῆς καὶ αἵματος διενεγκόντες ἀγῶνας μετὰ λαμπρῶν ἀνδραγαθημάτων εἰς τὰς ἄνω τρέχουσι μονάς· πλὴν τό γε ἧκον εἰς τὸν τῶν ἐπιβουλευσάντων σκοπὸν, τεθνήκασί τε καὶ ἀπολώλασιν. Οὐκοῦν ἡ ἐπὶ C τούτοις κρίσις, ἤτοι δικαιοκρισία πάντη τε καὶ πάντως ἔσται παρὰ Θεοῦ. Οἱ μὲν γὰρ δι' εὐσέβειαν τοὺς εὐκλεεστάτους ἀγῶνας διανηξάμενοι, καὶ εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως καταντήσαντες, τὸν τῆς ἀφθαρσίας ἀναδήσονται στέφανον. Οἱ δέ γε τὴν δίωξιν ἐπενεγκόντες αὐτοῖς, καὶ ἀπεκτονότες ἀδίκως, οὓς ἦν ἄμεινον ἐπείγεσθαι ζηλοῦν, τὰς ἑαυτῶν ἔδονται σάρκας, καὶ οὐ τὸ τῶν πεπονθότων μᾶλλον, ἀλλὰ τὸ οἰκεῖον ὥσπερ ἐκροφήσουσιν αἷμα. Ἃ γὰρ ἑτέροις ἐπήγαγον, οὐκ ἐν δίκῃ πείσονται μᾶλλον ψήφῳ δικαίᾳ Θεοῦ, στεφανοῦντος μὲν ταὺς πεπονθότας, ὑποφέροντος δὲ μακρᾷ καὶ ἀτελευτήτῳ κολάσει τοὺς ἀδικήσαντας. Ἔσται δὲ ἡ τοιαύτη δικαιοκρισία γνωριμωτάτη πάσῃ σαρκὶ, τοῦτ' ἔστιν, ἀνθρώπῳ παντί. Ἔσονται γὰρ ἐν τοῖς δι' εὐσέβειαν κινδυνεύου- D σιν. Ὡς ἀντιλήψεται πάντη τε καὶ πάντως ἡ παρ' ἐμοῦ βοήθεια τοῦ καὶ ἐνισχύοντός σε τὸν Ἰακὼβ, τοῦτ' ἔστι, τὸν ἐκ σπέρματος Ἰακώβ. Ἔφην δὲ, ὅτι γέγραπταί πως ὁ προφητικὸς ἐν τούτοις λόγος, εἰς πρόσωπον τῶν ἁγίων ἀποστόλων τε καὶ εὐαγγελιστῶν, οἵπερ ἦσαν ἐξ Ἰακὼβ, κατά γέ φημι, τὴν σάρκα. Οὐκ ἀπίθανον δὲ καὶ Ἰακὼβ ὀνομάζεσθαι πτερνιστὴν ἅπαντα, τοῦτ' ἔστι, τὸν πτερνίζοντα τὸν Σατανᾶν, καὶ τοὺς τῆς ἁμαρτίας παρελαύνοντα βρόχους εὐτέχνως τε ἅμα καὶ νεανικῶς. Πτερνιστὴς γὰρ ὁ Ἰακὼβ ἑρμηνεύεται.

Οὕτως λέγει Κύριος· Ποῖον βιβλίον τοῦ ἀποστασίου τῆς μητρὸς ὑμῶν· ἐν ᾧ ἐξαπέστειλα

Vers. 26. *Ego autem judicium tuum judicabo, et ego filios tuos liberabo, et comedent qui afflixerunt te carnes suas, et bibent quasi vinum novum sanguinem suum, et ebrii erunt, et sentiet omnis caro quia ego Dominus qui liberavi te, et qui adjuvi fortitudinem Jacob.*

Verba facit, ut dixi, ad Sion; filios autem ejus hic videtur dicere, sanctos apostolos et evangelistas, et eos qui post illos vocati sunt præterea ad ministerium: qui etiam mundi lumina fuerunt, sermonem vitæ adhibentes, et ubique gloriam Christi prædicantes, et vim salutis ejus declarantes his qui universum orbem terrarum incolunt: contra quos etiam, ceu fera quæpiam immanis et immitis, et malorum princeps draco, afflictiones et persecutiones accumulavit, et in eos improbitatis suæ satellites intolerabiliter stimulavit. Itaque persecutiones sæpe contra sanctas Ecclesias excitatæ sunt, et tyrannorum crudelitas immaniter insiliens, multos in martyrii certamen discrimenque adduxit. Sed ego, inquit, o Sion (eam vero dicimus esse Ecclesiam, quam Sion appellat), judicium tuum judicabo; et ego filios tuos liberabo. Qui enim nullam intulerunt injuriam, Deo adhærentes, et de nullo fœdo crimine accusati, deinde etiam pro vita et sanguine certamen subiverunt, cum his illustribus factis currunt ad suprema habitacula: verum quantum ad consilium eorum qui insidias comparaverunt, mortui sunt et perierunt. Itaque judicium contra istos, sive justum judicium fiet omnino a Deo. Qui enim propter pietatem **685** e nobilissimis hisce certaminibus enatarunt, et ad bravium supernæ vocationis devenerunt, incorruptionis corona revincientur. At qui insectati sunt eos, et injuste eos occiderunt, quos præstabat æmulari, suas carnes edent, et non eorum qui passi sunt, sed proprium velut absorbebunt sanguinem. Nam quæ irrogarunt aliis non juste, patientur ipsi justa sententia, Deo eos qui passi sunt coronante: eos qui injuria affecerunt, diuturnæ et æternæ punitioni subjiciente. Eritque hoc justum judicium omni carni, id est, omni homini notissimum. Nam qui propter pietatem in periculum veniunt, omnino auxilium feretur illis a me, qui te juvare possum, Jacob, id est, ex semine Jacob. Dixi autem hunc sermonem propheticum scriptum esse in persona sanctorum, et apostolorum, et evangelistarum, qui erant ex Jacob, quod sane ad carnem attinet. Nec tamen absurdum est, ut Jacob nominetur quivis supplantator, id est qui supplantat Satanam, et qui callide et quasi juvenili impetu laqueos peccati transilit. Jacob autem interpretatur supplantator.

Cap. L. Vers. 1. *Sic dicit Dominus: Qualis est liber repudii matris vestræ? cui dimisi eam? aut cui*

Digitized by Google

creditori vendidi vos? Ecce peccatis vestris dimisi matrem vestram.

Sine corpore, et a materia sejuncta, et sine specie atque simplex est Divinitas: nemoque qui recte facit, de eo ullam speciem assumit corporalem. Verum sancta Scriptura humano more nobiscum de ea loquitur. Nec enim aliter intelligere possent qui in hoc palpabili et crasso sunt corpore, nisi hæ res quæ apud nos sunt exempli gratia adducerentur: ut ex rebus sub sensum aspectumque venientibus, ex parte saltem intelligamus aliquid de divina et suprema essentia, quæ omnem speciem corpoream superat. Observa etiam hic humano more habitam esse a propheta orationem. Nam velut vir quispiam cum uxore habitans, et copulatus cum populo Judaico disserit, et loquitur de matre ipsorum: matre, inquam, quæ est terrestris et sensibilis Jerusalem: ut inde rursus in persona unius mulieris, eorum societas intelligatur. **686** Quemadmodum enim cum Ecclesiam dicimus, non circuitui murorum vim hujus dictionis accommodamus, sed piorum in ea potius sanctissimam multitudinem significamus: sic etiamsi quis matrem Judæorum dicat, ipsos nihilo secius designat. Itaque non ego, inquit, ejeci matrem vestram, cum essem ei sponsi vice, et probitatis semina jecerim, cum per legem, tum etiam per prophetas: sed illa potius divertit, jura quæ mihi debentur parvifaciens, et pro nihilo ducens quodammodo esse cum Deo. Nam qualis liber repudii ei datus est a me? Neminem enim Deus a suo consortio extrudit, nec quemquam rejicit eorum qui recto pede solent incedere; sed quicunque sunt in fide germani, et omnis honestatis scientes, his permittit ut liceat perpetuo societatis et conjunctionis cum illo firmas quasi opes possidere. Ab hac tanta gloria excidit quisquis divinis ejus oraculis tota mente repugnat et dissidet, et voluptatis quam Dei est amantior. Proinde quasi viri loco cum matre Judæorum cohabitasset, Qualis, inquit, liber repudii matris vestræ? cui illam dimisi? Nec enim quisquam, inquit, probaverit me illam repulisse et odio habuisse, sed illam accusabit potius, ut quæ sponte sua me deseruerit. Cui autem creditori vendidi vos? Alius est in his verbis orationis habitus ac figura. Nam velut famulos herus alloquitur. An enim, inquit, velut homo inopia pecuniæ pressus, et in creditores [χρεώστης, *debitor* vel *creditor*] incidens, peregre proficiscens aliis dominis famulos meos exposui? At hoc quam plane stultum est vel cogitare, vel dicere! Supra enim necessitatem et inopiam est Divinitas, nec quidquam habet illa cum ea commercii. Igitur non vendidi, inquit, neque elocavi vos aliis heris, qui me diligitis, et a meis pendetis oraculis. Quomodo ergo alienæ servitutis jugum subiistis? Causa hujus mali vobis fuit peccatum. Hujus enim causa fabricavit vos omnes peccati pater, et omnis vitiositatis inventor, quique eos qui a consortio conjunctioneque cum Deo ex-

αὐτήν; ἢ τίνι ὑπόχρεως πέπρακα ὑμᾶς; ἰδοὺ ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἐξαπέστειλα τὴν μητέρα ὑμῶν.

Ἀσώματόν τε τὸ Θεῖον, ἄϋλόν τε καὶ ἀφανὲς, καὶ ἁπλοῦν. Καὶ οὐκ ἄν τις ἐπ' αὐτῷ τὰ εἰκότα δρῶν φαντασίαν τινὰ λάβῃ σωματικήν. Πλὴν τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν ἀνθρωπίνως ἡμῖν τὰ περὶ αὐτοῦ διαλέγεται. Οὐ γὰρ ἦν ἑτέρως νοεῖν δύνασθαι τοὺς ἐν ἁπλοΐς καὶ παχέσιν ὄντας σώμασιν. Εἰ μὴ καθάπερ ἐν τάξει παραδειγμάτων παρεκομίσθη τὰ καθ' ἡμᾶς, ἵνα ἐκ τῶν ἐν αἰσθήσει καὶ ὁρατῶν πραγμάτων, κἂν γοῦν ἐκ μέρους νοεῖν ἰσχύσωμεν, τὰ περὶ τῆς θείας τε καὶ ὑπερτάτης οὐσίας, ἣ καὶ πάσης ἐστὶν ἐπέκεινα φαντασίας σωματικῆς. Ἄθρει δὴ ἐν τούτοις ἀνθρωποπρεπῆ γεγονότα τῷ προφήτῃ τὸν λόγον. Οἷα γάρ τις ἀνὴρ γυναικὶ σύνοικος, καὶ συνηρμοσμένος, τοῖς Ἰουδαίων δήμοις διαλέγεται, καί φησι περὶ τῆς αὐτῶν μητρός· φημὶ δὴ τῆς ἐπιγείου, καὶ αἰσθητῆς Ἱερουσαλήμ· ἵνα δὴ πάλιν δι' αὐτοῦ, καὶ ὡς ἐν προσώπῳ μιᾶς γυναικὸς τὸ αὐτῶν νοῆται σύστημα. Ὥσπερ γὰρ Ἐκκλησίαν λέγοντες, οὐ ταῖς τῶν τειχῶν περιβολαῖς τὴν τῆς λέξεως δύναμιν ἐπάγειν εἰθίσμεθα, καταδηλοῦμεν δὲ μᾶλλον τῶν ἐν αὐτῇ θεοσεβεῖν ᾑρημένων τὴν εὐαγεστάτην πληθύν· οὕτω κἂν εἴ τις λέγοι τὴν Ἰουδαίων μητέρα, πάλιν οὐδὲν ἧττον αὐτοὺς κατασημαίνει. Οὐκοῦν οὐκ ἐγὼ, φησὶν, ἀποβέβληκα τὴν μητέρα ὑμῶν, καίτοι γεγονὼς αὐτῇ καθάπερ ἐν τάξει νυμφίου, καὶ τὰ τῆς ἐπιγείας σπέρματα καταβαλὼν διά τε νόμου καὶ προφητῶν· ἀπεφοίτησε δὲ μᾶλλον αὐτὴ τῶν εἰς ἐμὲ δικαίων ὀλιγωρήσασα, καὶ μικροῦ παντελῶς ἀξιώσασα λόγου τὸ εἶναι μετὰ Θεοῦ. Ἐπεὶ ποῖον αὐτῇ δέδοται παρ' ἐμοῦ τῆς ἀποστασίας βιβλίον; Ἐκπέμπει μὲν γὰρ οὐδένα Θεὸς τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος· ἀποσείεται δὲ τῶν ὀρθοποδεῖν εἰωθότων οὐδένα· ἀλλ' οἵπερ ἂν εἶεν γνήσιοί τε πρὸς πίστιν, καὶ ἀγαθουργίας ἁπάσης ἐπιστήμονες, τούτοις ἐφίησι τὸ ἐξεῖναι διὰ παντὸς τὴν πρὸς αὐτὸν οἰκειότητα καταπλουτεῖν ἀρρήτως. Ἔξω γε μὴν τῆς τοιαύτης ἔρχεται δόξης ὅ γε τοῖς θείοις αὐτοῦ θεσπίσμασιν ἀσυμφυῆ καὶ ἀσύμβατον τὴν διάνοιαν ἔχων, καὶ φιλήδονος ὢν μᾶλλον, ἢ φιλόθεος. Οὐκοῦν ὡς ἐν ἀνδρὸς τάξει, τῇ τῶν Ἰουδαίων συνοικίσας μητρί· Ποῖον, φησὶ, τὸ βιβλίον τοῦ ἀποστασίου τῆς μητρὸς ὑμῶν, ἐν ᾧ ἐξαπέστειλα αὐτήν; Οὐ γὰρ ἄν τις ἐπιδείξειε, φησὶν, ἐμὲ μᾶλλον αὐτὴν ἐξώσαντα, καὶ μεμισηκότα, καταγνώσεται δὲ μᾶλλον αὐτῆς, ὡς αὐτόκλητον ἑλομένης τὴν ἀπόστασιν. Τίνι δὲ ὑπόχρεως ὢν πέπρακα ὑμᾶς; Ἕτερον ἐν τούτοις τὸ σχῆμα τοῦ λόγου. Ὡς γὰρ οἰκέταις δεσπότης διαλέγεται. Ἆρα γὰρ, ὡς ἄνθρωπος, φησὶν, ἐν ἐνδείᾳ χρημάτων πεπιεσμένος, καὶ χρεώσταις περιπεσὼν ἀπεδόμην δεσπόταις ἑτέροις οἰκέτας ὄντας ἐμούς; Καίτοι πῶς τοῦτο οὐκ εὖηθες παντελῶς, ἢ νοεῖν, ἢ φράσαι; Πέρα γὰρ ἀνάγκης τὸ Θεῖον, καὶ οὐδὲν ἐπέκεινα τὸ σύμπαν αὐτοῦ. Οὐκοῦν οὐ πέπρακα, φησὶν, οὐδ' ἂν ἐξεδόμην ἑτέροις δεσπόταις, ἀγαπῶντας ἐμὲ, καὶ τῶν ἐμῶν θεσπισμάτων ἀπρτημένους. Πῶς οὖν ἄρα τὸν τῆς ἑτέρων δουλείας ὑπεμείνατε ζυγόν; Πρόφασις ὑμῖν τοῦ κακοῦ γέγονεν ἡ

Digitized by Google

ἁμαρτία. Ταύτης γὰρ ἕνεκα κατεκτήσατο πάντας ἡμᾶς ὁ τῆς ἁμαρτίας πατὴρ, καὶ φαυλότητος πάσης εὑρέτης· καὶ τοὺς τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος ἀποπίπτοντας ἁρπάζων εἰς ἑαυτὸν, καὶ τοῖς τῶν κακῶν βρόχοις ἐγκαθιείς, καὶ εἰς πέταυρον ᾅδου κατακομίζων αὐτούς. Ἕψεται γὰρ πάντως τοῖς ὠλισθηκόσι τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος τὸ δεῖν ἀφύκτοις ἐγκαταπίπτειν βρόχοις. Δεινὸς γὰρ εἰς πλεονεξίαν ὁ Σατανᾶς, καὶ οὕσπερ ἂν ἴδοι τῶν ἐπὶ γῆς ὀλιγωρεῖν ἑλομένους τοῦ εἶναι μετὰ Θεοῦ, τούτους τοῖς ἰδίοις ὑποφέρει ζυγοῖς, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις κατακομίζει κακοῖς, δούλους αὐτοὺς ἀποφαίνων, ἀντ' ἐλευθέρων, καὶ ἐξ ἐνδόξων ἀτίμους. Τοιαῦτα γὰρ ἀεὶ τῆς ἐκείνου σκαιότητος τὰ ὀψώνια.

A cidunt, ad se rapit, et in malorum voraginem demittit, et in laqueum orci detrudit. Sequetur enim omnino eos qui lapsi sunt a conjunctione cum Deo, **687** ut inevitabilibus laqueis involvantur. Est enim in occupando vehemens et violentus Satanas: et quos in terra habitantes viderit parviducere esse cum Deo, eos suis jugis subjicit, et in extrema deducit mala, ex liberis eos servos, ex gloriosis inhonoratos reddens. Ejusmodi enim semper sunt ejus sinistræ perversitatis stipendia.

Τί ὅτι ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος; Ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων; Μὴ οὐκ ἰσχύει ἡ χείρ μου τοῦ ῥύσασθαι; Ἰδοὺ τῇ ἀπειλῇ μου ἐξερημώσω τὴν θάλασσαν, καὶ θήσω ποταμοὺς ἐρήμους, καὶ ξηρανθήσονται οἱ ἰχθύες αὐτῶν ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι ὕδωρ, καὶ ἀποθανοῦνται ἐν διψει. Καὶ ἐνδύσω τὸν οὐρανὸν σκότον, καὶ ὡς σάκκον τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ.

VERS. 2, 3. *Quid quoniam veni, et non erat homo? Vocavi, et non erat audiens. Annon poterit manus mea liberare? Ecce comminatione mea desertum faciam mare, et ponam flumina deserta, et arefient pisces eorum, eo quod non sit aqua, et siti morientur. Et induam cœlum tenebris, et quasi cilicium ponam operimentum ejus.*

Τὰ τῆς Σιὼν τέκνα, τοῦτ' ἔστι, τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Σιὼν, τὴν ἐπίγειον Ἱερουσαλὴμ δηλονότι, ταῖς σφῶν αὐτῶν ἁμαρτίαις καταπεπράσθαι τε καὶ ἐκβεβλῆσθαι τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος εὖ μάλα διειρηκὼς, ὑπὸ μῶμον ἄγει, καὶ γραφὴν τῆς εἰς λῆξιν ἀπονοίας τε ὁμοῦ καὶ ἀμαθίας. Ἐπιλάμψαντος γὰρ τοῦ Μονογενοῦς μετὰ σαρκὸς τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς πεφηνότος, ἀμνημονήσαντες ἀνοσίως, καὶ νόμου, καὶ προφητῶν, σκληροὶ καὶ ἄτεγκτοι μεμενήκασι, καὶ ἀσχέτως νοσοῦντες τὸ ἐξήνιον. Οὐ γὰρ ἤθελον εἰδέναι τὸν Λυτρωτὴν, τῆς σωτηρίας τὸν πρύτανιν, τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ, καὶ ἀπάσης αἰτίας ἀπαλλάξαι δυνάμενον τοὺς ταῖς ἀνθρωπίναις ἀσθενείαις ἐνειλημμένους. Ἦλθον τοίνυν, φησὶ, τοῦτ' ἔστιν, ἐνηνθρώπησά τε καὶ ἐπέφανα τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος ἐν αὐτοῖς, νουνεχὴς δηλονότι, καὶ τὸν τῆς λυτρώσεως καιρὸν εἰδέναι δυνάμενος. Ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων. Ὡς γὰρ αὐτός που πάλιν φησὶν ὁ προφήτης Ἡσαΐας ἐκ προσώπου τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ· « Εὑρέθην τοῖς ἐμὲ ζητοῦσιν, ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν. Εἶπα, Ἰδοὺ εἰμὶ, τῷ ἔθνει, οἳ οὐκ ἐπίστευσάν με. Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα, καὶ ἀντιλέγοντα. » Ἐν δέ γε τοῖς εὐαγγελικοῖς συγγράμμασι πλεισταχοῦ τὸν Κύριον εὑρήσομεν καλοῦντα πρὸς πίστιν τοὺς ἰδίους [Humfred. legit Ἰουδαίους]· « Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς. » Ποτὲ δὲ πάλιν· « Ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ οὐ μὴ περιπατήσῃ ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς. » Ναὶ μὴν καὶ τὸ πιστεύειν αὐτοῖς ἔγκαρπόν τε καὶ ἐπωφελὲς ἀποφαίνων· « Ἀμὴν λέγω, φησὶν, ὑμῖν, ὅτι ὁ πιστεύων ἔχει ζωὴν αἰώνιον. » Πλείστας δ' ἂν καὶ ἑτέρας φωνὰς ἐπισωρεύσειέ τις τὴν ἴσην ἐχούσας δύναμιν, εἴπερ ἤθελε μακρηγορεῖν. Οὐκοῦν ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων, φησίν. Ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνο ἐροῦσιν οἱ διὰ

Liberos Sion, id est, sanguine Israelitico oriundos, ipsamque Sion, terrestrem videlicet Jerusalem, suis ipsorum peccatis divenditos, et ejectos a conjunctione cum ipso, perpulchre disserit: vocat nunc in reprehensionem et crimen insignis amentiæ simul et inscitiæ. Nam quando Unigenitus illuxit terræ incolis in carne, et in specie nobis simili apparuit, impie et legem et prophetas oblivioni tradiderunt, duri et præfacti manserunt, et intemperanter effrenes fuerunt. Non enim volebant Redemptorem salutis principem agnoscere, qui justificat impium, qui omni crimine liberare potest eos qui humanis impediti sunt infirmitatibus. Veni igitur, inquit, id est, humanitatem indui, et apparui Israelitis: et non erat inter illos homo, videlicet cordatus, et qui redemptionis tempus scire posset. Vocavi, et non erat audiens. Etenim sic iterum ipse Isaias propheta, in persona omnium nostrum Servatoris Christi inquit: « Inventus sum his qui me non quærunt, conspicuus factus sum his qui me non interrogant. Dixi, Ecce adsum genti quæ mihi non credidit. Toto die expandi manus meas ad populum incredulum et contradicentem [31]. » In evangelicis etiam scriptis, sæpe inveniemus Dominum vocantem ad fidem Judæos: « Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos. [32] » Rursus alibi: « Qui sequitur me, non ambulabit in **688** tenebris, sed habebit lucem vitæ [33]. » Certe illis fructuosum et utile esse declarat ut credant, inquiens: « Amen dico vobis quia qui credit, habet vitam æternam [34]. » Et complura alia congerere quis poterit in eamdem sententiam, si quidem voluerit prolixe rem persequi. Itaque vocavi, inquit, sed non erat audiens. Cæterum illud fortassis dicent, qui sic ex insigni amentia offenderunt, duro et præfracto pectore, non valere manum meam orbem terrarum liberare. Atqui vere hic non

[31] Isa. LXV, 1, 2 [32] Matth. XI, 28, 29. [33] Joan. VIII, 12. [34] Joan. VI, 47.

Digitized by Google

sentiunt. Erat enim, ut dixi, in specie nostri, quamvis Deus esset, Verbum, hominem siquidem induit, carnis propagatione ortum habens ex muliere. Sed qui hoc noverunt, et divinorum ejus mysteriorum profunditatem non ignorarunt, illum omnia posse sciverunt, Deum natura exsistentem, et ad redemptionem orbis terrarum satis habuisse virium. At infideles et inscii accesserunt ad eum, velut ad hominem promiscuum et communem, adeo ut insultarent et dicerent: « De bono opere non lapidamus te, sed propter blasphemiam: quia homo cum sis, tu facis teipsum Deum [35]. » Illis consentaneum erat et cogitare et dicere non valuisse manum ejus terræ incolis subvenire, nec liberare eos qui a diabolo et peccato victi sunt. Sed quando hæc, inquit, reputaveritis, etiam aliquid melius cogitate: non enim sum vestri similis, homo simpliciter, sed Deus potius, factus ad similitudinem ac speciem vestram, dispensationis causa, ut vos a morte et peccato eximerem. Ipse enim qui loquor adsum, qui quondam per Moysem edidi miracula, et ineffabili potentia mare, videlicet Rubrum, divisi. Nam aquis velut murus inductus est, et trajecerunt redempti, et qui Ægyptiacæ servitutis jugum exuerunt. Desertum faciam mare hic dicit, pro, exsiccabo. Ponam autem flumina deserta. Ponam rursus, pro posui, intelligendum. Consistere enim fecit Jordanem, eumque reddit aquis vacuum, dum Jesus traduxit Israelem, et in terram promissionis introduxit. Quod autem ait in aquis pisces exsiccari, intellige ad significandum totum exaresfactum esse Jordanem, hoc assumi. Hujus adeo illustris et magni miraculi fecit mentionem etiam divinus David, dicens alicubi : « Quid est tibi, 689 mare, quod fugisti? et tu, Jordanis, quod conversus es retrorsum [36]? » Alibi rursus : « Noverunt te aquæ, Deus, noverunt te aquæ, et timuerunt; turbatæ sunt abyssi, multitudo sonitus aquarum [37]. » De Jordane iterum sic dicit : Tu exsiccasti flumina Ethaim, id est, australia. Meminit etiam alterius miraculi, et inquit : Induam cœlum tenebris, et ponam ut saccum operimentum ejus ; et rursus, Induam, intelligendum est, pro indui. Meminimus enim sapientissimum Moysen scripsisse : Triduanæ et profundæ Ægyptiacæ regionis tenebræ dispersæ sunt : at nulla res omnino detrimentum Israelitis attulit : quibus erat dies et lux. Quod mirabile est et nulla oratione dici aut explicari potest. Cum igitur, inquit, illo ego sim qui et in carne apparui, et olim mare desertum feci, sive exsiccavi, illudque etiam in fluminibus effeci, et tenebris ingens cœlum amicivi, multisque experimentis planum reddidi, me universorum Dominum esse, nihil non meis viribus præstari : quidni ridiculus sit, vel potius impietatis crimini affinis, si quis velit sentire et dicere non posse manum meam liberare?

A tur autem justum, non velut profligantes illud et e mente sua expellentes, sed velut ad id currentes, ut assequantur. Cujusmodi est quod dixit etiam divinus David : « Quære pacem, et persequere eam[67]. » Scilicet juxta illud etiam intelliges quod a propheta sancto quopiam infertur, dicente : In quo apprehendam Dominum ? suscipiam Deum meum altissimum. **700** Persequuntur igitur, ut dixi, quod justum est, ut cum invenerint arripiant. Hi sunt qui ipsum quærunt Dominum, id est Christum. Inveniunt enim per fidem, vocante ad hoc eos Deo et Patre. Siquidem dixit Christus Judaico populo : « Nolite murmurare inter vos. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum[68]. » Verum illud observa : Affatur Deus non omnes simpliciter,
B sed illos potius qui persequuntur quod justum est, idque quærunt his qui jam dicti sunt modis. Itaque a Deo docti sunt omnes qui per fidem in Christo vocati sunt ad agnitionem veritatis. Quid autem significetur his sententiis, quoad poterimus, dicemus. Maxima enim erat multitudo Judæorum, sed omnino paucissimi ex his crediderunt. Verum quod excrescent temporibus suis credentes in multitudinem innumerabilem, adjuncto his qui ex circumcisione sunt, præputio, ut vocatur, id est gentibus, Deo colligente, conatur probare, sumpto divino Abrahamo, et cum eo Sarra, exempli causa et ad spei confirmationem. Radix enim fuerunt omnium gentium, etiamsi senilem et plusquam maturam ætatem at-
C tigerint, nec spes fuerit posse illos ultra parere. Ille enim centum annorum erat, hæc sterilis et infecunda. Sed quoniam Deo nihil non factu facile, omniaque sunt proclivia et plana, hi principium et stirps exstiterunt multitudinis hominum quæ cum stellis possit contendere. Dictum siquidem est ad divinum Abrahamum ut stellas respiceret, ac crederet par numero fore semen ejus his quas conspexerat. Quia vero non humanæ naturæ lege peperit Sarra, paterque filii factus est divinus Abraham, valde provectæ et inclinatæ jam ætatis homo : duo exempla capit, petram solidam, quæ excisa est, et foveam lacus, quæ effossa est. Quemadmodum enim difficillimum est ex petra solida et immani lapides exscindere, et puteum profundum exhaurire
D eodem, credo, modo haud proclive est, imo impossibile, ex sene et sterili nasci filium. Verum hoc effectum est supra opinionem, Deo annuente. Quando igitur putabitis, vos qui credidistis, esse vos paucissimos, videlicet cum **701** primum divina et sacra esset prædicatio : certo credendum, inquit, vestrum numerum ac multitudinem fore innumerabilem. Unus enim erat Abraham, et vocavi illum, et benedixi, et cum benedixissem, etiam dilexi, et cum dilexissem, multiplicavi, id est, patrem constitui gentis omnium Judæorum, et eorum præterea qui ex promissione erant. Siquidem dictum est Abrahamo : « Patrem multarum gentium constitui te[69]. » Itaque qui vocatus est, bene-

[67] Psal. xxxiii, 15. [68] Joan. vi, 43, 44. [69] Gen. xvii, 5.

Digitized by Google

dicitur, et qui benedictus est, omnino diligetur, et qui hoc consecutus est erit numerosus, spiritualiter videlicet. Varios enim virtutum et evangelicorum ornamentorum fructus edet. Verum etiam, juxta historiæ rationem, ex rebus ipsis promissionem esse veram licet videre. Adorat enim orbis terrarum, omnium Servatorem Christum, et omnia plena illius sunt, et omnis terra majestate ejus repleta est.

τὰ καθ' ὑμᾶς. Εἷς γὰρ ἦν Ἀβραὰμ, καὶ ἐκάλεσα αὐτὸν, καὶ εὐλόγησα, καὶ εὐλογήσας ἠγάπησα, καὶ ἀγαπήσας ἐπλήθυνα, τοῦτ' ἔστι, πατέρα τέθεικα παντὸς τοῦ τῶν Ἰουδαίων γένους, ἤτουν ἔθνους, καὶ πρός γε τούτῳ τῶν ἐξ ἐπαγγελίας. Εἴρηται γὰρ πρὸς Ἀβραὰμ, ὅτι « Πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε. » Οὐκοῦν ὁ καλούμενος εὐλογεῖται, καὶ ὃς ἂν εὐλογηθῇ, πάντη τε καὶ πάντως ἀγαπηθήσεται, καὶ ὁ τούτου τυχὼν ἔσται πολλοστὸς, πνευματικῶς δηλονότι. Καρποὺς γὰρ ἕξει ποικίλους τοὺς ἐξ ἀρετῶν καὶ ἐξ αὐχημάτων εὐαγγελικῶν. Πλὴν καὶ κατά γε τὸν τῆς ἱστορίας λόγον, ἀληθῆ διὰ πραγμάτων ἔνεστιν ἰδεῖν τὴν ἐπαγγελίαν. Προσκυνεῖ γὰρ ἡ ὑπ' οὐρανὸν τῷ πάντων Σωτῆρι Χριστῷ, γέγονε δὲ τὰ πάντα αὐτοῦ μεστὰ, καὶ πεπλήρωται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ.

VERS. 3. *Et nunc consolabor te, Sion, et consolatus sum omnia deserta ejus, et ponam omnia deserta ejus, quasi paradisum Domini. Lætitiam et exsultationem invenient in ea, confessionem et vocem laudis.*

Καὶ σὲ νῦν παρακαλέσω, Σιὼν, καὶ παρεκάλεσα πάντα τὰ ἔρημα αὐτῆς, καὶ θήσω τὰ ἔρημα αὐτῆς ὡς παράδεισον Κυρίου. Εὐφροσύνην καὶ ἀγαλλίαμα εὑρήσουσιν ἐν αὐτῇ, ἐξομολογήσουσι [*al.* ἐξομολόγησιν] *καὶ φωνὴν αἰνέσεως.*

Figuratur semper oratio sanctorum prophetarum rebus sub visum sensumque cadentibus. Affecta sunt enim et referuntur quodammodo ad ea quæ sensibus percipiuntur, illa quæ cadunt sub intelligentiam. Ideoque etsi nominet Sion, noli tamen illam terrenam intelligere, sed accipe eam quæ sub intelligentiam venit, quæ est Dei viventis Ecclesia; unde enim semper prophetæ sermones veros esse videbimus? Consolaturum enim se illam Deus promisit, id autem minime inveniemus factum, sed e contrario desolatam videre est et devastatam. Itaque habita nunc est a propheta oratio ad credentium multitudinem, quæ est Ecclesia Dei viventis. Sic nimirum dicit: Quemadmodum, inquit, vocavi Abrahamum, eumque unum constitui patrem multarum gentium; sic etiam te, o Sion, consolabor. Consolatio autem, hic, est promissio lætitia afficiens, et certam spem afferens et inserens quasi auditoribus, Deo undecunque congregante eos qui per fidem vocandi sunt, non fore eam desertam et vastam, sed tanquam paradisum quamdam florentulam et arboribus fructuosissimam, densam pulchris et generosis plantis, **702** et fertilitatem habentem intelligibilem, id est lætitiam, et exsultationem, ac confessionem, vocemque laudis. Hinc intellige eum promittere abducturum se a legali cultu eos qui futuri sunt loco plantarum, et intelligibilem hortum repleturi, quem etiam Dei paradisum nominat. Olim enim lex Mosaica præcepit bovem sacrificare, pecora mactare, turtures Deo offerre, et similaginem oleo conspersam. Cæterum ultra non patet ad Deum universorum aditus per hæc sacrificia, sed ut ipse Christus ait: « Deus est spiritus, et qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare [50]. » Spiritualis autem et vera adoratio et intelligibilis cultus, vis ac virtus, suavem habet fragrantiam, spiritualem lætitiam et exsultationem in spe in Christum. Sic enim confidimus transfiguraturum eum corpus humanitatis nostræ, ut conforme fiat corpori ipsius glorioso, et simul

Τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ λόγος σχηματίζεται μὲν ἀεί πως πρὸς τὰ ὁρώμενα, καὶ τὰ ἐν αἰσθήσει πράγματα. Ἔχει γε μὴν τὴν ἀναφορὰν πρὸς τὰ ὑπὲρ αἴσθησίν τε καὶ νοητά. Οὐκοῦν κἂν Σιὼν ὀνομάζῃ, μὴ τὴν ἐπίγειον νόει, δέχου δὲ μᾶλλον τὴν νοητὴν, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος· ἐπεὶ πῶς ἂν τις ἴδοι πρὸς ἀλήθειαν ἐκβαίνοντας τοῦ προφήτου τοὺς λόγους; Παρακαλέσειν μὲν γὰρ αὐτὴν Θεὸς ἐπηγγέλλετο· τοῦτο δὲ οὐδαμοῦ γεγονὸς εὑρήσομεν, ἀλλ' ἔκ γε τῶν ἐναντίων ἐρημωθεῖσαν ἔστιν ἰδεῖν καὶ πεπορθημένην. Γέγονε τοίνυν ὁ λόγος τῷ προφήτῃ νυνὶ πρὸς τὴν τῶν πιστευσάντων πληθὺν, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος. Καὶ τί δὴ ἄρα φησίν; Ὥσπερ γὰρ, φησὶ, κέκληκα μὲν τὸν Ἀβραὰμ, ἕνα δὲ ὄντα πατέρα τέθεικα πολλῶν ἐθνῶν· οὕτω καὶ σὲ παρακαλέσω, Σιών. Ἡ δὲ παράκλησις ἐν τούτοις ὑπόσχεσίς ἐστι κατευφραίνουσα, καὶ βεβαίαν ἐμφυτεύουσα τὴν ἐλπίδα τοῖς ἀκροωμένοις, τοῦ ὅτι πάντη τε καὶ πάντως Θεοῦ συναγείροντος τοὺς ἐν πίστει κληθησομένους, οὐκ ἔρημος ἔσται καὶ κεχερσωμένη ἀλλ' οἷά τις παράδεισος εὐανθής τε καὶ εὐδενδρότατος, καλοῖς τε καὶ εὐγενέσι φυτοῖς κατάκομος, καὶ εὐκαρπίαν ἔχων τὴν νοητὴν, τοῦτ' ἔστιν εὐφροσύνην καὶ ἀγαλλίαμα, ἐξομολογήσίν τε καὶ φωνὴν αἰνέσεως. Σύνες ἐντεῦθεν ὅτι τῆς νομικῆς λατρείας ἀποφέρειν ἐπαγγέλλεται τοὺς ἐν τάξει φυτῶν ἐσομένους, καὶ τὸν νοητὸν πληροῦντας κῆπον, ὃν δὴ καὶ παράδεισον ὀνομάζει Θεοῦ. Πάλαι μὲν γὰρ ὁ Μωσέως νόμος βουθυτεῖν ἐκέλευε, καὶ μηλοσφαγεῖν, τρυγόνας τε προσάγειν Θεῷ, καὶ σεμιδάλιν ἐλαιόδευτον. Ἀλλ' οὐ διὰ τούτων ἔτι προσιτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ἔφη Χριστός· « Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. » Ἡ δὲ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκύνησις, καὶ τῆς νοητῆς λατρείας ἡ δύναμις, εὐοσμίαν ἔχει τὴν πνευματικὴν εὐφροσύνην, καὶ ἀγαλλίαμα τῇ ἐλπίδι τῇ εἰς Χριστόν. Διακείμεθα γὰρ ὅτι καὶ μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ· συνεσόμεθά τε καὶ συμβασιλεύσομεν αὐτῷ, τεταγμένοι μὲν ἐν

[50] Joan. IV, 24.

Digitized by Google

υἱοῖς Θεοῦ, καταπλουτήσαντες δὲ τὸ θεῖον αὐτοῦ καὶ ζωοποιὸν Πνεῦμα. Προσάγομέν τε καὶ ἡμεῖς εὐκαρπίαν νοητὴν αὐτῷ, τήν τε ἐξομολογίαν καὶ ᾠδὰς τὰς χαριστηρίους. Τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται Θεός.

Ἀκούσατέ μου, λαός μου, καὶ οἱ βασιλεῖς, πρός με ἐνωτίσασθε, ὅτι νόμος παρ' ἐμοῦ ἐξελεύσεται, καὶ ἡ κρίσις μου εἰς φῶς ἐθνῶν.

Ἀνάδειξ[ε]ιν ὑπισχνούμενος πλείστην τε καὶ ἀριθμοῦ κρείττονα τὴν τῶν εἰς αὐτὸν πιστευόντων πληθὺν, οὕτω αὐτῇ προσδιαλέγεται, καθάπερ ἤδη συναγηγερμένῃ. Μυσταγωγεῖ δὲ λοιπὸν ὡς ἰδίους ὄντας προσκυνητὰς, ἵνα καὶ ἀληθὲς ὑπάρχειν ὁρῷτο τὸ γεγραμμένον περὶ αὐτῶν· « Καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ Θεοῦ. » Ψάλλει γοῦν καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, ὥδέ τέ φησιν πρὸς τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Χριστόν· « Μακάριος ἄνθρωπος ὃν ἂν σὺ παιδεύσῃς, Κύριε, καὶ ἐκ τοῦ νόμου σου διδάξῃς αὐτόν. » Ἐπηγγέλλετο δὲ καὶ τῆς ἐπὶ τούτῳ φιλοτιμίας τοῖς ἐπεγνωκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Καὶ δὴ καί φησι δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν περὶ τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας, τῆς γενομένης ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ μετὰ σαρκὸς, ὅτι « Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, λέγει Κύριος, διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς. » Ὀρθῶς δὲ καὶ τοῦτο συνεὶς ὁ πάνσοφος Παῦλος γράφει, καί φησι τοῖς τούτου τετυχηκόσιν· « Ἡ ἐπιστολὴ ἡ ἡμῶν ὑμεῖς ἐστε, ἐγγεγραμμένη οὐ μέλανι, ἀλλὰ πνεύματι Θεοῦ ζῶντος. » Οὐκοῦν ἀκούσατέ μου, φησὶ, τοῦτ' ἔστι, τοὺς ἐμοὺς εἰσδέξασθε λόγους, καὶ μὴ καθάπερ ὁ Ἰσραὴλ ἐξήνιοι γένεσθε, τῇ τοῦ νομικοῦ γράμματος προσκείμενοι παλαιότητι, καὶ παρὰ τῶν τύπων ὁρῶντες οὐδέν. Μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἡ διὰ Μωσέως τέθειται ἐντολὴ, φησίν. Ἐπειδὴ δὲ ὁ τῆς ἐνανθρωπήσεως οὐ προσδοκᾶται μᾶλλον, ἀλλ' ἐνέστηκεν ἤδη καιρὸς, μεταχωρείτω πρὸς ἀλήθειαν ἡ σκιά. Ἐμοῦ τοίνυν ἀκούετε, λαός μου. Λέγων δὲ, λαός μου, τὴν πνευματικὴν οἰκειότητα τὴν δωρηθεῖσαν αὐτοῖς ἐπὶ καιροῦ προῖσχεται, δυσωπῶν, ὡς γε οἶμαι, καὶ διὰ τούτου, καὶ προθυμοτέρους ἀποτελῶν εἰς γε τὸ χρῆναι, φησὶ, τὸν παρ' αὐτοῦ προσήκασθαι λόγον. Καλεῖ δὲ οὐχὶ μόνους τοὺς τελοῦντας ἐν λαοῖς, ἀλλὰ γὰρ σὺν αὐτοῖς καὶ βασιλέας, ἵνα τοὺς ἄρχοντας ἤτοι τοὺς τῶν λαῶν ἡγουμένους ἐννοῇς. Ἀπὸ γὰρ τῆς τῶν πιστευσάντων πληθύος παρεκομίσθησαν εἰς τοῦτο πολλοὶ, ὧν ἀπαρχὴ γεγόνασιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταί· εἶτα μετ' ἐκείνους κατ' ἴχνος ἰόντες οἱ μετ' αὐτοὺς τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα περιετέθησαν· ἅτε δὴ καὶ βασιλείας ὄνομα πεπλουτηκότες, τεταγμένοι δὲ καὶ εἰς τὸ καθηγεῖσθαι λαῶν. Καὶ γοῦν ὡς ἐκ πολλῆς ἄγαν χαρᾶς χαριστηρίους ᾠδὰς ἀνατείνουσι Θεῷ λέγοντες· « Ὑπέταξε λαοὺς ἡμῖν, καὶ ἔθνη ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν. » Ψάλλει δὲ περὶ αὐτῶν καὶ ὁ θεσπέσιος Μελῳδός· « Ἄρχοντες λαῶν συνήχθησαν μετὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραάμ. » Ὦ τοίνυν λαοὶ καὶ βασιλεῖς,

erimus, ac simul regnabimus cum eo, collocati inter filios Dei, ac divino ejus et vivifico ditati Spiritu. Adducimus etiam nos fertilitatem intelligibilem ei, confessionem et vocem laudis, id est hymnos et doxologias et odas gratulatorias. Talibus enim sacrificiis delectatur Deus.

Vers. 4. *Audi me, popule mi, et reges, mihi auscultate, quia lex a me egredietur, et judicium meum in lucem gentium.*

Demonstraturum se pollicitus fore copiosam et innumerabilem in ipsum credentium multitudinem, sic eam affatur, perinde quasi jam esset congregata, et illos instituit ac initiat de cætero, tanquam suos adoratores, ut verum esse appareat quod scriptum est de illis : « Et erunt omnes docti a Deo [50]. » Psallit igitur et divinus David sic, et ait ad universorum Servatorem Christum : « Beatus homo quem tu erudieris, Domine, et de lege tua docueris eum [51]. » Promittit etiam propterea gloriam his qui ejus apparitionem agnoverunt. Quin et per unum e sanctis prophetis dicit, de suo adventu in hoc mundo cum carne : « In tempore illo, dicit Dominus, dedi leges meas in animum eorum, et cordibus eorum inscribam eas [52]. » Quod recte intelligens sapientissimus Paulus, scribit, et inquit his qui hoc assecuti sunt : « Epistola nostra vos estis, scripta, non atramento, sed spiritu Dei viventis [53] » Itaque audite me, inquit, **703** id est, meos accipite sermones; neque, sicut Israel, effrenes et rebelles sitis, legalis litteræ vetustati adhærescentes, et præter typos videntes nihil. Ad tempus usque instaurationis, inquit, præceptum per Moysen positum est. At ubi humanitatis tempus non exspectatur, sed jam instat : transeat ad veritatem umbra. Me itaque audi, o popule mi. Cum dicit, o popule mi, spiritualem conjunctionem ipsis donatam opportune profert, persuadens, ut arbitror, hinc et promptiores eos reddens, ut ejus scilicet admittant orationem. Nec eos solum vocat qui numerantur in populo, sed cum illis una et reges, ut principes vel populorum præfectos intelligas. Multi enim ex credentium multitudine ad hoc sunt adducti, quorum primitiæ fuerunt divini discipuli; deinde post illos secuti eorum vestigia hi quibus regium nomen impositum est, quique constituti sunt ut præsint populo, illi, inquam, regio nomine ditati, velut præ insigni gaudio, carmina gratiarum actionis offerunt Deo, dicentes : « Subjecit populos nobis, et gentes sub pedibus nostris [54]. Psallit item de illis divinus etiam Cantor : « Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham [55]. » O igitur, populi et principes, inquit, audite me et auscultate, et quid sit futurum annuntiate. Lex a me egredietur, et judicium meum in lumen gentium. Legem hic divinam et evangelicam prædicationem dicit. Est enim aliusmodi quidem quodam-

[50] Isa. LIV, 13; Joan. VI, 45. [51] Psal. XCIII, 12. [52] Ibid., 10. [53] Isa. XLI, 22. [54] II. Cor. III, 3. [55] Psal. XLVI, 4.

Digitized by Google

modo hoc novum et salutare oraculum : aut potius veteris legis mutatio in melius, et typorum præteritorum ad veritatem translatio. Dixit itaque Christus : « Ne putetis venisse me ut solvam legem et prophetas : non veni ut solvam, sed ut impleam. Dico enim vobis quod iota unum aut unus apex non præteribit ex lege, donec omnia fiant [84]. » Cæterum lex litteræ per Moysen data est : prædicatio autem salutaris, id est evangelica, per Christum exiit. Erat enim, ut videtur, consentaneum ut Moyses umbræ et figuræ minister, cognitionis autem et veri cultus in spiritu illustrator fieret Christus. Est enim lux vera [85]. Infert his : Judicium meum in lumen gentium. Judicium **704** hic vocat, vel sanctam et humanam ejus sententiam et calculum, et progressam ad lumen gentium gratiam, vel judicium, rectitudinem et justum judicium, vel justitiam, evangelicam videlicet. Sic enim divinus David sacræ prædicationis meminit, dicens : « Præparasti rectitudinem, judicium et justitiam in Jacob tu fecisti [86]. » Quid est quod dicat, divinam et salutarem prædicationem habitam esse in Jacob, et non in reliquis gentibus? Meminisse oportet Deum aperte dixisse : « Non missus sum nisi ad perditas oves domus Israel [87]. » Quinimo et voce ipsius divini David : « Ego constitutus sum rex ab eo (scilicet Deo et Patre) super Sion montem sanctum ejus, annuntians præceptum Domini [88]. » Erant enim patres ex Israel, et promissio et legislatio et testamentum. Sed postquam defectores evaserunt, et parum morigeri, ac dominicidæ, migravit propterea deinceps gratia, et facta est lux gentium omnium.

πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ. » Καὶ μὴν καὶ διὰ φωνῆς αὐτοῦ τοῦ θεσπεσίου Δαβίδ· « Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ (δῆλον δὲ ὅτι Θεοῦ καὶ Πατρὸς) ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα Κυρίου. » Ἦσαν μὲν γὰρ ἐξ Ἰσραὴλ οἱ πατέρες καὶ ἡ ἐπαγγελία, ἡ νομοθεσία τε καὶ ἡ διαθήκη. Ἐπειδὴ δὲ γεγόνασιν ἀποστάται δυσάγωγοι, καὶ Κυριοκτόνοι, μεταπεφοίτηκε λοιπὸν διὰ τοῦτο ἡ χάρις, καὶ γέγονεν εἰς φῶς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων.

A φησὶν, ἀκούσατέ μου, καὶ ἐνωτίσασθε, καὶ τί τὸ μέλλον ἐπαγγέλ[λ]εσθε. Νόμος παρ' ἐμοῦ ἐξελεύσεται, καὶ ἡ κρίσις μου εἰς φῶς ἐθνῶν. Νόμον ἐν τούτοις τὸ θεῖόν τε καὶ εὐαγγελικὸν ὀνομάζει κήρυγμα. Καὶ γάρ ἐστιν ἑτεροειδὲς μὲν ὥσπερ τὸ θέσπισμα τὸ νέον τε καὶ σωτήριον· νόμου δὲ ὥσπερ ἀρχαίου μεταβολὴ πρὸς τὸ ἄμεινον, καὶ μετάστασις τύπων ἐκδεδραμηκότων πρὸς ἀλήθειαν. Ἔφη γοῦν ὁ Χριστός· « Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται. » Ἀλλ' ὁ μὲν ἐν γράμμασι νόμος ἐδόθη διὰ Μωσέως· κήρυγμα δὲ τὸ σωτήριον, τοῦτ' ἔστι τὸ εὐαγγελικὸν, ἐξῆλθε διὰ Χριστοῦ. Καὶ γὰρ ἦν ἀκόλουθον, Μωσέα μὲν τῆς B σκιᾶς καὶ τύπου γενέσθαι διάκονον, ὡς ἔοικε, γνώσεώς τε καὶ ἀληθοῦς λατρείας τῆς ἐν πνεύματι φωτιστὴν γενέσθαι Χριστόν. Αὐτὸς γάρ ἐστι τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν. Ἐπιφέρει δὲ τούτοις, ὅτι Ἡ κρίσις μου εἰς φῶς ἐθνῶν. Κρίσιν ἐνταῦθά φησιν ἢ τὴν ὁσίαν καὶ φιλάνθρωπον αὐτοῦ ψῆφον, τὴν ἐξενεγκοῦσαν εἰς φῶς ἐθνῶν τὴν παρ' αὐτοῦ χάριν, ἤγουν κρίσιν, τὴν εὐθύτητα καὶ δικαιοκρισίαν, ἤτοι τὴν δικαιοσύνην, τὴν εὐαγγελικὴν δηλονότι. Οὕτω γὰρ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων διαμέμνηται λέγων· « Σὺ ἡτοίμασας εὐθύτητα, κρίσιν καὶ δικαιοσύνην ἐν Ἰακὼβ σὺ ἐποίησας. » Εἰ δὲ τὸ θεῖόν τε καὶ σωτήριον κήρυγμα πεποιῆσθαί φησιν ἐν Ἰακὼβ ἐν τούτοις, καὶ οὐχὶ μᾶλλον καὶ ἐν τοῖς ἑτέροις τῶν ἐθνῶν· ἀλλὰ χρὴ μεμνῆσθαι Θεοῦ λέγοντος ἐναρ- C γῶς· « Οὐκ ἀπεστάλην, εἰ μὴ εἰς τὰ ἀπολωλότα

Vers. 5. *Appropinquat cito justitia mea, et egredietur salus mea, et in brachium meum gentes sperabunt. Me insulæ exspectabunt, et in brachium meum sperabunt.*

Non sinit alacritatem vocatorum exstingui, aut mœrore quasi marcescere, neque in longum tempus ait fore spei dilationem : sed ad pedes quodammodo hæc ipsa verba subsequi ipsam promissionem ostendit. Cujusmodi est quod, voce Habacum, vel ad ipsum a Deo dictum est : « Adhuc paulnlum, adhuc paululum, qui venit veniet, et non moram faciet [89]. » Bonorum enim spes, cum sitit id quod ex spectant, cunctatione ac procrastinatione colliquescit. Hinc ait appropinquare justitiam. Siquidem personæ Dei et Patris sermones hos accommodare voluerimus : dicimus cum justitiam suam vocare Filium. Justificati enim sumus in ipso, et non ex operibus quæ fiunt in justitia, quæ fecimus nos, sed ex magna ipsius misericordia. Venit enim in hunc mundum, non ut illum judicaret, sed ut servetur per ipsum. Nec aliter servatus est nisi ex

Ἐγγίζει μοι ταχὺ ἡ δικαιοσύνη μου, καὶ ἐξελεύσεται τὸ σωτήριόν μου, καὶ εἰς τὸν βραχίονά μου ἔθνη ἐλπιοῦσιν. Ἐμὲ νῆσοι ὑπομενοῦσι, καὶ εἰς τὸν βραχίονά μου ἐλπιοῦσιν.

Οὐκ ἐᾷ ταῖς ἀδικίαις καταμαραίνεσθαι τῶν κεκλημένων τὴν προθυμίαν, οὔτε μὴν εἰς χρόνους μακροὺς ἀνάκλησιν ἔσεσθαι τῆς ἐλπίδος φησὶν, ἀλλ' οἷον κατὰ πόδα τῶν λόγων τρέχουσαν ἀποφαίνει τὴν ὑπόσχεσιν. Ὁποῖόν ἐστι τὸ διὰ φωνῆς Ἀμβακοὺμ, ἤτοι πρὸς αὐτὸν εἰρημένον παρὰ Θεοῦ· « Ἔτι μικρὸν, ἔτι μικρὸν ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ. » Αἱ γὰρ τῶν ἀγαθῶν ἐλπίδες, παρὰ τῶν προσδοκώντων αὐτὰς διῳκίσθαι, τῷ μελλησμῷ κατατήκουσι. Ταύτητοί φησιν ἐγγίζειν ἑαυτοῦ τὴν δικαιοσύνην. Καὶ εἰ μὲν τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τοὺς ἐπὶ τῷδε λόγους ἀνάπτειν ἐθέλοιμεν, φαμὲν ὅτι δικαιοσύνην αὐτοῦ τὸν Υἱὸν ἀποκαλεῖ. Δεδικαιώμεθα γὰρ ἐν αὐτῷ, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, ἃ ἡμεῖς ἐποιήσαμεν, ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος. Ἀφίκατο γὰρ εἰς τόνδε τὸν κόσμον, οὐχ ἵνα κρίνῃ μᾶλλον αὐτὸν, ἀλλ' ἵνα σωθῇ δι' αὐτοῦ. Ἐσώθη δὲ οὐκ ἑτέρως πλὴν ὅτι

[84] Matth. v, 17 18. [85] Joan. I, 9. [86] Psal. CXLVII 19. [87] Matth. x, 6. [88] Psal. II, 6. [89] Habac. II, 3.

Digitized by Google

διὰ πολλῆς ἡμερότητος. Ἔφη γάρ, ὅτι « Ἐγώ εἰμι A multa clementia. Dixit enim : « Ego sum, ego sum
ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου, καὶ οὐ μὴ μνησθήσο- qui deleo peccata tua, neque recordabor [60]. » At-
μαι. » Καὶ πάλιν· « Καὶ σὺ, Ἰσραὴλ, μὴ ἐπιλανθάνου que iterum : « Et tu, Israel, ne obliviscaris mei :
μου. Ἰδοὺ γὰρ ἀπήλειψα ὡς νεφέλην τὰς ἀνομίας ecce enim delevi tanquam nubem iniquitates
σου, καὶ ὡς γνόφον τὰς ἁμαρτίας σου. » Ψάλλει δὲ καὶ **705** tuas, et tanquam caliginem peccata tua [61]. »
Δαβὶδ, καὶ δὴ καί φησι πρὸς αὐτόν· « Εὐδόκησας, Κύ- Psallit etiam David, et dicit ei : « Acceptasti, Do-
ριε, τὴν γῆν σου, ἀπέστρεψας τὴν αἰχμαλωσίαν Ἰα- mine, terram tuam, avertisti captivitatem Jacob;
κὼβ, ἀφῆκας τὰς ἀνομίας τῷ λαῷ σου, ἐκάλυψας πά- remisisti iniquitates populo tuo, abscondisti omnia
σας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. » Οὐκοῦν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ peccata eorum [62]. » Itaque in Dei ac Patris justitia,
καὶ Πατρὸς δικαιοσύνῃ, τοῦτ' ἔστιν, ἐν Χριστῷ, σε- id est in Christo, servati sumus et sanctificati,
σώσμεθά τε καὶ ἡγιάσμεθα, τοὺς τῆς φαυλότητος vitiositatis sordibus ablutis. Sin ipse Christus sit
ῥύπους ἀπονιψάμενοι. Εἰ δὲ αὐτὸς εἴη Χριστὸς ὁ λέ- qui hoc dicat : Appropinquat cito justitia mea :
γων τὸ, Ἐγγίζει ταχὺ ἡ δικαιοσύνη μου, δικαιοσύνην justitiam nihilominus hic intelliges, vel ejus ju-
οὐδὲν ἧττον συνήσεις ἐν τούτοις, ἢ τὴν παρ' αὐτοῦ stificantem gratiam, vel evangelicam et cœlestem
δικαιοῦσαν χάριν, ἤγουν τὸ εὐαγγελικὸν καὶ οὐρά- prædicationem, per quam accepta et complacente
νιον κήρυγμα, δι' οὗ τῆς ἀρεσκούσης αὐτῷ δικαιοσύ- B illi justitia, viam novimus, et ad omnia præclara
νης ἐγνώκαμεν τὴν ὁδὸν, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν facta manu ducimur, juxta id quod in Psalmis
ἀρίστων ἀνδραγαθημάτων πεποδηγήμεθα, κατὰ τὸ dictum est : « Lucerna pedibus meis lex tua, et
ἐν Ψαλμοῖς εἰρημένον· « Λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νό- lux semitis meis [63]. » Justitiam præterea salutem
μος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου. » Τὴν δέ γε δι- nominat, et quidem jure optimo. Ab omni enim
καιοσύνην καὶ σωτήριον ὀνομάζει, καὶ μάλα εἰκότως. malo nos extrahit, a mortis vinculis liberat, et ad
Παντὸς γὰρ ἡμᾶς ἐξέλκει κακοῦ, καὶ τῶν τοῦ θανά- vitam perennem traducit. Promittit etiam aliud
του δεσμῶν ἀπαλλάττουσα πρὸς ζωὴν ἀναφέρει τὴν quidpiam. Gentes enim, inquit, sperabunt in bra-
ἀμήρυτον. Ὑπισχνεῖται δέ τι καὶ ἕτερον. Ἔθνη γὰρ chium meum. Quin et insulas affirmat eum exspe-
ἐλπιοῦσι, φησὶν, εἰς τὸν βραχίονά μου. Καὶ μὴν καὶ ctare. Olim enim gentium multitudo vinculis in-
νήσους ὑπομένειν αὐτὸν διισχυρίζεται. Πάλαι μὲν fractis impedita ac capta, peccati, inquam, et in
γὰρ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς, δεσμοῖς ἀῤῥήκτοις ἐνειλημ- tyrannidem draconis, omnis improbitatis ac malo-
μένη, τοῖς τῆς ἁμαρτίας, φημὶ, καὶ ταῖς τοῦ παμπο- rum principis devoluta, captiva erat, et in summis
νήρου καὶ ἀρχεκάκου δράκοντος ὑπενεχθεῖσα πλεον- versabatur miseriis, omni prorsus destituta præsi-
εξίαις αἰχμάλωτος ἦν, καὶ ἐν ἐσχάταις ταλαιπωρίαις C dio. Nec enim quisquam potuit eam ab hac acerba
ἀνεπικούρητος οὖσα παντελῶς. Οὐ γὰρ ἦν ὁ ἀπαλλά- et inevitabili calamitate liberare : nec quisquam
ξαι δυνάμενος τῆς οὕτω πικρᾶς καὶ ἀφύκτου συμφο- erat qui tyrannidis jugum confringeret. Sed, ut
ρᾶς· οὐκ ἦν ὁ τὸν τῆς πλεονεξίας συνθραύων ζυγὸν, dixi, erant captorum loco, omni spe vitæ nudi,
ἀλλ' ἦσαν, ὡς ἔφην, ἐν δορυκτήτων μοίρᾳ, γυμνοὶ omnibusque bonis vacui. Etenim natura et vere
μὲν ἁπάσης ἐλπίδος τῆς ἀναφερούσης εἰς ζωὴν, ἔρη- Dominum prorsus ignorarunt, omninoque a Deo
μοι δὲ παντὸς ἀγαθοῦ πράγματος. Οἱ γὰρ ὅλως τὸν alieni, et spem non habentes in mundo perman-
φύσει καὶ ἀληθῶς ὄντα Δεσπότην οὐκ ἐγνωκότες, serunt [64], juxta beati Pauli vocem. Sed qui
ἄθεοι πάντως που καὶ ἐλπίδα μὴ ἔχοντες διετέλουν olim, inquit, infirmi erant, et velut humi pro-
ἐν κόσμῳ, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου φωνὴν Παύλου. strati, meo brachio in salutem accepto, spem sibi
Ἀλλ' οἱ πάλαι, φησὶν, ἀσθενεῖς, καὶ οἷον εἰς γῆν ἐῤ- inopinatam lucrifacient. Brachium autem Patris
ριμμένοι, τὸν ἐμὸν βραχίονα λαβόντες εἰς σωτηρίαν Scriptura sacra passim vocat Filium. Ejus enim est
τὴν ἀδόκητον κερδανοῦσιν ἐλπίδα. Βραχίονα δὲ τοῦ potentia. Si quis autem velit etiam ipsius Filii bra-
Πατρὸς τὸν Υἱὸν ὀνομάζει πανταχοῦ τὸ Γράμμα τὸ chium intelligere, cui gentium multitudo innitetur,
Ἱερόν. Δύναμις γάρ ἐστιν αὐτοῦ. Εἰ δὲ δὴ βούλοιτό quæ ad salutem vocatæ sunt : scias esse ipsius di-
τις καὶ τὸν αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ βραχίονα νοεῖν, ἐφ' ὃν ἡ D vinam atque excellentem potentiam, per quam Sa-
τῶν ἐθνῶν ἐλπὶς ἔσται καλουμένων εἰς σωτηρίαν, τὴν tana contrito et mundi dominatoribus, gentes ser-
αὐτοῦ συνήσεις δύναμιν τὴν θεοπρεπῆ καὶ ἐξαίσιον, vavit. Dixit enim ipse : « Vel quomodo **706** po-
δι' ἧς συντρίψει τὸν Σατανᾶν καὶ τοὺς κοσμοκράτο- test quis ingredi domum fortis, et vasa ejus diri-
ρας τοῦ κόσμου τούτου, σέσωκε τοὺς ἐξ ἐθνῶν. Ἔφη pere, nisi prius ligaverit fortem? Et tum rapiet
γὰρ αὐτός· « Ἢ πῶς δύναταί τις εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ vasa ejus [65]. » Dixit item David : « Tu dejecisti ut
ἰσχυροῦ εἰσελθεῖν, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι, vulneratum superbum, et in brachio virtutis tuæ
ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τότε διαρπάσῃ dissipasti inimicos tuos [66]. » Itaque spes Christus,
τὰ σκεύη αὐτοῦ; » Ἔφη δὲ καὶ ὁ Δαβίδ· « Σὺ ἐτα- et via salutis non solis Israelitis patuit, sed et om-
πείνωσας ὡς τραυματίαν ὑπερήφανον, καὶ ἐν τῇ ἰσχύϊ nibus gentibus : quem etiam exspectabunt insulæ
τοῦ βραχίονός σου διεσκόρπισας τοὺς ἐχθρούς σου. » Insulas quoque, ut opinor, dicit gentium ecclesias,
Ἐλπὶς οὖν ἄρα Χριστὸς καὶ σωτηρίας ὁδὸς οὐχὶ quæ in medio tanquam mari positæ, rerum incur-

[60] Isa. XLIII, 25. [61] Isa. XLIV, 21, 22. [62] Psal. LXXXIV, 2, 3. [63] Psal. CXVIII, 105. [64] Ephes. II, 12.
[65] Matth. XII, 29. [66] Psal. LXXXVIII, 11.

Digitized by Google

gionibus quasi fluctibus agitatæ, collaudationis coronam per patientiam auferunt. Operatur enim patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit. Proinde Deum exspectare, nihil aliud esse intelligatur, quam per tolerantiam et patientiam ei recte placere, et propterea misericordia ipsius et respectu dignari. Scriptum est enim : « Exspectans exspectavi Dominum, et intendit mihi [67]. »

μόνοις γέγονε τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ γὰρ καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν· ὃν δὴ καὶ ὑπομενοῦσι νῆσοι. Καὶ νήσους, ὥς γε οἶμαι, φησὶ τὰς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας, αἱ καθάπερ ἐν μέσῃ θαλάττῃ κείμεναι, ταῖς τῶν πραγμάτων προσβολαῖς ὡς ὑπὸ κυμάτων πληττόμεναι, τὸν τῆς εὐδοκιμήσεως στέφανον ἀποφέρονται διὰ τῆς ὑπομονῆς. Κατεργάζεται γὰρ ἡ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα, ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. Οὐκοῦν τὸ ὑπομένειν Θεὸν νοηθείη ἂν ἕτερον οὐδὲν, πλὴν ὅτι διὰ καρτερίας καὶ ὑπομονῆς εὐαρεστεῖν αὐτῷ, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ φειδοῦς τε καὶ ἐποπτείας ἀξιοῦσθαι διὰ τοῦτο. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Ὑπομένων ὑπέμεινα τὸν Κύριον, καὶ προσέσχε μοι. »

VERS. 6. *Tollite in cœlum oculos vestros, et inspicite in terram deorsum, quoniam cœlum sicut fumus firmatum est, et terra sicut vestimentum vetustate consumetur : inhabitantes autem terram, sicut hæc morientur. At salus mea in sempiternum erit, et justitia mea non deficiet.*

Ἄρατε εἰς τὸν οὐρανὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἐμβλέψατε εἰς τὴν γῆν κάτω, ὅτι ὁ οὐρανὸς ὡς καπνὸς ἐστερεώθη, ἡ δὲ γῆ ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεται, οἱ δὲ κατοικοῦντες τὴν γῆν ὥσπερ ταῦτα ἀποθανοῦνται. Τὸ δὲ σωτήριόν μου εἰς τὸν αἰῶνα ἔσται, ἡ δὲ δικαιοσύνη μου οὐ μὴ ἐκλείπῃ.

Cum se in spem gentibus fore dicit, necessariam illis attexit mystagogiam. Non enim aliter poterant spirituali cognatione Deo agglutinari, qui illum non noverunt, nisi pristino errore liberati, et e laqueis ac diabolica perversitate soluti fuerint, ac nisi vera et irreprehensibili Dei cognitione locupletentur. Aditus enim quasi in familiaritatem ac conjunctionem cum Deo est, plane scire et confiteri Deum alium præter ipsum esse neminem. Quoniam igitur opinati sunt cœlum esse Deum, et stellas lucidiores adorare persuasi sunt, ipsamque terram omnium pedibus subjectam coluerunt, omnino ab opinionibus pietatis, et ab eo qui natura universorum Deus est, producitque in ortum quæ aliquando non erant, recedentes : hinc creaturam aliam a se naturam habere ostendens, et incomparabilem esse fictoris et ficti differentiam declarans, tollere jubet oculos **707** in cœlum, id est, ipsum firmamentum, et quæ in eo sunt, considerare, et mentem in terram demittere, ac quæ in ea sunt animantia, ac, ut semel dicam, omnia contemplari; sique velint illum admirari, non ibi mentem sistere, sed ex operum magnitudine, artificis potentiam metiri, et omnium Conditoris summam et ineffabilem gloriam. Solemus autem Dei cognitionem cum ex Scriptura divinitus inspirata, tum ex creaturarum tam magnificentia quam concinnitate colligere. Deridet siquidem Paulus Græcorum sapientes, quod cum opinionis errore seipsos sapientes esse fingerent, cor habuerunt refertum omni insipientia. « Venerati enim sunt, inquit, et coluerunt creaturam præ Creatore [68]. » Increpat etiam alios qui rursus ad infirma et mendica mundi elementa revertuntur, illisque volunt præter æquum bonumque servire. Nam cordationibus non erroris causam parere opificii pulchritudinem, sed veræ de Deo cognitionis occasionem esse declaravit, cum ait : « Nam inaspectabilia ejus ex creatione mundi operibus intellecta perspiciuntur, æterna ejus potentia et divinitas [69]. » Quando itaque, inquit, firmatum cœlum mirabimini, et velut

Εἰς ἐλπίδα τοῖς ἔθνεσιν ἑαυτὸν ἔσεσθαι λέγων, ἀναγκαίαν αὐτοῖς ἐξυφαίνει τὴν μυσταγωγίαν. Οὐ γὰρ ἦν ἑτέρως δύνασθαι κολλᾶσθαι Θεῷ κατ' οἰκειότητα τὴν πνευματικὴν, τοὺς οὐκ εἰδότας αὐτὸν, πλὴν ὅτι διὰ τοῦ τῆς ἀρχαίας ἀπαλλάττεσθαι πλάνης, καὶ βρόχων ἔξω γενέσθαι καὶ σκαιότητος διαβολικῆς, καταπλουτῆσαι δὲ τὴν ἀληθῆ καὶ ἀμώμητον περὶ Θεοῦ γνῶσιν. Εἰσβολὴ γὰρ ὥσπερ τῆς εἰς Θεὸν οἰκειότητος τὸ εἰδέναι τε σαφῶς καὶ ὁμολογεῖν, ὅτι Θεὸς ἕτερος παρ' αὐτὸν οὐδείς. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ᾤοντο μὲν Θεὸν εἶναι τὸν οὐρανὸν, καὶ τοῖς τῶν ἄστρων περιφανεστέροις προσκυνεῖν ἀνεπείθοντο, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν ὑπὸ πόδας ἁπάντων κειμένην ἐσέβοντο γῆν, ἀποστήσαντες ὁλοτρόπως τῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων, καὶ τίς ὁ φύσει τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ παρενεγκὼν εἰς τὸ εἶναι τὰ οὐκ ὄντα ποτέ· ταὐτηγοῖ φησιν, ἑτεροφυᾶ τὴν κτίσιν ὡς πρὸς ἑαυτὸν ἀποφαίνων· καὶ ἀσύγκριτον οὖσαν τὴν διαφορὰν ποιητοῦ καὶ ποιήματος εὖ μάλα διαδεικνὺς, ἐπαίρειν κελεύει τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν, τοῦτ' ἔστιν, αὐτὸ κατασκέπτεσθαι τὸ στερέωμα καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, κατιέναι δὲ πάλιν τὸν νοῦν καὶ εἰς τὴν γῆν, ἤτοι πρὸς θεωρίαν τῶν ἐν αὐτῇ, ζώων τε, φημὶ, καὶ ἁπαξαπλῶς ἁπάντων τῶν ἐν αὐτῇ, κἂν εἰ ἔλοιντο θαυμάζειν αὐτὸν, μὴ μέχρι τούτου στῆσαι τὸν νοῦν, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν ἔργων μεγαλειότητος ἀναμετρεῖν τοῦ τεχνησαμένου τὴν δύναμιν, καὶ τοῦ πάντων γενεσιουργοῦ τὴν ὑπερτάτην καὶ ἄῤῥητον δόξαν. Εἰθίσμεθα δέ πως τὴν περὶ Θεοῦ γνῶσιν συλλέγειν ἀπὸ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, καὶ ἐκ τῆς τῶν κτισμάτων μεγαλουργίας τε ὁμοῦ καὶ τάξεως. Γελᾷ γοῦν ὁ Παῦλος τοὺς παρ' Ἕλλησι σοφοὺς, ὅτι σοφίας δόκησιν καίτοι ἑαυτοῖς περιπλάττοντες, ἀβελτηρίας ἀπάσης ἀνάμεστον ἔχουσι τὴν καρδίαν. « Ἐσεβάσθησαν γὰρ, φησὶ, καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. » Ἐπιτιμᾷ γοῦν καὶ ἕτερος, ὡς ἐπιστρέφουσι πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, καὶ δουλεύειν αὐτοῖς ἐθέλουσι παρὰ τὸ εἰκός. Ὅτι γὰρ τοῖς νουνεχεστέροις οὐ τοῦ πλανᾶσθαι πρόφασιν ἂν ἐντέκοι τῆς δημιουργίας τὸ κάλλος, ἀφορμὰς δὲ γνώσεως ἀληθοῦς τῆς περὶ Θεοῦ, διεσά-

[67] Psal. XXXIX, 2. [68] Rom. I, 25. [69] Ibid., 20.

Digitized by Google

φησεν εἰπών· « Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασιν νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. » Οὐκοῦν ὅταν θαυμάσητε, φησὶ, στερεωθέντα τὸν οὐρανὸν, καὶ οἷον ἐν εἴδει καπνοῦ ὁρώμενον, ἀλλ' ἴστε, φησὶν, ὅτι πρὸς τὸ εἶναι παρενηνεγμένα λυθήσονται πάλιν. Τὰ γὰρ ἀρχὰς γενέσεως ἔχοντα καταλήξει πάλιν εἰς τὸ οὐκ εἶναί ποτε. Παλαιωθήσεται τοίνυν ἡ γῆ, φησὶ, τοῦτ' ἔστιν, ἀφανισθήσεται, καὶ οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν ἀποθανοῦνται, καθάπερ ταῦτα. Θάνατον δὲ τῶν στοιχείων εὐφυῶς ὀνομάζει τὴν εἰς τὰ ἀμείνω μεταβολήν. Ὡς γὰρ ὁ Παῦλός φησιν, ὅτι « Καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. » Ἐλευθερωθήσεται δὲ τίνα τρόπον; σαφηνιεῖ λέγων ὁ Χριστοῦ μαθητής· « Ἥξει γὰρ ἡμέρα Κυρίου ὡς κλέπτης, ἐν ᾗ μὲν οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται, γῆ δὲ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαυθήσονται πάντα· καινοὺς δὲ οὐρανοὺς καὶ καινὴν γῆν κατὰ τὰ ἐπαγγέλματα αὐτοῦ προσδοκῶμεν. » Οὐκοῦν τὸν τῆς κτίσεως ἀνακαινισμὸν οἷον ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, καθάπερ ἐπὶ σωμάτων τῶν ἀνθρωπίνων ἔσεσθαί φησι. Λυομένων δὲ τῶν στοιχείων τὸ σωτήριόν μου εἰς τὸν αἰῶνα ἔσται, φησὶν, ἡ δὲ δικαιοσύνη μου οὐ μὴ ἐκλείπῃ. Σωτήριον μὲν οὖν καὶ δικαιοσύνην, καθάπερ πλειστάκις εἴπομεν, ἀποκαλεῖ τὸν Υἱόν· ἑαυτοῦ δὲ λέγων αὐτὸν, τὴν ἰδιότητα δείκνυσιν, ἣν ἔχει πρὸς αὐτὸν, ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ κατὰ φύσιν ὁ Υἱός. Πλὴν εἰς τὸν αἰῶνα ἔσται, φησὶ, καὶ οὐ μὴ ἐκλείπῃ. Ὅση δέ τίς ἐστιν ἡ διαφορὰ δημιουργοῦ τε καὶ κτίσεως, ποιητοῦ καὶ ποιήματος, ἐμφανίζει διὰ τούτων· Ἡ μὲν γὰρ κτίσις παλαιωθήσεται, καὶ ὡς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρενηνεγμένη οὐκ ἀμέτοχος ἔσται καὶ φθορᾶς. Ὁ δέ γε τῶν ὅλων γενεσιουργὸς καὶ τεχνίτης Θεὸς Λόγος, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, εἰς τὸν αἰῶνα ἔσται, καὶ οὐ μὴ ἐκλείπῃ. Τοῦτο διδάσκει λέγων καὶ ὁ θεσπέσιος Μελῳδὸς, « Κατ' ἀρχὰς σὺ, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, ἔργα τῶν χειρῶν σού εἰσιν οἱ οὐρανοί. Αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμενεῖς, καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. »

A in specie fumi intuemini, scitote etiam, inquit, quod quæ producta sunt ut sint, rursus dissolventur. Quæ namque principium ortus habent, rursus in id quod non est, aliquando desinent. Vetustate ergo, inquit, consumetur terra, id est, abolebitur; et qui inhabitant terram, sicut illa morientur. Mortem autem elementorum proprie nominat, et apte, mutationem in melius. Ut enim Paulus inquit : « Etiam ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei [70]. » Quo autem modo liberabitur? ostendet Christi discipulus, dicens : « Veniet enim dies Domini ut fur, in qua cœli procellæ in morem præteribunt, et elementa ardentia dissolventur, ac terra et quæ in ea sunt res omnes conflagrabunt. Novos autem cœlos et novam terram, B secundum promissiones ejus exspectamus [71]. » Igitur creaturæ renovationem, velut ex mortuis resurrectionem, quemadmodum in humanis corporibus, fore ait. Dissolutis vero elementis, salus mea, inquit, in sempiternum erit. Justitia autem mea non deficiet. Salutem itaque et justitiam, **708** sicuti diximus sæpe, appellat Filium : et, suum, cum dicit, ipsam proprietatem ostendit, quam habet cum eo, et ex ipso ac in ipso natura est Filius. Verum in sempiternum erit, inquit, neque deficiet. Quanta autem sit opificis et creaturæ, fictoris et figmenti differentia, planum facit, hisce verbis, dicens : Vetustate enim consumetur creatura, et ut ex eo quod non erat, in id quod est, producebatur, sic non erit etiam a corruptione aliena. Et universorum C creator et artifex Deus Verbum, per quem omnia, et in quo omnia, in sempiternum erit, neque deficiet. Quod docet etiam divinus Lyricus, cum ait : « Ab initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, et omnes tanquam indumentum inveterascent, et velut amictum involves eos, et mutabuntur : at tu idem es, et anni tui non deficient [72]. »

Ἀκούσατέ μου, οἱ εἰδότες κρίσιν, λαός μου, οὗ ὁ νόμος μου ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν· οὐ μὴ φοβηθήσεσθε ὀνειδισμὸν ἀνθρώπων, καὶ τῷ φαυλισμῷ D *αὐτῶν μὴ ἡττᾶσθε. Ὥσπερ γὰρ ἱμάτιον παλαιωθήσεται ὑπὸ τοῦ χρόνου, καὶ ὡς ἔρια βρωθήσεται ὑπὸ σητός· ἡ δὲ δικαιοσύνη μου εἰς τὸν αἰῶνα ἔσται, τὸ δὲ σωτήριόν μου εἰς γενεὰς γενεῶν.*

VERS. 7, 8. *Audite me, qui scitis judicium, populi mi, cujus lex mea in corde eorum : non timeatis opprobrium hominum, et contemptu eorum ne vincamini. Nam ut indumentum erunt, quod a tempore exedetur, et ut lana quæ comedetur a tinea. Justitia autem mea in sempiternum erit, et salus mea in omnes ætates.*

Μυσταγωγήσας τοὺς ἐξ ἐθνῶν, καὶ τὸν ἁπλούστερον αὐτοῖς ἐοικότα τε ταῖς αὐτῶν διανοίαις ἐξυφήνας λόγον (γάλα γὰρ τοῖς ἔτι τὴν ἕξιν νηπιάζουσι πρεπωδέστερον) διαλέγεται πάλιν τοῖς ἀνδρείοις ἤδη, καὶ εὐσθενεστέραν ἔχουσι τὴν καρδίαν, καὶ εὖ βεβηκότα τὸν νοῦν . . . . . εἴ . . . . . τλῃπαθεῖν . . . καὶ εὐσεβείας οὐδὲν ἡγεῖται . . . . . (1)

Cum gentes instituerit, et orationem simpliciorem illarumque animis convenientem pertexuerit (lac enim sensu adhuc parvulis magis est accommodum), rursus viriles alloquitur, et qui firmiore pectore, et mente quasi provectiore et maturiore præditi sunt. . . . . pati et . . . . . pietas . . . . . pietatis nihil putat. . . . . .

[70] Rom. VIII, 21. [71] II Petr. III, 10-13. [72] Psal. CI, 26 28.

(1) Lacuna quæ hic cernitur in duobus codd. Vatic. eadem reperta est.

Digitized by Google

Qui autem hi sint, manifeste dicit : Qui scitis judicium, id est, qui tanquam probi quidam mensarii, quæque agenda probatis et exacte dijudicatis, et quod bonum est retinetis, ab omni vero re mala abstinetis. Hi sunt qui legem divinam in mente et corde repositam habent, eamque tanquam pædagogum ac directricem quamdam sapientem amplectuntur. Psallit nimirum David, et de omni justo ac sapiente inquit : « Lex Dei ipsius in corde ejus, neque movebuntur gressus ejus [73]. » Est ergo res salutaris, in animo nostro atque corde, **709** divinam legem quasi reponere ac recondere. Sicuti enim vas ex ænea aut alia quapiam materia confectum, admoto et coacervato igne, manet calidum : sic et animus hominis, mente habens divinam legem, semper fervet spiritu. Dicitque sanctorum discipulorum quidam, propterea quod abundaret iniquitas, multorum charitatem refrigescere. Audite igitur, inquit, qui scitis judicium, meamque corde circumfertis legem. Nolite timere opprobrium hominum, et contemptione eorum ne vincamini. Omnes enim qui volunt pie vivere in Christo, persecutionem patiuntur : et cum propter pietatem patiuntur, scommata ab his qui eam nesciunt, ferunt. Sed hæc pro nihilo habenda, sed illud sciendum potius, Ipsum universorum Servatorem et Dominum crucem subiisse, ignominia contempta. Propterea etiam dicebat : « Non est discipulus supra doctorem, neque servus supra dominum suum. Si me persecuti sunt, etiam vos persequentur. Si patrem familias Beelzebul vocarunt, multo magis domesticos ejus [73a]. » Ad hæc : « Beati estis, quando persequentur vos, et convitiabuntur, et in vos omnia maledicta dicent, mentientes propter me. Gaudete et lætamini, quia merces vestra multa est in cœlis. Sic enim persecuti sunt prophetas ante vos [73b]. » Ergo esse oportet in his malis infracto animo, et frigidam quasi irrisionem persequentium despuere, et omnia dicteria contemnere, idque laudi ac gloriæ ducere, pietatis causa persecutionem pati, ac propter Christum dicteriis affici. Quid est enim contumelia? quid injuria? quid oratio ex animo insipido exæstuans, præ illo qui patientiæ laudem consecutus est? Nam patientium decus suo tempore effulsurum, et eos qui contempserunt ac conviciis oneraruntur, in nihilum abituros, probat, cum ait : Quasi indumentum vetustate consumentur a tempore, et quasi lana comedentur a tinea. Lana autem et indumentum, vetustatem et corruptionem patiuntur facillime. At justitia mea, id est justificatio per me, et salus quæ data est, diuturna erit et perennis, et in multas ætates propagabitur, id est, perpetuo consistet. Itaque si pauca pietatis causa fuerimus perpessi, amplissimum inveniemus præmium. Testis erit sapientissimus Paulus dicens : « Brevis et levis hæc afflictio nostra, pondus gloriæ nobis parit, **710** non spectantibus quæ cernuntur, sed quæ non cernuntur.

Τίνες δ' ἂν εἶεν οὗτοι, ἐναργὲς εἰπών· Οἱ εἰδότες κρίσιν, τοῦτ' ἔστιν, οἱ καθάπερ τινὲς τραπεζῖται δόκιμοι, τῶν πρακτέων ἕκαστα δοκιμάζοντες, καὶ ἀκριβῶς διακρίνοντες, καὶ τὸ μὲν καλὸν κατέχοντες, ἀπεχόμενοι δὲ ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος. Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ εἰς νοῦν ἔχοντες καὶ καρδίαν, καὶ ὥσπερ τινὰ παιδαγωγὸν καὶ ἰθυντῆρα σοφὸν αὐτὸν δέχεσθαι μεμελετηκότες. Ψάλλει γοῦν ὁ Δαβὶδ καί φησι περὶ παντὸς δικαίου καὶ σοφοῦ, ὅτι « Ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, καὶ οὐχ ὑποσκελισθήσεται τὰ διαβήματα αὐτοῦ. » Πρᾶγμα δὴ οὖν σωτήριον, τὸ εἰς νοῦν ἡμῶν καὶ καρδίαν ἀπόθετον ὥσπερ τὸν θεῖον ποιεῖσθαι νόμον. Ὥσπερ γὰρ ἐξ ὕλης χαλκῆς, ἤγουν ἑτέρας τινὸς τοιαύτης, ἄγγος κατεσκευασμένον, εἶτα πῦρ ἐνσεσωρευμένον ἔχον διαμένει θερμὸν, οὕτω καὶ ἀνθρώπου ψυχὴ τὸν θεῖον εἰς νοῦν ἔχουσα νόμον ζέει πάντως τῷ πνεύματι. Φησί δέ τις τῶν ἁγίων μαθητῶν, διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν ἀποψυχθήσεσθαι τὴν ἀγάπην τῶν πολλῶν. Ἀκούσατε τοίνυν, φησὶν, οἱ εἰδότες κρίσιν, καὶ τὸν ἐμὸν ἐν καρδίᾳ φοροῦντες νόμον. Μὴ φοβεῖσθε ὀνειδισμὸν ἀνθρώπων, καὶ τῷ φαυλισμῷ αὐτῶν μὴ ἡττᾶσθε. Πάντες μὲν γὰρ οἱ θέλοντες ζῆν εὐσεβῶς ἐν Χριστῷ, διωχθήσονται· πάσχοντες δὲ δι' εὐλάβειαν, τοὺς παρὰ τῶν οὐκ εἰδότων αὐτὴν τωθασμοὺς ὑπομένουσιν. Ἀλλ' οὐδὲν ἡγεῖσθαι τὰ τοιαῦτα χρὴ, νοεῖν δὲ μᾶλλον, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Κύριος ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας. Καὶ διὰ τοῦτο ἔφασκεν· « Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ. Εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν· εἰ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐπεκάλεσαν, πολλῷ μᾶλλον τοὺς οἰκειακοὺς αὐτοῦ· » ἔτι τε πρὸς τούτοις· « Μακάριοί ἐστε ὅταν διώξωσιν ὑμᾶς, καὶ ὀνειδίσωσιν, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν, ψευδόμενοι ἕνεκεν ἐμοῦ. Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν. » Χρὴ τοιγαροῦν ὑμᾶς ἄθραυστον ἔχειν περὶ ταῦτα νοῦν, καὶ διαπτύειν ὡς ἕωλον τὸν τῶν διωκόντων γέλωτα, καὶ λοιδορίας μὲν ἁπάσης ὑπερφρονεῖν, ἡγεῖσθαι δὲ μᾶλλον πάσης εὐκλείας πρόφασιν τὸ διώκεσθαι δι' εὐσέβειαν, καὶ τὸ λοιδορεῖσθαι διὰ Χριστόν. Τί γὰρ ὕβρις ἀδικήσει, καὶ λόγος ἀναβρασθεὶς ἐξ ἀσυνέτου καρδίας τὸν εὐδοκιμοῦντα δι' ὑπομονῆς; Ὅτι γὰρ τὸ μὲν τῶν παθόντων εὐκλεὲς ἐκλάμψει κατὰ καιροὺς, οἰκήσονται δὲ πρὸς τὸ μηδὲν οἱ φαυλίσαντές τε καὶ ὀνειδίσαντες, πεπληροφόρηκεν εἰπὼν, ὅτι Ὥσπερ ἱμάτιον παλαιωθήσονται ὑπὸ χρόνου, καὶ ὡσεὶ ἔριον βρωθήσονται ὑπὸ σητός. Ἑτοιμότατα δὲ πρὸς τὸ παθεῖν τὴν παλαίωσίν τε καὶ σῆψιν, ἔριόν τε καὶ ἱμάτιον. Ἀλλ' ἡ δικαιοσύνη μου, τοῦτ' ἔστιν ἡ παρ' ἐμοῦ δικαίωσις, καὶ ἡ δοθησομένη σωτηρία μακρὰ καὶ ἀμήρυτος ἔσται, καὶ εἰς γενεὰς δραμεῖται πολλὰς, τοῦτ' ἔστι, στήσεται διηνεκῶς. Οὐκοῦν ὀλίγα παθόντες δι' εὐσέβειαν, ἀμφιλαφεστέραν εὑρήσομεν τὴν ἀντιμισθίαν. Καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ πάνσοφος Παῦλος, ὅτι « Τὸ παρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν, βάρος δόξης

[73] Psal. xxxvi, 31. [73a] Matth. x, 24, 25. [73b] Matth. v, 12.

κατεργάζεται ἡμῖν, μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα. Τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα, τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα αἰώνια. »

Ἐξεγείρου, ἐξεγείρου, Ἰερουσαλήμ, καὶ ἔνδυσαι τὴν ἰσχὺν τοῦ βραχίονός σου. Ἐξεγείρου ὡς ἐν ἀρχῇ ἡμέρας, ὡς γενεὰ αἰῶνος.

Ἔοικεν ἐν τούτοις τῆς τοῦ Ἰσραὴλ κλήσεώς τε καὶ ἐπιστροφῆς ποιεῖσθαι μνήμην. Κεκλήσεται γὰρ καὶ αὐτὸς εἰς ἐπίγνωσιν τῆς δόξης τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ μετά γε τὴν τῶν ἐθνῶν εἴσοδον. Γέγραπται γοῦν ἐν προφήταις· « Διότι ἡμέρας πολλὰς καθήσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, οὐκ ὄντος βασιλέως, οὐδὲ ὄντος ἄρχοντος, οὔτε ἱερατείας, οὔτε δήλων· καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιστρέψουσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, καὶ ἐπιζητήσουσι Κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν, καὶ Δαβὶδ τὸν βασιλέα αὐτῶν, καὶ ἐκστήσονται ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ ἐπ' ἐσχάτου ἡμερῶν. » Ὅτι γὰρ ἐν τούτοις ὁ προφήτης Δαβὶδ ὀνομάζει τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἐνδοιάσειν οἶμαι παντελῶς οὐδένα. Τεθνεῶτος γὰρ ἤδη τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ, πολλοῖς ὕστερον χρόνοις οἱ τῆς προφητείας γεγόνασι λόγοι. Οἶδε δὲ καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος ἐσομένην κατὰ καιροὺς τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ τὴν διὰ πίστεως κλῆσιν. Ἔφη γὰρ αὐτὸς ποτὲ μὲν, ὅτι « Ὅταν δὲ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται· » ποτὲ δὲ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσασι προσδιαλέγεται, καί φησιν, ὡς περὶ φυτοῦ καὶ ἐλαίας· « Εἰ δέ τινες τῶν κλάδων ἐξεκλάσθησαν, ἵνα σὺ ἐγκεντρισθῇς, μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων. » Οὐ γὰρ σὺ τὴν ῥίζαν βαστάζεις, ἀλλ' ἡ ῥίζα σέ. Ὥσπερ γὰρ σὺ τῆς κατὰ φύσιν ἐξεκόπης ἀγριελαίου, καὶ παρὰ φύσιν ἐνεκεντρίσθης εἰς καλλιέλαιον, οὕτω καὶ αὐτοὶ οἱ κατὰ φύσιν ἐγκεντρισθήσονται τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ. Ὦ τοίνυν Ἱερουσαλὴμ, φησὶν, ἐξεγείρου. Τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶν ἐναργῶς, ὃδὴ γέγραφέ τισιν ὁ ἱερώτατος Παῦλος· « Ἔγειρε, ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός. » Διαγρηγόρησον τοίνυν, ἤγουν ὡς ἐκ νεκρῶν ἐγέρθητι, φησὶν· ἔνδυσαι τὴν ἰσχὺν τοῦ βραχίονός σου, καὶ οὐκ αἰσθητοῦ βραχίονος, νοητοῦ δὲ μᾶλλον, τοῦ τῆς ψυχῆς, καθ' ἣν ἐστιν ἐναργῶς εἰς κατόρθωσιν ἀρετῆς. Ἠσθένησε μὲν γὰρ ὁμολογουμένως ὁ Ἰσραὴλ ἐμπαροινήσας Χριστῷ, ἐπιστραφεὶς δὲ καὶ ἀνανήψας ἐνδύσεται πάλιν τὴν παρὰ Χριστοῦ δύναμιν. Καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ πρὸς αὐτὸν εἰρημένον δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν, Ἐπιστράφηθι, Ἰσραὴλ, πρὸς Κύριον τὸν Θεόν σου, διότι ἠσθένησας ἐν ταῖς ἀδικίαις σου. Εἴρηται δὲ καὶ περὶ αὐτῶν διὰ φωνῆς Ἱερεμίου παρὰ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ· « Ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦτον ἀσθένειαν, καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν αὐτῇ πατέρες, καὶ υἱοὶ ἅμα, γείτων καὶ ὁ πλησίον αὐτοῦ ἀπολοῦνται. » Ἀποπέπτωκε γὰρ ὁλοτρόπως ὁ Ἰσραὴλ, διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν, τοῦ καὶ ὅλως δύνασθαί τι πληροῦν τῶν τελεῖν εἰωθότων ἐξαίρετον ζωήν. Ἀλλ' ἐξεγείρου, φησὶν, ὡς ἐν ἀρχῇ ἡμέρας, ὡς ἐν γενεᾷ αἰῶνος, ὥστε σε πρὸς τοῦτο δραμεῖν, καὶ ἀναφοιτῆσαι πάλιν εἰς ὅπερ ἦσθα

A tur. Nam quæ cernuntur, temporalia sunt : at quæ non cernuntur, sempiterna [78]. »

Vers. 9. *Excitare, excitare, Jerusalem, et indue fortitudinem brachii tui; excitare velut in principio diei, sicut generatio sæculi.*

Videtur hisce verbis vocationis et conversionis Israel mentionem facere. Nam et ille quoque ad agnitionem gloriæ omnium nostrum Servatoris Christi vocabitur, post gentium accursum. Scriptum est enim in prophetis : « Propterea dies multos sedebunt filii Israel, sine rege, sine principe, sine sacerdotio, sine illuminationibus; et deinde revertentur filii Israel, et exquirent Dominum Deum suum et Davidem regem suum, et obstupescent in Domino et B in bonis ejus in diebus extremis [76]. » Prophetam enim hic Davidem nominare eum qui est ex semine Davidis secundum carnem, Christum neminem omnino dubitaturum arbitror. Nam mortuo jam divino Davide, multis retro annis habiti sunt hi sermones prophetici. Novit etiam sapientissimus Paulus futuram suis temporibus Israelitarum per fidem vocationem. Etenim ait alicubi : « Quando plenitudo gentium ingressa fuerit, tunc omnis Israel salvus erit [77]. » Alibi etiam eos qui crediderunt ex gentibus, et quasi de planta et oliva ait : « Quod si rami quidam avulsi sunt ut tu insererere, noli contra ramos gloriari [78]. » Non enim tu radicem fers, sed radix te. Nam quemadmodum tu ex naturali amputatus es oleastro, et præter naturam in bonam olivam C insitus : sic et illi secundum naturam in propriam inserentur olivam. O Jerusalem ergo, inquit, excitare. Hoc plane esse puto, quod scripsit quibusdam sanctissimus Paulus : « Excitare, qui dormis, et resurge e mortuis, et apparebit tibi Christus [79]. » Expergiscere itaque, vel tanquam a mortuis excitare, inquit : indue fortitudinem brachii tui, non brachii sensibus percepti, sed intelligentiæ potius et animi, quæ plane ad virtutem dirigetur. Confessum est enim debilitatum et infirmum fuisse Israelem, cum in Christum debaccharetur. Sed reversus et evigilans, induet rursus Christi potentiam. Hinc est quod illis dictum est a quopiam sanctorum **711** prophetarum : Revertere, Israel, ad Dominum Deum tuum, quia infirmus es in injustitiis tuis. Dictum est item D de illis etiam voce Jeremiæ, ab omnium nostrum Servatore Christo : « Ecce ego do super populum hunc infirmitatem, et infirmi erunt in eo patres et filii simul ; vicinus et proximus ejus peribunt [80]. » Excidit enim prorsus Israel, propter impietatem in Christum, ut omnino implere nequeant quæ ad præclaram vitam faciunt. Sed ait, excitare, velut in principio diei, velut in generatione sæculi, ut eo recurras ac redeas, ut fuisti ab initio, quando ad essentiam producta est humana natura, videlicet primus homo, antequam captus esset laqueis diabolicæ perversitatis, et nihili fecerat datum sibi man-

[78] II Cor. iv, 17. [76] Osc. iii, 3 4. [77] Rom. xi, 25, 26. [78] Ibid. 17, 18. [79] Ephes. v, 14. [80] Jer. vi, 21.

Digitized by Google

datum. Refingit enim in illum nos Christus, et antiquam naturæ pulchritudinem nobis iterum inscribit, suum quasi characterem imprimens. Facti enim eramus ad imaginem et similitudinem ipsius. Scribit itaque optimus Paulus his qui, post fidem receptam, ad legis umbram per ignorantiam traducti sunt : « Filioli, quos iterum parturio, usquedum formetur Christus in vobis [81]. »

τὴν πίστιν εἰς τὴν τοῦ νόμου σκιὰν ἐξ ἀμαθίας οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. »

VERS. 10. *Nonne tu es quæ vastas mare, aquam abyssi multam? Quæ posuisti profunditates maris, viam transitus liberatis et redemptis?*

Erumpere lætitiam, significare potest, vocem tollere, et odas gratiarum actionis resonare, et studio quodam adhibito doxologias meditari, quibus Deus lætetur. Scriptum est enim in libro Psalmorum : « Et lingua mea meditabitur justitiam tuam, toto die laudem tuam [31-33]. » Qui autem hoc facere voluerint, his ea res afferet lætitiam. Quoniam vero dicit, deserta Jerusalem debere hoc præstare, ad explanandam horum verborum sententiam, illud necesse est dicere. Qui civitatem aliquam latam et longam inhabitant, si numero tot sint, ut eam replere queant, nullum ejus locum relinquunt vacuum : **735** sin numerabiles sint, eo quod multi obierint, aut quod bellum incubuerit, aut alia quædam occasio ad hoc deduxerit, loca quæ sunt in ea, plurima, et habitationes nudæ manent. Cujusmodi sunt Israelitæ passi. Posteaquam enim Dominicidæ exstitissent, et manus plenas sanguine habuissent, a Romanis consumpti sunt bello, adeo ut pauci admodum relicti fuerint superstites, eratque viris destituta sancta civitas. Sed, inquit, deserta ejus lætabuntur. Lugent enim domus, et tristitia quasi plenæ sunt, cum non habent incolas : sed hilares sunt, et veluti rident, si plures sint qui inhabitent. Age ex hac historia aliquid dicamus spirituale. Gentium Ecclesia, id est, gentes quæ crediderunt, quæ etiam nominantur Sion et Jerusalem, principio quidem paucæ erant, et quasi deserta vere exstitit sancta et Dei civitas, id est, Ecclesia. Sed in ea nihil remansit vacuum : quippe impleta est per Christum. Dictum est scilicet : « Tolle undique oculos tuos, et vide congregatos filios tuos [34]. » — « Ecce illi e longinquo veniunt, hi ab aquilone et mari, alii vero ex terra Persarum. Et dices, inquit, in corde tuo : Quis mihi genuit istos ? Ego autem orba et vidua, hi mihi unde erant [35] ? » Et rursus : « Dilata locum tabernaculi tui, et pelles tentoriorum tuorum fige. Ne parcas, adhuc in dextris et in sinistris expande [36] . » Ex omni enim gente, urbe et regione concursus factus est gentium per fidem vocatarum ad Christum : ut ab oriente et austro, occidente et aquilone vocarentur qui conversi sunt, longe plures quam ex sanguine Israel. Atque hoc ipsum significavit propheta Isaias, loquens de Ecclesia et synagoga Judæorum. « Lætare, sterilis quæ non paris, erumpe et clama, quæ non parturis, quia plures filii desertæ, quam habentis virum [37]. » Sterilem enim, non parientem, et ad hæc desertam appellat, Ecclesiam gentium. Erat enim expers liberorum, et deserta, id est, vidua, sermonem omnis boni satorem non habens. Judæorum autem synagogam, viro

B

C

D

Τὸ μὲν ῥῆξαι τὴν εὐφροσύνην κατασημήνειεν ἂν τὸ ἐν τῷ χρήσασθαι φωνῇ, χαριστηρίους ᾠδὰς ἀναφέροντας, καὶ μελέτην ποιεῖσθαι σπουδάζοντας τὰς δοξολογίας, δι' ὧν ἂν εὐφραίνοιτο Θεός. Γέγραπται γοῦν ἐν βιβλίῳ Ψαλμῶν· « Καὶ ἡ γλῶσσά μου μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν ἔπαινόν σου· » καὶ αὐτοῖς τοῖς τοῦτο δρᾷν ἐθέλουσι πρὸς εὐφροσύνην ἔσται τὸ χρῆμα. Ἐπειδὴ δὲ τὰ ἔρημά φησιν Ἰερουσαλὴμ τοῦτο χρῆναι δρᾷν, ἐκεῖνό φαμεν ἀναγκαίως, διατρανοῦν ἐθέλοντες τὴν τῶν προκειμένων διάνοιαν. Οἱ πόλιν οἰκοῦντες εὐρεῖαν καὶ μακρὰν, εἰ μὲν εἶεν τοσοῦτοι τὸν ἀριθμὸν, ὡς δύνασθαι καὶ ἀποπληροῦν αὐτὴν, οὐδένα τόπον αὐτῆς ἀφιᾶσιν ἔρημον· εὐαριθμήτων δὲ ὄντων διὰ τὸ τεθνάναι πολλοὺς, ἢ πολέμου κατασκήψαντος, ἢ καὶ ἑτέρας τινὸς ἀφορμῆς κατενεγκούσης εἰς τοῦτο, τὰ πλεῖστα τῶν ἐν αὐτῇ χωρίων ἤγουν οἰκημάτων ἀπομένουσι γυμνά. Τοιοῦτόν τι πεπόνθασιν οἱ ἐξ Ἰσραήλ. Ἐπειδὴ γὰρ γεγόνασι Κυριοκτόνοι, καὶ πλήρεις αἱμάτων τὰς χεῖρας ἐσχήκασιν, δεδαπάνηνται τῷ πολέμῳ τῷ παρὰ Ῥωμαίοις, ὡς ὀλίγους κομιδῇ περιλειφθῆναι τοὺς σεσωσμένους, καὶ κένανδρος ἦν ἡ ἁγία πόλις. Ἀλλ' εὐφρανθήσονται, φησὶ, τὰ ἔρημα αὐτῆς. Στυγνοὶ μὲν γὰρ οἶκοι, καὶ κατηφείας ὥσπερ εἰσὶ μεστοὶ τοὺς ἐνοικοῦντας οὐκ ἔχοντες· ἱλαροὶ δέ πως καὶ οἷον γελῶντες, εἰ δὴ πλείστους ἔχοιεν τοὺς ἐνῳκισμένους. Ἀπὸ δὴ τῆς ἱστορίας, φέρε δή τι λέγωμεν τῶν πνευματικῶν· Ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, τοῦτ' ἔστιν οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντες, οἳ καὶ Σιὼν ὀνομάζονται, καὶ μέντοι καὶ Ἰερουσαλὴμ, ὀλίγοι μὲν ἦσαν ἐν ἀρχαῖς, καὶ οἷον ἔρημος ἡ ἀληθῶς ἁγία καὶ Θεοῦ πόλις ἐτύγχανε, τοῦτ' ἔστιν ἡ Ἐκκλησία. Ἀλλ' οὐδὲν ἀπομεμένηκε σχολάζον ἐν αὐτῇ· πεπλήρωται γὰρ διὰ Χριστοῦ. Καὶ γοῦν εἴρηται πρὸς αὐτὴν· « Ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε συνηγμένα τὰ τέκνα σου. » « Ἰδοὺ οὗτοι πόρρωθεν ἔρχονται, οὗτοι ἀπὸ βορρᾶ καὶ θαλάσσης, ἄλλοι δὲ ἐκ γῆς Περσῶν. Καὶ ἐρεῖς, φησὶν, ἐν τῇ καρδίᾳ σου· Τίς ἐγέννησέ μοι τούτους; Ἐγὼ δὲ ἄτεκνος καὶ χήρα, οὗτοι δέ μοι ποῦ ἦσαν; » Καὶ πάλιν· « Πλάτυνον τὸν τόπον τῆς σκηνῆς σου, καὶ τῶν αὐλαιῶν σου πῆξον, μὴ φείσῃ· ἔτι εἰς τὰ δεξιὰ καὶ εἰς τὰ ἀριστερὰ ἐκπέτασον. » Ἐκ παντὸς γὰρ ἔθνους, πόλεως, καὶ χώρας συνδρομὴ γέγονεν ἐπὶ Χριστῷ, τῶν ἐθνῶν κεκλημένων διὰ πίστεως, ὡς ἐξ ἠοῦς, καὶ νότου, δύσεώς τε καὶ βορρέου καλεῖσθαι τοὺς ἐπιστρέφοντας, πολλῷ πλείους ὄντας τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραήλ. Καὶ τοῦτο αὐτὸ καταμεμήνυκε λέγων ὁ προφήτης Ἡσαΐας περὶ τῆς Ἐκκλησίας καὶ τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς· « Εὐφράνθητι, στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα· ῥῆξον καὶ βόησον, ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης

[31-33] Psal. XXXIV, 28. [34] Isa. XLIX, 18. [35] Ibid., 21. [36] Isa. LIV, 2. [37] Ibid., 1.

Digitized by Google

τὸν ἄνδρα. » Στείραν μὲν γὰρ τὴν οὐ τίκτουσαν, ἔρημόν τε πρὸς τούτοις ἀποκαλεῖ τὴν Ἐκκλησίαν τὴν ἐξ ἐθνῶν. Καὶ γὰρ ἦν ἅπαις καὶ ἐρήμη, τοῦτ' ἔστι χήρα, τὸν ἀγαθοῦ παντὸς σπορέα λόγον οὐκ ἔχουσα. Τὴν δέ γε τῶν Ἰουδαίων Συναγωγὴν ὕπανδρον εἶναί φησι, διὰ τὸ νόμῳ κατεζεῦχθαι τῷ διὰ Μωσέως, ἐγκύμονά τε γενέσθαι τῶν ἱερῶν θεσπισμάτων, δι' ὧν ἦν δύνασθαι καρποφορεῖν τῷ Θεῷ τὴν ὡς ἐν σκιαῖς ἔτι καὶ τύποις λατρείαν. Ἀλλὰ πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον, τοῦτ' ἔστι τὰ τῆς χήρας, ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. Τίνα δὲ τρόπον ἔσται καὶ τοῦτο, διεσάφησε προστιθεὶς, ὅτι Ἀποκαλύψει Κύριος τὸν βραχίονα αὐτοῦ τὸν ἅγιον ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν· καὶ ὄψονται πάντα τὰ ἄκρα τῆς γῆς τὴν σωτηρίαν παρὰ Θεοῦ. Ὅτε γὰρ ἐμφανὴς γέγονεν ἐν τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν ὁ βραχίων τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τοῦτ' ἔστιν ὁ Υἱὸς, ὅτε πᾶσιν ἐγνώσθη τοῖς ἔθνεσιν, καὶ τεθέανται τὰ ἄκρα τῆς γῆς, τοῦτ' ἔστιν οἱ ἐκ περάτων εἰς πέρατα, τὴν παρ' αὐτοῦ σωτηρίαν, τὴν διὰ πίστεως δὲ δηλονότι, τότε πεπλήρωται τὰ ἔρημα Ἱερουσαλὴμ, δηλονότι τῆς νοητῆς, καὶ ἀριθμοῦ κρείττων ἡ τῶν κεκλημένων πληθύς. Βραχίονα δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τὸν Υἱὸν ἀποκαλεῖν ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ. Δύναμις γάρ ἐστιν αὐτοῦ καὶ παντοδύναμος δεξιὰ, δι' ἧς τὰ πάντα ἐργάζεται, καὶ περὶ αὐτῆς φησιν ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· « Κραταιωθήτω ἡ χεὶρ σου, ὑψωθήτω ἡ δεξιά σου. » Καὶ πάλιν περὶ τοῦ Θεοῦ Πατρός· « Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν, ὅτι θαυμαστὰ ἐποίησεν ὁ Κύριος· ἔσωσεν αὐτὸν ἡ δεξιὰ αὐτοῦ, καὶ ὁ βραχίων ὁ ἅγιος αὐτοῦ. »

A subjectam esse ait, eo quod legi Mosaicæ subjugata erat, et sacrosanctis feta ac gravida oraculis, quibus posset umbratilis adhuc quasi et typici **736** cultus fructum edere. Sed plures filii desertæ, quam habentis virum. Quomodo autem hoc futurum sit, declaravit cum adjecit : Patefaciet Dominus brachium suum sanctum in conspectu omnium gentium, et videbunt omnes fines terræ salutem Dei. Nam quando illustre factum erat universæ terræ habitatoribus Dei et Patris brachium, id est, quando Filius notus est omnibus gentibus, et viderunt fines terræ, id est, hi qui a termino ad terminum sunt, ejus salutem, per fidem scilicet : tunc repleta sunt deserta Jerusalem, intelligibilis videlicet, et innumerabilis erat vocatorum multitudo. Brachium vero Dei et Patris, Filium appellare, mos est divinitus B inspiratæ Scripturæ. Est etenim ejus potentia, et omnipotens dextera, qua omnia efficit, et de qua divinus David ait : « Roboretur manus tua, extollatur dextera tua [38]. » Rursus de Deo Patre : « Cantate Domino carmen novum, quia mira fecit Dominus, servavit eum dextera ejus, et brachium sanctum ejus [39]. »

Ἀπόστητε, ἀπόστητε, ἐξέλθετε ἐκεῖθεν, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε. Ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῆς, ἀφορίσθητε, οἱ φέροντες τὰ σκεύη Κυρίου, ὅτι οὐ μετὰ ταραχῆς ἐξελεύσεσθε, οὐδὲ φυγῇ. Πορεύσεται γὰρ πρότερος ὑμῶν Κύριος, καὶ ὁ συνάγων ὑμᾶς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ.

Ἔοικεν ὁ λόγος, ἢ πρὸς ἐκείνους γίνεσθαι παρὰ Θεοῦ τοὺς διὰ πίστεως συναγηγερμένους, καὶ τῆς Ἐκκλησίας χρηματίσαντας τέκνα, ἢ τάχα που πρὸς τοὺς ἁγίους μυσταγωγοὺς, ἀποστόλους δηλονότι, καὶ εὐαγγελιστὰς, οἳ φῶς γεγόνασι τῆς ὑπ' οὐρανὸν, τὸν τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν διαπορθμεύοντες λόγον. Τούτους δὴ οὖν ἀποστῆναι προστέταχε, καὶ ἀπίστων ἀποφοιτᾷν, ὡς ἀπὸ μεμολυσμένων, διὰ τὸ μήτε πιστεύειν ἐλέσθαι Χριστῷ, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῖς τῆς Κυριοκτονίας ἐγκλήμασι τὰς ἑαυτῶν ἐνόχους ἀποφῆναι κεφαλάς. Ἐξέλθετε δὴ οὖν, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε, τοῦτ' ἔστι, τῆς πρὸς αὐτοὺς κοινωνίας ἀποσχοινίσθητε, ὡς μηδ' ὅσον αὐτῶν ἐθέλειν ἀποθήγειν. Ὁ γὰρ ἁπτόμενος πίσσης, φησὶ, μολυνθήσεται· καὶ γάρ ἐστιν ἀναγκαῖον, τοὺς εἰς Χριστὸν πιστεύσαντας, καὶ δι' αὐτοῦ κεκλημένους εἰς ἀποκάθαρσιν ἁμαρτίας καὶ εἰς μέθεξιν ἁγιασμοῦ, τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀμαθίας ἔξω φέρεσθαι φιλεῖν, καὶ ὁλοτρόπως ἑτερογνώμονας παρ' ἐκείνους ὑπάρχειν, ἀφορισθῆναί τε εἰσάπαν· οὐδεμία γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, ἀλλ' οὐδὲ μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου. Καὶ γοῦν ὁ πάνσοφος Παῦλος ἐπιστέλλει τοῖς ἐκ Γαλατίας, μετὰ τὴν ἐν Χριστῷ δικαίωσιν παλινδρομῆσαι τολμήσασιν ἐπὶ τὴν ἐν νόμῳ λατρείαν· « Ὦ ἀνόητοι Γα-

VERS. 11, 12. *Recedite, recedite, exite illinc, et immundum ne tangite. Exite enim de medio ejus, separamini, qui portatis vasa Domini, quia neque cum tumultu exibitis, neque per fugam abibitis. Præcedet enim vos Dominus, et qui congregat vos Deus Israel.*

Videtur hæc oratio habita esse a Deo vel ad eos qui per fidem congregati sunt, et Ecclesiæ filii nuncupati sunt : vel ad sanctos mystagogos, nimirum apostolos et evangelistas, qui universæ sub cœli complexu exstiterunt, evangelicæ prædicationis verbum ad omnes terræ incolas velut legati portantes. Hos jubet recedere, et ab infidelibus abire, tanquam ab inquinatis, eo quod noluerint Christo credere, imo et sua ipsorum capita Dominicæ cædis crimine implicaverint. Exite ergo, immundum ne tangite, id est, a communione cum illis segregamini, ut eorum nihil contingatis. Qui enim tangit picem, inquit [39*], inquinabitur. Est enim necesse ut qui in Christum crediderunt, et per ipsum vocati sunt ad emundationem peccati, et ad participationem sanctificationis, procul absint ab inscitia Judaica, et diversa **737** prorsus ab illis sint sententia, omninoque separentur. Nulla enim communicatio luci cum tenebris, nec pars fideli cum infideli [40]. Siquidem scribit sapientissimus Paulus Galatis, qui post justificationem in Christo ausi sunt denuo ad legalem cultum recurrere : « O dementes Galatæ, quis vos fascinavit, ut veritati non obtemperetis, quibus ob oculos Jesus Christus antea depictus est apud vos crucifixus? »

[38] Psal. xx, 9. [39] Psal. xcvii, 1. [39*] Eccli. xiii, 1. [40] II Cor. vi, 15.

Digitized by Google

Hoc solum volo discere a vobis, utrum ex operibus legis spiritum acceperitis, an ex auditione fidei? Adeone dementes estis, ut a spiritu exorsi, nunc in carnem desinatis [40]? » Circumcisi enim fuerunt imprudenter, etiamsi habuerint circumcisionem in spiritu, vel per Christum. Itaque necessario hic inquit universorum Deus : Recedite, et exite inde, et separamini, qui portatis vasa Domini. Nam qui solida fide Emmanuelem coluerunt, et divinæ ipsius naturæ participes facti sunt, eo quod consortes sint sancti Spiritus, sanctisque ejus donis repleti, vasa portant Deo. Quo autem modo, docebit sapientissimus Paulus, inquiens : « Induite armaturam Dei, quæ est lorica justitiæ, galea salutis, clypeus fidei, gladius spiritus, qui est Verbum Dei [41]. » Etenim habentes hanc armaturam intelligentia perceptam, obsistunt Satanæ, ejusque adversantur potestatibus, ac præsultant quodammodo, et suas animas protegunt, populosque suæ manui subditos propugnant : hoc est enim munus et statio ducum. Verum cum exire de medio ejus præcipiat, ait : Non exibitis cum tumultu : neque fuga ibitis. Nec enim quasi fugientes et timentes, ab ordine Judaico recedere præcipit, sed quiete potius, et quasi auctoritate præditos, velut detrectantes cum his adeo inquinatis versari, et cum profanis ac improbis connumerari. Itaque ait : Nec fuga ibitis. Quod autem res eorum facili cursu procedent, nihilque prorsus occurret durum, vel abruptum, vel asperum, fidem fecit inquiens : Præcedet vos Dominus, et qui congregat vos Deus Israel. Si Deus nobiscum sit, et præeat, quid est quod sacræ prædicationis **738** nuntios impediat ; imo quidni omnia illis pro voto eveniant, et plana quasi via currant præcones ?

A λάται, τίς ὑμᾶς ἐβάσκηνε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι, οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς Χριστὸς προεγράφη ἐσταυρωμένος ; » Τοῦτο μόνον θέλω μαθεῖν ἀφ' ὑμῶν, ἐξ ἔργων νόμου τὸ πνεῦμα ἐλάβετε, ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως ; Οὕτως ἀνόητοί ἐστε ; ἐναρξάμενοι πνεύματι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε ; Περιετέμνοντο γὰρ ἀσυνέτως, καίτοι τὴν ἐν πνεύματι περιτομὴν λαχόντες, ἤτοι διὰ Χριστοῦ. Οὐκοῦν ἀναγκαίως τὸ, Ἀπόστητε, ἐν τούτοις φησὶν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ τὸ, Ἐξέλθετε ἐκεῖθεν, καὶ τὸ, Ἀφορίσθητε, οἱ φέροντες τὰ σκεύη Κυρίου. Οἱ γὰρ ὅλως τῇ πίστει τιμήσαντες τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως κοινωνοὶ γεγονότες, διὰ τοῦ μεταλαχεῖν ἁγίου Πνεύματος, ἐμπλησθῆναί τε τῶν ἱερῶν αὐτοῦ χαρισμάτων, σκευοφοροῦσι Θεῷ. Καὶ τίνα δὲ τρόπον, διδάξει λέγων ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Ἐνδύσασθε τὴν B πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ· αὕτη δέ ἐστιν ὁ θώραξ τῆς δικαιοσύνης, ἡ περικεφαλαία τοῦ σωτηρίου, ὁ θυρεὸς τῆς πίστεως, ἡ μάχαιρα τοῦ Πνεύματος, ὅ ἐστι Ῥῆμα Θεοῦ. » Ταύτην γὰρ ἔχοντες τὴν νοητὴν παντευχίαν, ἀντεξάγουσι τῷ Σατανᾷ, καὶ ταῖς σὺν αὐτῷ δυνάμεσιν ἀντανίστανται, προπηδῶντες τρόπον τινὰ καὶ προασπίζοντες τῶν ἰδίων ψυχῶν καὶ τῶν ὑπὸ χεῖρα λαῶν· αὕτη γὰρ τῶν ἡγουμένων τάξις. Πλὴν ἐξελθεῖν ἐπιτάξας ἐκ μέσου αὐτῆς, Οὐ μετὰ ταραχῆς ἐξελεύσεσθε, φησὶν, οὐδὲ φυγῇ πορεύσεσθε. Οὐ γὰρ ὡς φυγόντας, ἤγουν δεδιότας, τῶν Ἰουδαϊκῶν ταγμάτων ἀποφοιτᾷν ἐπιτάττει, ἀνειμένως δὲ μᾶλλον καὶ οἷόν ἐπ' ἐξουσίας, ὡς παραιτουμένους τὸ συνδιαιτᾶσθαι θέλειν τοῖς οὕτω μεμολυσμένοις, καὶ συναριθμεῖσθαι βεβήλοις καὶ πονηροῖς. Οὐκοῦν, Οὐ φυγῇ C πορεύσεσθε, φησὶν· ὅτι δὲ καὶ δι' εὐμαρείας ἥξει τὰ πράγματα αὐτοῖς, καὶ οὐδὲν ὅλως ἀπαντήσει σκληρὸν, ἢ ἄναντες, ἢ τραχὺ, πεπληροφόρηκεν εἰπὼν, ὅτι Προπορεύσεται ὑμῶν Κύριος, καὶ ὁ συνάγων ὑμᾶς ὁ Θεός. Θεοῦ δὲ συνόντος καὶ προβαδίζοντος, ποῖον ἔσται τὸ κακοποιοῦν τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων τοὺς διακομιστάς ; μᾶλλον δὲ πῶς οὐχ ἅπαντα αὐτοῖς τὰ κατ' εὐχὴν ἐκβήσεται, καὶ διὰ ψιλῆς ὥσπερ ὁδοῦ δραμοῦνται κηρύττοντες ;

VERS. 13-15. *Ecce intelliget puer meus, et in altum extolletur, et gloria afficietur valde. Quemadmodum obstupescent super te multi, sic vituperabitur ab hominibus species tua, et gloria tua ab hominibus. Ita mirabuntur gentes multæ eum, et continebunt reges os suum. Quia quibus non est annuntiatum de eo, videbunt, et qui non audiverunt intelligent.*

Ἰδοὺ συνήσει ὁ παῖς μου, καὶ ὑψωθήσεται, καὶ δοξασθήσεται σφόδρα. Ὃν τρόπον ἐκστήσονται ἐπὶ σοὶ πολλοὶ, οὕτως ἀδοξήσει ἀπὸ ἀνθρώπων τὸ εἶδός σου, καὶ ἡ δόξα σου ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων. Καὶ οὕτω θαυμάσονται ἔθνη πολλὰ ἐπ' αὐτῷ, καὶ συνέξουσι βασιλεῖς τὸ στόμα αὐτῶν· ὅτι οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ ὄψονται, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι συνήσουσιν.

Manifeste hisce verbis de omnium nostrum Servatore Christo Deus et Pater loquitur. Ecce intelliget puer meus, inquit : puerum intelliges, filium vel servum. Sumpsit enim formam servi Deus Verbum : et omnium Dominus cum esset, ad humanitatis modulum ac mensuram descendit. « Non enim rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo : sed inanivit seipsum, similis hominibus factus, et habitu repertus ut homo, ipse se dejecit [42]. » Itaque quando factus est homo, seipsum ad hanc dejectionem submittens, tunc etiam servus dictus est, cum servilem formam sumpsisset. Sed, Intelliget, inquit, pro, Omnia cum intelligentia et sapientia divina et faciet

D Ἀναφανδὸν ἐν τούτοις τοὺς περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ ποιεῖται λόγους ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ. Ἰδοὺ γὰρ συνήσει ὁ παῖς μου, φησί· καὶ τὸν μὲν παῖδα νοήσεις, τὸν Υἱὸν, ἤγουν τὸν δοῦλον. Ἔλαβε γὰρ δούλου μορφὴν Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, καὶ Κύριος πάντων ὤν, τοῖς τῆς ἀνθρωποπρεποῦς ἐμβέβηκε μέτροις. « Οὐ γὰρ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσεν ἐν ὁμοιώμασι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος ἐταπείνωσεν ἑαυτόν. » Οὐκοῦν, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος καθεὶς ἑαυτὸν εἰς ταπείνωσιν, τότε καὶ δοῦλος ἀνεγκλήτως ὠνόμασται τὸ τῆς δουλείας σχῆμα λαβών. Ἀλλὰ, Συνήσει, φησὶν, ἀντὶ τοῦ, Πάντα μετὰ συν-

[40] Gal. III, 1-3. [41] Eph. VI, 11. [42] Philipp. II, 6, 7.

Digitized by Google

ἑσεως καὶ σοφίας ἐργάσεται καὶ λαλήσει τῆς θεο- A et loquetur. Opus autem divinæ sapientiæ præter
πρεποῦς. Ἔργον δὲ σοφίας τῆς θεοπρεποῦς, καὶ πρό alia est, ut unigenitum Dei Verbum caro fieret, et
γε τῶν ἄλλων τὸ σάρκα γενέσθαι τὸν μονογενῆ τοῦ ut una cum terræ incolis pauper esset : quo nos
Θεοῦ Λόγον, τουτέστιν ἄνθρωπον, καὶ συμπτωχεῦ- ipsius paupertate ditaremur, quo credentes in ipsum,
σαι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, ἵνα ἡμεῖς τῆς [ἐ]αὐτοῦ πτωχείας peccati inquinamenta abstergeremus, cum Mosaica
πλουτήσωμεν, ἵνα πιστεύσαντες εἰς αὐτὸν τοὺς τῆς lex non satis esset ad tollenda peccata idonea : ut
ἁμαρτίας ἀπονιψώμεθα μεμολυσμένους, ἀδρανοῦς morte carnis suæ mortem aboleret, interitum deleret,
ὄντος τοῦ νόμου τοῦ διὰ Μωσέως εἰς τὸ δύνασθαι morte detentos ad immortalitatem refingeret, homi-
περιελεῖν ἁμαρτίας, ἵνα τῷ θανάτῳ τῆς ἰδίας σαρκὸς nem terræ incolam, cœli civem efficeret, quondam
καταργήσῃ τὸν θάνατον, καὶ ἀνατρέψῃ τὴν φθοράν, fugitivum, per se Deo ac Patri conjungeret, captivis
καὶ ἀναχαλκεύσῃ πρὸς ἀφθαρσίαν τοὺς τῷ θανάτῳ liberationem, cæcis visum prædicaret, et contritos
κατισχημένους, καὶ οὐρανοῦ πολίτην ἐργάσηται τὸν corde sanaret, Orcumque exinaniret, et Satanam im-
ἐπὶ τῆς γῆς ἄνθρωπον, καὶ συνάψῃ δι' ἑαυτοῦ τῷ perio ac tyrannide contra omnes privaret. Intelliget
Θεῷ καὶ Πατρὶ τὸν πάλαι δραπέτην, καὶ κηρύξῃ ergo, inquit, puer meus. Nihil enim non intelligenter,
μὲν αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, τυφλοῖς δὲ ἀνάβλεψιν, καὶ nihil non sapienter factum est nostra causa. Quippe B
ἰάσηται τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, καὶ κε- omnia in sapientia fecit, secundum Psallentis vocem
νώσῃ τὸν ᾅδην, καὶ ἀποστήσῃ τὸν Σατανᾶν τῆς κατὰ [a]. **739** Hac de causa, inquit, in altum extolletur,
πάντων ἀρχῆς καὶ πλεονεξίας. Συνήσει δὴ οὖν ὁ παῖς et admodum glorificabitur. Celebratur enim a nobis
μου, φησίν. Ἀσύνετον γὰρ, ἤγουν ἄσοφον, ἐν τοῖς ut Dominus, eumque Servatorem et Redemptorem
γεγονόσιν ὑπὲρ ἡμῶν παντελῶς οὐδέν. Πάντα γὰρ vocitamus. Quod verum esse credimus. Sed ut verus
ἐν σοφίᾳ ἐποίησε, κατὰ τὴν τοῦ Ψάλλοντος φωνήν. et irreprehensibilis sit omnino Dei et Patris sermo,
Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ὑψωθήσεται, φησὶ, καὶ induxit necessario : Quemadmodum obstupescent
δοξασθήσεται σφόδρα. Δοξολογεῖται γὰρ πρὸς ἡμῶν ὁ super te multi, sic vituperabitur ab hominibus spe-
Θεὸς ὡς Κύριος, Σωτῆρα δὲ καὶ Λυτρωτὴν ἀποκα- cies tua, et gloria tua ab hominibus. Qui enim agno-
λοῦμεν αὐτόν. Εἶναί τε τοῦτο κατὰ ἀλήθειαν πεπι- verunt apparitionem ejus, et animi oculis divinæ ip-
στεύκαμεν. Ἀλλ' ἵνα ἀληθὴς καὶ ἀδιάβλητος παντε- sius auctoritatis magnitudinem perspicere voluerunt,
λῶς ὁ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὑπάρχῃ λόγος, ἐπ- dispensationem hanc obstupescunt. Qualis erat pro-
ήνεγκεν ἀναγκαίως, ὅτι Ὃν τρόπον ἐκστήσονταί ἐπί σοὶ pheta Abbacum, dicens : « Domine, audivi auditio-
πολλοί, οὕτως ἀδοξήσει ἀπὸ ἀνθρώπων τὸ εἶδός σου, nem tuam, et timebam ; cogitavi opera tua, et
καὶ ἡ δόξα σου ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων. Οἱ μὲν γὰρ ἐπ- C stupui [b]. » At qui ejus gloriam non intellexerunt,
εγνωκότες τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, καὶ τοῖς τῆς διανοίας sed infideles et ignari manserunt, hi ignominiam
ὄμμασι κατιδεῖν ἰσχύσαντες τῆς ἐνούσης αὐτῷ θεο- illi et dedecus objiciebant impie, vocantes Sama-
πρεποῦς ἐξουσίας τὸ μέγεθος, καταπλήττονται τὴν ritanum, edonem, ebriosum, ex fornicatione natum,
οἰκονομίαν· ὁποῖός τις ἦν ὁ προφήτης Ἀββακοὺμ, et præterea etiam peccatorem. Ergo ut stupebunt super
λέγων· « Κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφο- te multi, sic etiam vituperabitur ab hominibus species
βήθην· κατενόησα τὰ ἔργα σου, καὶ ἐξέστην. » Οἵ γε tua, et gloria tua ab hominibus. Cæterum ut hoc eve-
μὴν οὐ συνιέντες αὐτοῦ τὴν δόξαν, ἄπιστοι δὲ καὶ niet, sic etiam admirabuntur te gentes multæ, et conti-
ἀσύνετοι μεμενηκότες, ἀδοξίαν αὐτοῦ καὶ ἀτιμίαν nebunt reges os suum. Judæi enim audacissimi, etsi
ἀνοσίως κατεψηφίζοντο, Σαμαρείτην ὀνομάζοντες, nullo in numero habendi, eum tamen deridere ausi
φάγον τε καὶ μέθυσον, καὶ ἐκ πορνείας γεγενημένον, sunt, linguaque eum effreni sæpenumero impetere, ac
καὶ πρός γε τούτοις ἁμαρτωλόν. Οὐκοῦν, ὡς ἐκστή- blasphemas voces emittere. Complures autem reges ut
σονται ἐπί σοὶ πολλοὶ, οὕτως καὶ παρὰ ἀνθρώποις Deum timentes, et ut regi universorum gloriam offeren-
ἀδοξήσει τὸ εἶδός σου, καὶ ἡ δόξα σου ἀπὸ τῶν ἀν- tes, os suum continebunt, id est, nihil dicent absonum
θρώπων. Ἀλλ' ὥσπερ τοῦτο συμβήσεται, οὕτω καὶ nec quidquam quod gloriam Christi labefactare
θαυμάσονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ σοὶ, καὶ συνέξουσι βα- D possit sonabunt. Quod autem divina et sacrosancta
σιλεῖς τὸ στόμα αὐτῶν. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ οἱ πάντολ- et salutaris prædicatio, id est, evangelica, eorum
μοι, καίτοι τοῦ μηδενὸς ἄξιοι ὄντες λόγου, κατακερ- neutiquam sit, a quibus species ejus vituperatur,
τομεῖν ἀπετόλμων, καὶ ἀχάλινον ἐπ' αὐτῷ πολλάκις sed eorum potius, qui os suum continuerunt ejus-
ἀνέντες τὴν γλῶτταν, παλιμφήμοις ἔβαλλον φωναῖς. que gloriam amplificarunt, ostendit, cum ait : Quia
Πλεῖστοί γε μὴν βασιλεῖς δεδιότες ὡς Θεὸν, καὶ ὡς quibus non est annuntiatum de eo, hi videbunt : et
βασιλεῖ τῶν ὅλων τὴν δόξαν προσάγοντες, συνέξουσι qui non audierunt, hi intelligent. Annuntiata sunt
τὸ στόμα αὐτῶν, τουτέστιν, οὐδὲν ἐροῦσιν ἀπηχὲς, enim hæc de Christo Israelitis, tum ex lege, tum a
ἀλλ' οὐδὲ φθέγξονταί τι τῶν ὅσα διαλυμαίνεται τῇ prophetis, at non gentibus. Hi tamen, inquit vide-
δόξῃ τοῦ Χριστοῦ. Ὅτι δὲ τὸ θεῖόν τε καὶ ἱερὸν καὶ bunt magis ejus salutem : et qui omnino hæc my-
σωτήριον κήρυγμα, τουτέστι τὸ εὐαγγελικὸν, ἐκεί- steria non audiverunt, hi illa intelligent, **740** qui
νων οὐκ ἔσται ποθὲν, παρ' οἷς ἠδόξησε τὸ εἶδος αὐ- scilicet crediderunt. Radix enim et nutrix cognitio-
τοῦ, παρ' ἐκείνοις δὲ μᾶλλον, οἳ συνέσχον τὸ στόμα nis est fides, et veluti aditus ad pietatem, et ad

[a] Psal. CIII, 24. [b] Abac. III, 2.

Digitized by Google

vitam deducens eos, qui eam recipiunt. Siquidem propheta Isaias inquit: « Nisi credideritis, non intelligetis [45].

ἐξ Ἰσραὴλ διά τε νόμου καὶ προφητῶν τὰ περὶ φησὶν, ὄψονται μᾶλλον τὴν παρ' αὐτοῦ σωτηρίαν· καὶ συνήσουσιν αὐτὰ, πιστεύσαντες δηλονότι. Ῥίζα γὰρ εὐσέβειαν καὶ ζωὴν εἰσκομίζουσα τοὺς δεχομένους στεύσητε, οὐδ' οὐ μὴ συνῆτε, » φησίν.

Cap. LIII. Vers. 1. *Domine, quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui patefactum est? Annuntiavimus coram eo quasi campus, quasi radix in terra sitiente.*

De omnium nostrum Servatore Christo semper frequens sermo est apud sanctos prophetas: nec admonere destiterunt, sed perspicue denuntiarunt, suis temporibus venturum in humana forma Deum Verbum, et miracula operaturum divinitus. Illud autem et hic facit, in rectam viam errantes vocans, et fide impium justificans. Cæterum ex sanguine Israelitico oriundos parum omnino juverunt, valde laborantes inobedientia, adeo ut cum prædictionem arripere, et cognitionem vivificam colligere, pectoribusque suis mandare oporteret, e diverso mystagogis insultarent acerrime dicentes: « Alia nobis loquimini, et annuntiate nobis alium errorem [45*]. » Siquidem propheta Jeremias, velut ex immensa Judæorum crudelitate, tædio affectus, ita inquit: « Hei mihi, mater, qualem me peperisti, virum litigantem, et judicio contendentem in omni terra? Nec profui, nec profuit mihi quisquam. Fortitudo mea defecit propter eos qui exsecrantur me [46]. » In summa, omnis sanctorum chorus, verba quasi de Jerusalem faciens, inquit: « Curavimus Babylonem, et non sanata est. Derelinquamus eam, et abeamus quisque in terram suam, quia appropinquavit ad cœlum judicium ejus, et usque ad sidera exaltatum est [47]. » Babylonem hic nominat Jerusalem, ut quæ illam studeat imitari, et nihil a regione gentium differat, quod quidem ad dissolutam vitam attinet, et quia noluerit legem in honore ac pretio habere, nec propheticæ pædagogiæ utilitatem amplecti. Hunc sensum habent etiam hi versus. Accusat enim Israelem, ut qui prorsus ad inobedientiam declinarit, et inquit: Quis credidit auditui nostro? Nos enim, inquit, o Domine, **741** a te mysteriis initiati, et instituti sumus, orationemque de humanitate didicimus, et hanc auditionem accepimus, sed nemo credidit, nec ulli manifestum fuit brachium tuum, brachium, inquam, omnium Domini Dei. Brachium autem Dei et Patris, Filium nominare solet divinitus inspirata Scriptura, ut sæpe demonstratum est. Sed perinde quasi occurreret quispiam diceretque: Vos, o prophetæ, auditionem per Spiritum accepistis, et cognitione mysterii ditati estis, num igitur prædicastis mysterium aliis? Certe, inquiunt, annuntiavimus, et tantum non testificati sumus, dicentes: Erimus coram ipso quasi

A αὐτῶν, κατεπλάγησάν τε τὴν δόξαν αὐτοῦ, διέδειξεν εἰπὼν, ὅτι Οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ ὄψονται, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι συνήσουσιν. Ἀνηγγέλη μὲν γὰρ τοῖς Χριστοῦ, τοῖς γε μὴν ἔθνεσιν οὐδαμῶς. Ἀλλ' οὗτοι, οἱ τῶν αὐτοῦ μυστηρίων ἀνήκοοι παντελῶς, οὗτοι συνέσεως καὶ τροφὸς ἡ πίστις, καὶ οἷον εἰσβολὴ πρὸς αὐτήν. Καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ἡσαΐας, « Ἐὰν μὴ πι-

Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; Ἀνηγγείλαμεν ἐναντίον αὐτοῦ, ὡς πεδίον, ὡς ῥίζα ἐν τῇ διψώσῃ.

Πολὺς μὲν ἀεὶ παρὰ τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος γέγονε λόγος, καὶ νουθετοῦντες οὐ διαλελοίπασιν, ἀπαγγέλλοντές τε καὶ μάλα B σαφῶς, ὅτι καὶ ἥξει κατὰ καιροὺς ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, καὶ ὅτι θαυματουργήσει θεοπρεπῶς. Κἀκεῖνό τε καὶ τοῦτο ἐργάζεται, εἰς εὐθεῖαν καλῶν ὁδὸν τοὺς πεπλανημένους, καὶ δικαιῶν ἐν πίστει τὸν ἀσεβῆ. Ὤνησαν δὲ παντελῶς ὀλίγα τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, πολὺ βλέποντας εἰς τὸ ἀπειθές· ὥστε καίτοι δέον ἁρπάσαι τὴν προαγόρευσιν, καὶ γνῶσιν συλλέξαι ζωοποιὸν, καὶ ταῖς ἑαυτῶν ἐναποθέσθαι καρδίαις, ἐκ τῶν ἐναντίων ἐπιπηδᾷν τοῖς μυσταγωγοῖς, ἐπιφύεσθαί τε καὶ μάλα πικρῶς λέγοντας· « Ἄλλα ἡμῖν λαλεῖτε, καὶ ἀναγγέλλετε ἡμῖν ἑτέραν πλάνησιν. » Καὶ γοῦν ὁ μὲν προφήτης Ἱερεμίας, ὡς ἐξ ἀμετρήτου τῆς Ἰουδαίων ὠμότητος κατενηνεγμένος εἰς ἀκηδίαν, οὕτω πού φησιν· « Οἴμοι ἐγὼ, μῆτερ! ὡς τίνα με C ἔτεκες ἄνδρα δικαζόμενον καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ; Οὔτε ὠφέλησα, οὔτε ὠφέλησέ με οὐδείς. Ἡ ἰσχύς μου ἐξέλιπεν ἐν τοῖς καταρωμένοις με. » Συλλήβδην δὲ, ἅπας ὁ τῶν ἁγίων χορὸς, ὡς περί γε τῆς Ἱερουσαλὴμ τοὺς λόγους ποιούμενοι, φασίν· « Ἰατρεύσαμεν τὴν Βαβυλῶνα, καὶ οὐκ ἰάθη. Ἐγκαταλίπωμεν αὐτὴν, καὶ ἀπέλθωμεν ἕκαστος εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ· ὅτι ἤγγικεν εἰς τὸν οὐρανὸν τὸ κρῖμα αὐτῆς, ἐξῆρεν ἕως τῶν ἄστρων. » Βαβυλῶνα γὰρ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐν τούτοις κατονομάζουσιν, ὡς τὰ ἐκείνης μιμεῖσθαι σπουδάζουσαν, καὶ οὐδὲν ἀποδέουσαν τῆς τῶν ἐθνῶν χώρας, τό γε ἧκον εἰς ἐξιτηλίας, καὶ τὸ μὴ ἀνέχεσθαι τιμᾷν τὸν νόμον, ἤτοι τῆς προφητικῆς παιδαγωγίας τὸ ἐπωφελές. Τοῦτον ἔχει τὸν νοῦν καὶ τῶν προκειμένων στίχων ἡ δύναμις. Αἰτιᾶται γὰρ D ὡς ὁλοτρόπως ἐκκεκλικότα πρὸς ἀπείθειαν τὸν Ἰσραὴλ, καί φησι· Τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; Ἡμεῖς μὲν γὰρ, ὦ Δέσποτα, φησὶ, μεμυσταγωγήμεθα παρὰ σοῦ τὸν περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγον, καὶ ταύτην ἐσχήκαμεν τὴν ἀκοήν· ἀλλ' οὐδεὶς πεπίστευκε, καὶ οὐδενὶ γέγονεν ἐμφανὴς ὁ σὸς βραχίων τοῦ πάντων Κυρίου καὶ Θεοῦ· Βραχίονα δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τὸν Υἱὸν ὀνομάζειν ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ, καθὰ δέδεικται πλεισταχοῦ. Ἀλλ' οἷον ἀνθισταμένου τινὸς καὶ λέγοντος· Ὑμεῖς μὲν, ὦ προφῆται, τὴν διὰ τοῦ Πνεύματος ἀκοὴν κατεσχήκατε, καὶ τὴν τοῦ μυστηρίου γνῶσιν κατεπλουτήσατε· ἆρ' οὖν ἐκηρύξατε τοῖς ἄλλοις τὸ μυστήριον; Ναὶ, φασὶν, ἀπηγ-

[45] Isa. VII, 9. [45*] Isa. XXX, 10. [46] Jer. XV, 10. [47] Jer. V, 19.

Digitized by Google

γείλαμεν, καὶ μονονουχὶ διεμαρτυράμεθα λέγοντες, ὅτι Ἐσόμεθα ἐναντίον αὐτοῦ ὡς πεδίον, τουτέστιν, ὡς ἀγρὸς εὐανθὴς καὶ καρποφόρος, ἢ καὶ ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ, ἀρδεύοντος ἡμᾶς δηλονότι θείοις τε καὶ ἀπορρήτοις λόγοις τοῦ Μονογενοῦς, ἐν ᾧ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως ἀπόκρυφοι. Πάλαι μὲν γὰρ ἡ σύμπασα γῆ, ξηρά τις ὥσπερ καὶ ἄκαρπος ἦν, καὶ οἷον διψῶσα γῆ, καὶ καρποὺς ἡμέρους [οὐκ] ἔχουσα. Ἐπειδὴ δὲ τὸν παρὰ Χριστοῦ πεπλούτηκεν ὑετὸν, πνευματικὸν δηλονότι, καὶ τὴν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χορηγίαν, ἀνεθάλ[λ]ομεν ὡς ῥίζα, τουτέστιν ὡς βοτάνη τε καλὴ καὶ εὐανθής. Καὶ γοῦν ἔφη τις πρὸς ἡμᾶς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Καὶ μακαριοῦσιν ὑμᾶς πάντα τὰ ἔθνη, διότι ἔσεσθε ὑμεῖς γῆ θελητή, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Θελητὴν δὲ λέγει τὴν εὔκαρπον καὶ γονιμωτάτην· ἀσπαστὴ γὰρ αὕτη γηπόνοις. Ὅτι δὲ ἡ ἀκανθοτόκος ποτὲ ξηρά τε καὶ ἄνυδρος γῆ μεταπεφοίτηκεν εἰς γονιμωτάτην, καὶ εἰς τὸ δύνασθαι πλουτεῖν εὐκαρπίαις ταῖς πνευματικαῖς, σαφηνιεῖ λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· « Καὶ ἔσται, ἀντὶ τῆς στοιβῆς ἀναβήσεται κυπάρισσος, ἀντὶ δὲ τῆς κονύζης ἀναβήσεται μυρσίνη. » Εἶδη μὲν γὰρ ἀκανθῶν, στοιβή τε καὶ κόνυζα, τρέφει δὲ αὐτὰ ἀεί πως ἡ χέρσος τε καὶ ἄνυδρος γῆ· μυρσίνη δὲ καὶ κυπάρισσος διαπρέπουσιν ἐν κήποις. Ἐξηρημένης τοίνυν ἀκάνθης, φησὶν, ἀναβλαστήσει λοιπὸν τὰ εὐοσμήτατα τῶν φυτῶν, ὅταν ἡ διψὰς [al. διψῶσα] ἔνυδρος γένηται, Θεοῦ λέγοντος, ὅτι Ποιήσω τὴν ἔρημον εἰς ἕλη, καὶ τὴν διψῶσαν γῆν ἐν ὑδραγωγοῖς. Θήσω εἰς τὴν ἄνυδρον γῆν κέδρον, καὶ πύξον, καὶ μυρσίνην, καὶ κυπάρισσον, καὶ λεύκην. Οὐκοῦν ἀνηγγείλαμεν, ὅτι πιστεύσαντες εἰς αὐτὸν τὸν Χριστὸν, ἐσόμεθα ἐναντίον αὐτοῦ, τουτέστιν, ἐφορώμενοι παρ' αὐτοῦ, ὡς πεδίον, ὡς ῥίζα, τουτέστιν ὡς βοτάνη ἐν γῇ ποτε διψώσῃ, ἐνύδρῳ γε μὴν παρ' αὐτοῦ γενομένῃ.

campus, id est, quasi ager floridus et frugifer: vel etiam ut radix in terra sitiente, irrigante nos scilicet divinis et arcanis sermonibus Unigenito, in quo omnes thesauri sapientiæ et cognitionis sunt absconditi. Olim enim omnis terra, arida quæpiam et infructuosa velut terra fuit, et quasi sitiens, et fructus sativos non habens. Sed ubi ditata est a Christo imbre, spirituali videlicet, et sancti Spiritus subsidio, quasi radix refloruimus, id est, quasi herba pulchra et florida. Siquidem dixit etiam nobis e sanctis prophetis quispiam: « Et beatos vos dicent omnes gentes; propterea eritis vos terra spontanea, dicit Dominus omnipotens [48]. » Spontaneam vocat fructuosam et feracissimam; grata enim illa fuit agricolis. Quod autem spinosa quondam et arida et aqua carens terra abierit in terram feracissimam, ita ut dives facta fuerit spirituali fecunditate, declarabit dicens universorum Deus voce Isaiæ: « Et erit, pro stœba crescet cyparissus, et pro conyza crescet myrtus [49]. » Stœba enim et conyza sunt ex genere spinarum, et semper ea nutrit terra inculta et siticulosa: at myrtus et cyparissus in hortis excellunt. Exstirpata ergo, inquit, spina, odoratissimæ deinde plantæ reflorescent, terra sitiens in aquosam vertetur, Deo dicente: « Vertam desertum in latices, et sitientem terram in aquæductus. Ponam in terra aquis carente cedrum, et buxum, et myxtum, cyparissum et populum [49*]. » Annuntiavimus itaque credentes in ipsum Christum fore in conspectu ipsius, id est, ab eo conspiciemur, quasi campus, quasi radix, id est, ut herba in terra quandoque sitiente, quæ ab eo facta est aquosa.

Οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ, οὔτε δόξα· καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος. Ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτῷ ἄτιμον, ἐλλεῖπον παρὰ πάντας ἀνθρώπους.

742 VERS. 2. *Non est species ei, neque gloria: et vidimus eum, et non habebat speciem, neque decorem. Sed species ei fuit inhonorata, et deficiens præ omnibus hominibus.*

Τί δὴ ἄρα φησὶν ὁ προφήτης ἐν τούτοις, ἢ ποῖον ἄν τις τοῖς εἰρημένοις ἐφαρμόσαι νοῦν, φέρε δὴ πάλιν καταθρήσωμεν, ὡς ἔνι. Ὡμολόγηκε μὲν γὰρ, ὅτι καὶ Ἀνηγγείλαμεν, τουτέστιν, ἀνέλλιπῆ πεποιήμεθα τὴν προαγόρευσιν, ὡς ἥξει κατὰ καιρούς. Ἀλλ' ἴσως ἔφη ἄν τις πρὸς τοῦτο· Τί οὖν, εἰ καθίκετο μὲν ἐξ οὐρανῶν Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, θεοπρεπεῖ δὲ δόξῃ κατεστεμμένος, καὶ ἀπροσίτῳ φωτὶ διαπρέπων ἐπέφανε τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἀπροσωπόληπτος ἦν διὰ τὴν τῆς δόξης ὑπερβολήν; Καὶ γοῦν ὅτε πεφοίτηκεν ἐν εἴδει πυρὸς ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ, σκότος ἦν, καὶ γνόφος, καὶ θύελλα, καὶ πῦρ ὑψοῦ διᾴττον, καὶ καπνὸς, πλεῖστά τε πρὸς τούτοις ἦν ἕτερα, δειμάτων καὶ πτοίας τῆς εἰς ἄκρον ποιητικὰ, ὡς ἀφόρητον γενέσθαι τοῖς θεωμένοις τὴν ὄψιν. Καὶ γοῦν μεσιτεύεσθαι παρεκάλουν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ λέγοντες τῷ παναρίστῳ Μωσεῖ· « Λάλει σὺ πρὸς ἡμᾶς, καὶ μὴ λαλείτω πρὸς ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ ἀποθάνωμεν. » Οὐδὲν οὖν τὸ θαῦμα, φησὶν, εἰ προηγορεύσατε μὲν

Quid ergo in his verbis dicit propheta? aut quem his dictis sensum accommodaverit, age rursus consideremus, quoad licet. Confessus enim est, et annuntiavimus, id est, plene ac plane prædiximus venturum suo tempore. Sed fortassis dixerit quispiam ad hæc: Quid ergo? Venitne de cœlo Deus Verbum, divina ornatus gloria? Num etiam inaccessa luce collucens, terræ incolis apparuit? Num facies ejus conspici non poterat, propter gloriæ præstantiam? Siquidem cum specie ignis descendit in montem Sina, tenebræ erant, et caligo, et procella, et ignis ab alto emicans, ac fumi, aliaque complura videre licuit, quæ timorem et trepidationem summam incusserunt, ita ut aspectus esset intolerandus spectantibus. Nam rogarunt sequestrem Israelitæ, dicentes optimo Moysi: « Alloquere tu nos, et ne alloquatur nos Deus, ne moriamur [50]. » Non igitur mirum, inquit, si vos prædixeritis, apparuitque illa terræ habitatoribus non spectanda

[48] Malach. III, 12. [49] Isa. LV, 13. [49*] Isa. XLI, 18, 19. [50] Exod. XX, 19.

Digitized by Google

gloria præditus, nec cuiquam erat tolerabilis. Quid ergo prophetæ? Audacter obviam eunt, et dicunt: Non abs re, non sine causa hæc fuit incredulitas et defectio. Non est species ei neque gloria. Non enim, inquit, in specie fuit et gloria divina. Exinanivit enim sese, in similitudine hominum constitutus, et habitu repertus ut homo, dejecit seipsum[51]. Hæc autem dicimus, non sola auditione hanc traditionem habentes, sed eum qui prædicatur ipsis oculis contemplati. Vidimus eum, nec habebat speciem, nec decorem: decorem, inquam, divinum. Sed species ejus inhonorata. Parva enim, et abjecta, et inhonorata sunt omnino humana, quemadmodum quoad divinam et supremam excellentiam et illustrem decorem naturæ omnia superantis, dictus est, Formosus pulchritudine præ filiis hominum[51a]. Addit adhuc majus: Despectior omnibus hominibus, videlicet species ejus. Perinde est ac si dicerent: Videre est, quosdam inter homines, dignitatum quasi splendore fulgentes, divitiarum quasi satellitio ac comitatu elatos et amplos, vel alio modo in terrena dignitate constitutos: sed **743** non inter hos erat Emmanuel, at in humili et abjecto ordine, ita ut aliis hominibus inferior videretur. Et quidem vera est oratio. Non enim ex sancta Virgine matre divite ortus est, sed in omni humilitatis genere versatus est, ut quod humile est eveheret, et quod inhonoratum est, redderet optandum. Alioqui Deus et Dominus et rex universorum cum sit, quo splendore humano indigebat?

A ὑμεῖς, ὥφθη δὲ τοῖς ἐπὶ γῆς ἀπρόσβλητον ἔχων τὴν δόξαν, καὶ οὐδενὶ γέγονε φορητός. Τί οὖν οἱ προφῆται; θερμῶς ὑπαντῶσι λέγοντες· Ἀπροφάσιστος ἡ ἀπείθεια, οὐκ ἐνάρμοστος ἡ ἀπόστασις, οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ, οὐδὲ δόξα. Οὐ γὰρ ἦν ἐν εἴδει, φησὶ, καὶ δόξῃ θεοπρεπεῖ. Κεκένωκε γὰρ ἑαυτὸν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος· καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἐταπείνωσεν ἑαυτόν. Καὶ ταῦτά φαμεν, οὐκ ἐξ ἀκοῆς μόνης ἔχοντες τὴν παράδοσιν, ἀλλὰ καὶ αὐταῖς ὄψεσι τεθεαμένοι τὸν κηρυττόμενον. Εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος, κάλλος δὲ τὸ θεοπρεπὲς, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον. Σμικρὰ γὰρ, καὶ εὐτελῆ, καὶ ἄτιμα παντελῶς τὰ ἀνθρώπινα, ὡς πρός γε τὴν θείαν καὶ ὑπερτάτην ὑπεροχὴν, καὶ τῆς ὑπὲρ πάντα φύσεως τὸ ὑπέρλαμπρον κάλλος· εἴρηται γοῦν· B Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Καὶ τὸ ἔτι μεῖζόν φησιν· Ἐκλεῖπον παρὰ πάντας ἀνθρώπους, δῆλον δὲ ὅτι τὸ εἶδος αὐτοῦ, ὅμοιον ὡς εἰ καὶ ἔφασαν· Ἔστι μὲν γάρ τινας ἰδεῖν ἐν ἀνθρώποις ἀξιώμάτων φαιδρότητι διαπρέποντας· ταῖς ἐκ πλούτου δορυφορίαις ἡρμένους ὑψοῦ, καὶ εὐρυνομένους ἥγουν, καὶ καθ' ἕτερόν τινα τρόπον, ἐν ἐπιγείοις ὄντας ὑπεροχαῖς. Ἀλλ' οὐδὲ ἐν τούτοις ἦν ὁ Ἐμμανουὴλ, ἀλλ' ἐν σμικρᾷ καὶ κατερριμμένῃ τάξει, ὥστε δοκεῖν ἡττᾶσθαι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. Καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος. Οὐ γὰρ πλουσίας ἐξέφυ μητρὸς τῆς ἁγίας Παρθένου, ἀλλὰ διὰ πάντων ἦλθε τῶν μικρῶν, ἵνα ὑψώσῃ τὸ ταπεινὸν, καὶ ζηλωτὸν ἀποφήνῃ τὸ ἄτιμον. Καὶ καθ' ἕτερον δὲ λόγον, Θεὸς ὢν Κύριος καὶ βασιλεὺς τῶν C ὅλων, ποίας ἂν ἐδεήθη τῆς ἐν ἀνθρώποις λαμπρότητος;

VERS. 3. *Homo in plaga positus, et sciens ferre infirmitatem, quia aversa est facies ejus, contempta est, et non reputata.*

Cum dixissent: Vidimus eum, et non habebat speciem neque decorem: quo in statu et habitu et facie illum quem prædicant viderint, aperte exponunt. Similis enim est, inquiunt, homini plaga affecto, generose tamen ferenti infirmitatem, id est, afflictionem, vel hoc quod male pateretur. Tristem enim fortassis Servatoris vultum conspicati sunt, ut qui turbatus fuerit quasi et consternatus: scilicet jamjam in ligno mortem passurus, quando etiam dixit, modo quidem, « Anima mea turbata est[53]; » modo rursus: « Tristis valde est anima mea usque ad mortem[53]. — Et quid dicam? Pater, serva me ex hac hora: sed ideo veni in hanc horam[54]. » Dixit etiam quidam e sanctis evangelistis, appropinquante tempore passionis, cœpisse eum tristari et dolore confici[55]. Etenim licet natura Deus esset unigenitus Patris Verbum, in quem nec perturbationes, nec tristitia, nec omnino aliud quidquam ejusmodi cadebat, ad nostram tamen naturam se accommodavit, et se omni angore vacuum ostendit ingruente tentatione, per omnia se nostri similem esse declarans, non, ut quibusdam placet, umbram et spectrum in terra visum, sed hominem

Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν· ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἠτιμάσθη, καὶ οὐκ ἐλογίσθη.

Εἰπόντες, ὅτι καὶ Εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος, ἐν ποίᾳ καταστάσει τεθέανται προσώπου τὸν κηρυττόμενον, διαγγέλλουσι σαφῶς. Ἔοικε γὰρ ἀνθρώπῳ, φασὶν, ἐν πληγῇ μὲν ὄντι, γενναίως δὲ φέροντι μαλακίαν, τουτέστι κάκωσιν, ἤτοι τὸ πάσχειν κακῶς. Κατηφὲς γὰρ ἴσως τὸ τοῦ Σωτῆρος τεθέανται πρόσωπον, καὶ οἷον ἐν θορύβοις ὄντος καὶ πτοίαις, ἅτε δὴ καὶ μέλλοντος ἤδη παθεῖν τὸν ἐπὶ ξύλου θάνατον· ὅτε καὶ ἔφασκεν, ὁτὲ μὲν, ὅτι « Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται· » ὁτὲ δὲ πάλιν· D « Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. — Καὶ τί εἴπω; Πάτερ, σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἦλθον εἰς τὴν ὥραν ταύτην. » Ἔφη δέ τις καὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν, ὅτι γεγονότος ἐγγὺς τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν ἔμελλε παθεῖν, ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν. Καίτοι γὰρ φύσει Θεὸς ὑπάρχων ὁ μονογενὴς τοῦ Πατρὸς Λόγος, καὶ παθῶν, καὶ λύπης, καὶ πάντων ἁπαξαπλῶς τῶν τοιούτων ἀνεπίδεκτος ὤν, συνεχώρει τῇ καθ' ἡμᾶς φύσει τὸ μὴ ἀναλγήτως ἔχειν ἐμβάλλοντος τοῦ πειρασμοῦ, διὰ πάντων ἀποδεικνὺς, ὅτι γέγονε καθ' ἡμᾶς, καὶ οὐ, καθὰ φρονεῖν ἔδοξέ τισι, σκιὰ καὶ εἴδωλον ἦν ἐπὶ γῆς ὁρώμενος, καὶ αὐτόχρημα γέγονεν ἄνθρωπος. Ἀπέστραπται δὲ,

[51] Philipp. II, 7. [51a] Psal. XLIV, 3. [53] Joan. XII, 27. [53] Marc. XIV, 34. [54] Joan. XII, 27. [55] Matth. XXVI, 37.

Digitized by Google

φησὶ, τὸ πρόσωπον αὐτῷ. Τὸ δὲ, Ἀπέστραπται, ἀντὶ τοῦ, Κατῃσχύνθη, ἠτιμάσθη, καὶ οὐκ ἐλογίσθη. Πιλάτος μὲν γὰρ ἔπεμψε τὸν Ἰησοῦν πρὸς τὸν Ἡρῴδην· ὁ δέ γε, φησὶν, ἐξουθενήσας αὐτὸν ἀνέπεμψεν αὐτόν. Οὐ γὰρ ἐλογίσατο εἶναι τὸν Ἰησοῦν, ἠτιμάσθη δὲ καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, πεμπομένων δηλονότι τῶν πτυσμάτων, καὶ καταπαιόντων αὐτὸν τῶν τοῦ Πιλάτου στρατιωτῶν, καὶ λεγόντων· « Προφήτευσον ἡμῖν, Χριστὲ, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε. » Ἠτιμάσθη δὲ καὶ ἑτέρως, τὰς διὰ μαστίγων αἰκίας ὑπενεγκὼν, καὶ τὰ ἐκ τῶν ὑπηρετῶν ῥαπίσματα. Ἔφη γοῦν διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· « Τὸν νῶτόν μου δέδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. » Οὐκοῦν, ὡς ἔφην, ἐοίκασιν οἱ θεσπέσιοι προφῆται καθ' ὅρασιν δηλονότι τὴν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἰδεῖν τὸν Υἱὸν, ἤτοι τὸ αὐτοῦ πρόσωπον κατηφείας ἀνθρωποπρεποῦς οὐκ ἀπηλλαγμένον, ἄτε δὴ καὶ ἐνεστηκότος τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν ἔδει παθεῖν αὐτὸν, ἵνα τῷ θανάτῳ τῆς ἰδίας σαρκὸς καταργήσῃ τὸν θάνατον, ἀποστήσας τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν.

A revera exstitisse. Aversa est, inquit, facies ejus. Aversa, pro, confusa est, contempta, et non reputata. Pilatus enim misit Jesum ad Herodem; at ille, inquit, eum nihili factum remisit. Non enim reputavit esse Jesum. Contempta quoque fuit ejus facies, conjectis scilicet in eum sputis, et Pilati militibus eum pulsantibus ac dicentibus : « Prophetiza nobis, Christe, quis est qui te percussit [86]? » Contemptus est alio quoque modo, verbera ac supplicia subiens, et ministrorum alapas. Siquidem dixit voce **744** Isaiæ : « Tergum meum objeci verberibus, et maxillas meas alapis, faciem autem meam non averti a dedecore sputorum [86a]. » Vident ergo, ut dixi, divini prophetæ per visionem, scilicet, per Spiritum sanctum, videre Filium, vel faciem ejus, B a tristitia humana minime liberam, instante nimirum tempore quo eum pati oportuit : ut morte propriæ carnis mortem aboleret, et mundi peccatum tolleret.

Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει. Αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. Παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτὸν, τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. Πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν· ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη, καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν.

VERS. 4-6. *Hic peccata nostra portat, et pro nobis dolet : et nos putavimus illum in labore esse, et in plaga, et in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, et infirmus factus est propter iniquitates nostras. Disciplina pacis nostræ super eum, livore ejus nos sanati sumus. Omnes ut oves erravimus : homo in via sua erravit, et Dominus tradidit eum iniquitatibus nostris.*

C

Ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ γέγονεν ὑπήκοος τῷ Πατρὶ μέχρι θανάτου, καὶ τῆς Ἰουδαίων ἠνέσχετο δυσσεβείας, ἵνα, ὡς ἔφην ἄρτιος, ἀφέλῃ τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν, οὐδὲν εἰς τοῦτο κατορθοῦν ἰσχύοντος τοῦ νομικοῦ γράμματος, ἤτοι τῆς κατὰ νόμον λατρείας. Καὶ γὰρ ἦν ἀμήχανον αἷμα τράγων καὶ ταύρων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας. Ἔξω γε μὴν τῆς πύλης ἔπαθεν, ἵνα, ὡς ὁ Παῦλός φησι, διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος ἁγιάσῃ τὸν λαόν· πέπονθε γὰρ, οὐχ ὑπέρ γε μᾶλλον ἑαυτοῦ, πολλοῦ γε καὶ δεῖ, ἀλλ' ὑπὲρ πάσης τῆς ὑπ' οὐρανόν. Καὶ μαρτυρήσει γράφων ὁ πάνσοφος Παῦλος περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὅτι « Τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, ἵνα καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσηται. » Καὶ αὐτὸς δέ πού φησι διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος λύρας πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατέρα καὶ Θεόν· « Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. Ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ εὐδόκησας, τότε εἶπον· Ἰδοὺ ἥκω. Ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ, τοῦ ποιῆσαι, ὁ Θεὸς, τὸ θέλημά σου ἠβουλήθην. » Ἀνοήτου γὰρ οὔσης τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς εἰς τὸ ἀφελεῖν ἁμαρτίας τῆς κατὰ νόμον λατρείας, ἐπείπερ ἦσαν ἀδούλητοι τῷ Θεῷ βουθυσίαι τε καὶ προβάτων σφαγαὶ, προσκεκόμικεν ἑαυτὸν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ὑπὲρ ἡμῶν ὁ ἀμνὸς ὁ ἀληθινὸς, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· εἶτα τὸν τῆς σαρκὸς ὑπομείνας

Subivit crucem, ignominia contempta, Dominus noster Jesus Christus, et factus est obediens Patri usque ad mortem, et Judæorum impietatem sustinuit, ut, quemadmodum jam dixi, mundi peccatum auferret, cum nihil ad hoc legalis littera vel legis cultus conduceret. Nec enim possibile erat sanguinem taurorum et hircorum auferre peccata. Extra portam passus est, ut, sicuti Paulus ait [87], proprio sanguine populum sanctificaret : passus est enim non pro seipso, id enim longe abest a vero, sed pro tota sub cœli complexu terra. Et testificabitur etiam Paulus sapientissimus, scribens de Deo et Patre : « Proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, ut et cum ipso omnia nobis donaret [88]. » D Ipse item dicit per lyram Psaltæ ad Patrem et Deum in cœlis : « Sacrificium et oblationem noluisti : corpus autem perfecisti mihi. Holocausta et pro peccato non acceptasti, tunc dixi : Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut facerem, o Deus, voluntatem tuam volui [89]. » Nam cum legis cultus ad tollenda peccata terræ incolis parum prodesset : non enim Deo placebant boum mactationes, et ovium lanienæ : seipsum in odorem bonæ fragrantiæ pro nobis obtulit, **745** agnus verus, qui tollit peccatum mundi : deinde carnis morte perpessa, totum orbem sub cœli complexu liberavit et a morte et a peccato. Unus enim instar omnium

[86] Luc. XXII, 64. [86a] Isa. L, 6. [87] Hebr. XIII, 12. [88] Rom. VIII, 32. [89] Psal. XXXIX, 7-9.

Digitized by Google

passus est pro omnibus, ut omnium dominaretur et regnaret. Confirmabit etiam iterum Paulus, scribens : « Propter hoc Christus mortuus est et vixit, ut et mortuis et vivis imperitaret [60]. » Et iterum : « Unus pro nobis mortuus est, ut qui vivunt, non jam sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et excitatus [61]. » Recte igitur inquit prophcta : Hic in plaga positus, sciens ferre infirmitates, aversam habens faciem, contemptus, et non reputatus, nostra peccata fert, et pro nobis dolet, et nos putavimus eum in labore esse, et in plaga, et in afflictione. Specta mihi rursus quanto artificio prophetica in hoc loco progrediatur oratio. Fingitur enim persona eorum qui Christi ignorabant mysterium, qui existimabant ideo eum passum esse, ut suorum peccatorum pœnas solveret. Putavimus enim eum esse in labore, et in plaga, inquit, et in afflictione, id est, divinitus ei hoc contigisse arbitrati sumus ut pateretur, propter aliqua peccata, et hac de causa, ut in labore, et in plaga, et in afflictione versaretur. At sic res nequaquam se habet, sed vulneratus est propter peccata nostra, et infirmus factus est propter iniquitates nostras. Alias deinde rationes reddit, unde perspicuum est nostræ salutis et vitæ causa eum passum fuisse, qui peccatum non novit. Olim enim odiis et simultate a Deo dissidebamus, sacrosanctis ejus repugnantes legibus, et obedientiæ jugo non subjecti, ac ei servire renuentes. Sed erat, inquit, necesse verbere castigari nos, qui eo audaciæ prolapsi eramus, ut a vitiis recedentes, inimicitiam dirimeremus, pacemque cum Deo iniremus, submittendo ei cervicem, et id quod ei placet efficiendo. Sed hæc, inquit, disciplina, quæ inferenda erat potius peccantibus, ut Deo bellum inferre desinerent, in ipsum devenit. Idque, opinor, est : Disciplina pacis nostræ super eum. Sed planius horum verborum sensum exponit, mox subjungens : Livore ejus nos sanati sumus. Passus enim est, ut dixi, pro nobis. Omnes nos enim ut **746** oves erravimus, quisque via sua erravit, et Dominus eum tradidit pro nostris peccatis. Itaque erravimus nos, a Deo vivente defecimus, voluptates nostras consectantes. Atqui universorum Dominus, id est Deus et Pater, propter peccata nostra tradidit eum, ut nos a pœna absolveret, credentesque conservaret. Quod non ignorans Christus ipse ait : « Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam [62.63]. »

θάνατον, ὅλην ἠλευθέρωσε τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ θανάτου, καὶ ἁμαρτίας. Εἷς γὰρ ὁ πάντων ἀνταξιώτερος πέπονθεν ὑπὲρ πάντων, ἵνα πάντων κρατῇ τε καὶ βασιλεύῃ. Καὶ πιστώσεται πάλιν ὁ Παῦλος γράφων· « Διὰ τοῦτο Χριστὸς ἀπέθανε καὶ ἔζησεν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. » Καὶ πάλιν· « Εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. » Ὀρθῶς οὖν ὁ προφήτης φησὶν, ὅτι « Οὗτος ὁ ἐν πληγῇ ὢν ὁ εἰδὼς φέρειν μαλακίας, ὁ ἀπεστραμμένον ἔχων τὸ πρόσωπον, ὁ ἀτιμασθεὶς, καὶ μὴ λογισθεὶς, τὰς ἡμῶν ἁμαρτίας φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει. » Ἄθρει δή μοι πάλιν, μεθ' ὅσης εὐτεχνίας ὁ προφητικὸς ἐν τούτοις πρόεισι λόγος. Ὑποπλάττεται γὰρ πρόσωπον τῶν μὴ εἰδότων τὸ Χριστοῦ μυστήριον, οἰηθέντων δὲ ὅτι γέγονεν ἐν τῷ παθεῖν, ὡς ἰδίων ἁμαρτημάτων ἀποστήσων. Ἐλογισάμεθα γὰρ αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει, φησὶ, τουτέστιν, ἐνομίσαμεν θεήλατον ἐπ' αὐτῷ συμβῆναι τὸ πάθος, ὡς διά τινας ἁμαρτίας, ταύτης τε ἕνεκα τῆς ἁμαρτίας ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει γενέσθαι. Τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει ποθὲν, ἀλλ' ἐτραυματίσθη μᾶλλον διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. Εἶτα καὶ ἑτέρους ἀποδίδωσι λόγους, δι' ὧν ἔστιν ἰδεῖν, ὅτι τῆς ἡμετέρας ἕνεκα σωτηρίας, καὶ ζωῆς, γέγονεν ἐν τῷ παθεῖν ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν. Πάλαι μὲν γὰρ διειστήκειμεν εἰς ἔχθραν τῷ Θεῷ, τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ μαχόμενοι νόμοις, καὶ τὸν τῆς εὐπειθείας οὐχ ἑκόντες ζυγὸν, καὶ τὸ δουλεύειν αὐτῷ παραιτούμενοι. Ἀλλ' ἦν ἀναγκαῖον, φησὶ, μάστιγι παιδεύεσθαι τοὺς εἰς τοῦτο θράσους ὠλισθηκότας· ἵνα τῶν φαύλων ἀποφοιτήσαντες, καταλύσωμεν τὴν ἔχθραν, καὶ εἰρηνεύσωμεν πρὸς Θεὸν, διά γε τοῦ καθυφεῖναι μὲν αὐτῷ τὸν αὐχένα, πειρᾶσθαι δὲ κατορθοῦν τὸ ἀρέσκον αὐτῷ. Ἀλλ' αὕτη, φησὶν, ἡ παιδεία, ἣν ἐπενεχθῆναι μᾶλλον ἐχρῆν τοῖς ἡμαρτηκόσιν, ἵνα καταλλάξειαν (1) πολεμοῦντες Θεῷ, ἦλθεν ἐπ' αὐτάν. Καὶ τοῦτο, οἶμαι, τὸ, Παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν. Σαφέστερον δὲ καθίστησι τὴν τοῦ προκειμένου διάνοιαν, ἐπενεγκὼν εὐθὺς, Τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. Πέπονθε γὰρ, ὡς ἔφην, ὑπὲρ ἡμῶν. Πάντες μὲν γὰρ ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν· ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη, καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. Οὐκοῦν πεπλανήμεθα μὲν ἡμεῖς, ἀπέστημεν Θεοῦ ζῶντος, κατακολουθήσαντες ταῖς ἑαυτῶν ἡδοναῖς. Ὁ δέ γε τῶν ὅλων Κύριος, τουτέστιν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, διὰ τὰς ἡμῶν ἁμαρτία; παρέδωκεν αὐτὸν, ἵνα ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ δίκης, καὶ διασώσῃ πιστεύσαντας. Καὶ τοῦτο εἰδὼς αὐτὸς ἔφη Χριστός· « Οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔξῃ ζωὴν αἰώνιον (2). »

[60] II Cor. v. 14. [61] ibid. 15. [62] Joan. III, 16.

(1) Hunfr. legisse videtur : καταλήξειαν.

(2) Sequuntur in Vatic. cod. scholia duo, quorum prius sic habet : *Σχόλια εἰς τὸ, Ἐλογισάμεθα*. Ὑπελάμβανον αὐτὸν οἱ τῷ ξύλῳ προσηλωμένον ὁρῶντες, ὑπὲρ πλείστων ἁμαρτημάτων κολάζεσθαι, καὶ δίκας τινυόειν ὑπὲρ οἰκείων πλημμελημάτων. Διὸ καὶ μέσον αὐτὸν δύο κακούργων οἱ Ἰουδαῖοι προστήσαν, πονηρὰν αὐτῷ δόξαν κατασκευάσαι βουλόμενοι. Ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ προφήτου δίδ σκε, ὅτι αὐτὸς ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτία;

Digitized by Google

fidem et virtutem. Sed ecce jussum est erumpere et clamare. Solent autem id facere mulieres quæ in sella sunt, et pariunt: quas aiunt excitare obstetrices, interrita et alta voce exclamare, quo infans e matrice extrahatur, visceribus ad clamorem dilatatis. Hoc, opinor, est, «Erumpe et clama.» Incipe, inquit, parere, et quasi parturiens multos, parientibus convenientem semper clamorem subinde ede; tanquam mater vero futura innumerabilium populorum, voluptatem percipe spiritualem. Declarans vero hujus dicti sensum, universorum Deus infert, dicens: Quia plures filii desertæ, quam habentis virum. Familiare est igitur Scripturæ divinitus inspiratæ, desertam appellare viduam. Vidua autem fuit gentium multitudo. Non enim quidquam ei commercii fuit cum sermone; cum sermone, inquam, omnis veræ cognitionis et studiorum ad pietatem pertinentium satore: quem si quis quasi agricolam omnis creaturæ ratione præditæ dicat, a vero neutiquam aberrabit. Per ipsum enim omnis fructificatio spiritualis, tum in sanctis angelis, tum in nobis ipsis insita est. Itaque ante Servatoris adventum vidua erat et sterilis, ob eamque causam orba liberis. Sed postquam per fidem cœlestem sponsum accepit, plures liberos suscepit quam ea quæ virum habuit, id est, Judæorum Synagoga, **757** quam Deus adduxit per sapientissimum Moysem ad conjunctionem spiritualem, quam velut cohabitatricem et contubernalem fecit, ac multorum liberorum matrem et nutricem. Sed hæc liberis aucta est per Christum, et, sicuti propheta Jeremias ait, multos habet liberos. Plures enim, ut dixi, ejus quæ quondam sterilis erat, filii sunt, cui et illud dicit: «Dilata locum tentorii tui et tabernaculorum tuorum.» Nam quia bona et numerosa sobole præter opinionem prædita fuit, accepto de cœlo sermone sive sponso, necessario jubetur tabernacula sua in latitudinem et longitudinem extendere, et clavos figere, ut inconcussam Ecclesiæ gentium basim inde intelligas. Protendere funiculos, spatiosam et incomparabiliter divitem sanctarum Ecclesiarum amplitudinem subindicat, etiamsi primum tentorium omnino parvum fuerit, et atria habuerit angustissima. Verumtamen vel in illo opificio videre licet tanquam in figura ac typo descriptam Ecclesiæ gentium latitudinem, longitudinem et laxitatem. Nam circa decem aulæas (1) ex pellibus cilicinis confectas, aulæ positæ erant undique quatuor, veluti singulas orbis partes secantes, longitudine centum, latitudine quinquaginta. Propterea dicit: Adhuc in dextris et in sinistris expande, id est, undequaque funiculi tui amplientur. Plenus est sanctarum Ecclesiarum orbis terrarum: etenim sunt quoque bene magnæ, spatiosæ et bene longæ undique et pulcherrimæ. Sic enim dicit univer-

(1) Locus obscurus, et ni fallor corruptus, inquit Hunfredus.

Digitized by Google

sorum Deus, templo Hierosolymitano exstructo, post primum manibus Assyriorum exustum : « Quis ex vobis est qui vidit domum hanc in gloria sua priore? Et quomodo nunc, inquit, videtis ipsam, quasi non esset in oculis vestris? Vivo ego, dicit Dominus : quia major erit gloria domus hujus ultimæ, quam primæ, dicit Dominus omnipotens [93].» Nam templo quod Hierosolymis fuit multo plura et opulentiora per universum orbem terrarum ædificata sunt templa, id est, ecclesiæ, habentes altare in gloriam Christi augustum. Dilata igitur, inquit, locum tentorii tui, et tabernaculorum tuorum. Semen enim tuum gentes possidebit, et civitates vastatas inhabitabis. Plurimorum namque virorum sanctorum **758** et bonorum mater nutrix Ecclesia gentium fuit, ac multos principes atque præfectos populorum peperit : adeo ut multis gentibus dominaretur, eo quod illibatum mystagogiæ sermonem tradere potuit, et artificio pascendi non caruit. Quibus etiam ipse Servator, ut qui laudatam et probatam vitam traduxerant, sortem promittit, et in omne tempus futurum imperium populorum. Etenim in talentorum distributione, his qui duplicatum attulerunt quod datum erat : « Supra decem civitates eris [94], » inquit; alteri : « Eris supra quinque civitates [95]. » Semen ergo tuum hæreditario possidebit gentes. Convenire potest hoc, uti jam dixi, præfectis Ecclesiarum, qui etiam præ magno gaudio dicunt : « Subjecit populos nobis, et gentes pedibus nostris. Elegit nobis hæreditatem suam [96]. » Sors enim est quæ soli et vere quadrat Christo maxime, præesse universis. Propterea præcepit dicere, Rabbi, nemini : « Unus enim est, » inquit, « præceptor vester Christus [97]. » Sed quemadmodum cum ipse lux sit vera, lucem vocavit sanctos apostolos, et ut ipse natura et solus vere Filius, nobis in ipsum credentibus potestatem dedit Patrem vocandi Deum, utpote qui dignitate Filii locupletamur : sic etiam ipse cum sit universorum præceptor, et sortito habeat orbem terrarum, hoc dedit sanctis, eos coronans sua gloria, quia ipsius cooperarii exstiterint, et ingenui ac germani populorum moderatores, multos lucrati fuerint, abductis his per fidem qui creaturam supra ipsum coluerunt, et viam præstabilis vitæ non ignorarunt. Illud vero, Civitates vastatas inhabitabis, sic intelliges : Tanta enim inquit, multitudo seminis tui erit, ut civitates plenæ habitatoribus non suffecerint, sed ut vastas replere possint.

εἰς λῆξιν ἰοῦσαι κάλλους. Οὕτω γάρ πού φησιν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐγηγερμένου τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις, μετά γε τὸ διὰ τῆς Ἀσσυριων χειρὸς κατεμπρησθῆναι τὸν πρῶτον. « Τίς ἐξ ὑμῶν, ὃς εἶδε τὸν οἶκον τοῦτον ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ τῇ ἔμπροσθεν; Καὶ πῶς νῦν, φησὶν, ὁρᾶτε αὐτὸν, καθὼς οὐχ ὑπάρχοντα ἐνώπιον ὑμῶν; Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος, ὅτι μεγάλη ἔσται ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου, ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν πρώτην, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Τοῦ γὰρ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ὄντος ναοῦ, πολλῷ μείζους, καὶ πλούσιοι κατὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν ὠρθώθησαν ναοὶ, τουτέστιν ἐκκλησίαι, τὸ σεπτὸν ἔχουσαι θυσιαστήριον εἰς δόξαν Χριστοῦ. Πλάτυνον δὴ οὖν, φησὶ, τὸν τόπον τῆς σκηνῆς σου καὶ τῶν αὐλαιῶν σου. Τὸ γὰρ σπέρμα σου ἔθνη κληρονομήσει, καὶ πόλεις ἠρημωμένας κατοικιεῖς. Πλείστων μὲν γὰρ ὅσων ἀνδρῶν ἁγίων καὶ ἀγαθῶν μήτηρ καὶ τροφὸς ἡ ἐξ ἐθνῶν γέγονεν Ἐκκλησία, ἐκτέτοκε δὲ πολλοὺς ἄρχοντάς τε καὶ ἡγουμένους λαῶν· ὥστε καὶ ἐθνῶν καθηγεῖσθαι πολλῶν, διά τοι τὸ δύνασθαι τὸν ἀμώμητον τῆς μυσταγωγίας ποιεῖσθαι λόγον, καὶ ποιμενικῆς εὐτεχνίας οὐκ ἀμοιρεῖν. Οἷς καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, ἅτε δὴ τὴν εὐκλεᾶ καὶ εὐδόκιμον κατορθωκόσι ζωὴν, κλῆρον ἐπαγγέλλεται, καὶ εἰς αἰῶνα τὸν μέλλοντα τὸ καθηγεῖσθαι λαῶν. Ἐν γάρ τοι τῇ τῶν ταλάντων διανομῇ, τοῖς προσάγουσιν ἐν διπλῷ τὸ δοθὲν, « Ἴσο, φησὶν, ἐπάνω δέκα πόλεων· » ἑτέρῳ δὲ αὖ, « Ἴσο ἐπάνω πέντε πόλεων. » Οὐκοῦν ἔθνη κληρονομήσει τὸ σπέρμα σου. Πρέποι δ' ἂν τοῦτο, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, τοῖς ἡγουμένοις Ἐκκλησιῶν, εἴ δή καί φασιν ἐκ περιχαρείας τῆς ἄγαν· « Ὑπέταξε λαοὺς ἡμῖν, καὶ ἔθνη ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν. Ἐξελέξατο ἡμῖν τὴν κληρονομίαν ἑαυτοῦ. » Κλῆρος μὲν γὰρ ὁ μόνῳ καὶ ἀληθῶς πρεπωδέστατος Χριστῷ τὸ καθηγεῖσθαι τῶν ἄλλων. Διὰ τοῦτο καὶ προστέταχε μηδενὶ λέγειν· Ῥαββί· « Εἷς γάρ ἐστι, » φησὶν, « ὑμῶν καθηγητὴς ὁ Χριστός. » Ἀλλ' ὥσπερ φῶς ὑπάρχων αὐτὸς τὸ ἀληθινὸν, φῶς ἐκάλεσε τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, καὶ ὥσπερ αὐτὸς ὢν φύσει καὶ μόνος ἀληθῶς Υἱὸς, δέδωκεν ἡμῖν ἐξουσίαν τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, Πατέρα καλεῖν τὸν Θεὸν, ἅτε δὴ τὸ τῆς υἱότητος πλουτοῦσιν ἀξίωμα· οὕτω καὶ αὐτὸς ὑπάρχων τῶν ὅλων καθηγητὴς, καὶ κλῆρον ἔχων τὴν ὑπ' οὐρανὸν, δέδωκε τοῖς ἁγίοις τὸ χρῆμα, δόξῃ τῇ ἰδίᾳ στεφανῶν αὐτούς· ὅτι συνεργάται γεγόνασιν αὐτοῦ, καὶ γνήσιοι λαῶν κηδεμόνες κεκερδήκασι πολλοὺς, προσκομίσαντες αὐτῷ διὰ πίστεως τοὺς τῇ κτίσει παρ' αὐτὸν λατρεύσαντας, καὶ τῆς ἐξαιρέτου ζωῆς οὐκ εἰδότας τὴν ὁδόν. Τὸ δέ γε, Πόλεις ἠρημωμένας κατοικιεῖς, τοιῶσδε συνήσεις· Τοσαύτη γὰρ ἔσται, φησὶ, τοῦ σοῦ σπέρματος ἡ πληθὺς, ὥστε μηδὲ ἀρκέσαι τὰς πόλεις αὐτοῖς, τὰς τῶν οἰκητόρων μεμεστωμένας, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰς ἐρήμους δύνασθαι πληροῦν.

VERS. 4, 5. *Noli timere, quia confusa es : neque confundaris, quia exprobratum tibi est : confusionem enim æternam oblivisceris, et opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis; quia Dominus qui fa-*

Μὴ φοβοῦ, ὅτι κατῃσχύνθης, μηδὲ ἐντραπῇς, ὅτι ὠνειδίσθης· ὅτι αἰσχύνην αἰώνιον ἐπιλήσῃ, καὶ τὸ ὄνειδος τῆς χηρείας σου οὐ μὴ μνησθήσῃ· ὅτι Κύριος ὁ ποιῶν σε, Κύριος Σαβαὼθ

[93] Agg., II, 4, 10. [94] Luc. XIX, 17. [95] ibid. 19. [96] Psal. XLVI, 4, 5. [97] Matth. XXIII, 8.

Digitized by Google

δνομα αὐτῷ, καὶ ὁ ῥυσάμενός σε, αὐτὸς Θεὸς Ἰσραὴλ πάσῃ τῇ γῇ κληθήσεται.

cit te, Dominus Sabaoth nomen ei, et qui eruit te, ipse Deus Israel, Deus omnis terræ vocabitur.

Δεδικαιώμεθα μὲν ἐν Χριστῷ, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, ἃ ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος. Γράφει δὲ οὕτως ὁ πάνσοφος Παῦλος. Ἀπηλλάγμεθα γὰρ καὶ σκότους, καὶ πλάνης, καὶ ἀνοσιότητος πατροπαραδότου, καθὸ τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίστην λελατρεύκαμεν, καὶ τρόπος φαυλότητος ἦν οὐδεὶς ταῖς τῶν ἐθνῶν ἀγέλαις ἀνεπιτήδευτος· ὡς γάρ φησιν ὁ Ψαλμῳδός, « Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, οὐκ ἦν ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνός. » Ὀνειδισμὸς οὖν ἄρα τοῖς ἔθνεσι τὸ χρῆμα γέγονεν, αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ πεπλανῆσθαί φημι, καὶ τὰ ἐκ τοῦ πεπλανῆσθαι συμβαίνοντα βλάβη. Τί γὰρ οὕτως ἀσχήμονα καὶ ἀκαλλεστάτην, καὶ μυρίοις αἰτιάμασιν ἔνοχον ἀποφήνειεν ἂν τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν, ὡς τὸ ἀποστῆναι Θεοῦ ζῶντος, ἐλέσθαι δὲ προσκυνεῖν παρ' αὐτὸν τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ τοῖς τῆς ἁμαρτίας οἷά τινι πηλῷ καὶ βορβόρῳ ἐγκαθιέναι τέλμασιν; Ἀλλὰ τί φησιν ὁ φιλάνθρωπος τοῖς κεκλημένοις εἰς ἄφεσιν ἁμαρτίας διὰ πίστεως, Σῆλον δὲ ὅτι τῆς εἰς αὐτόν; Μὴ φοβοῦ, ὅτι κατῃσχύνθης. Ἐπειδὴ γὰρ ὅλως, καθὼς κατοικτείρει πατὴρ υἱοὺς, ᾠκτείρησε Κύριος τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, καὶ καθόσον ἀπέχουσιν ἀνατολαὶ ἀπὸ δυσμῶν ἐμάκρυνεν ἀφ' ἡμῶν τὰς ἀνομίας ἡμῶν· πῶς οὐκ ἔδει τοῖς πάλαι διεπταισμένοις, καὶ τὸν ἐπ' αὐτοῖς ἡμᾶς συναποπτύσαι φόβον, μνησικάκῳ χάριτι δικαιοῦντος Θεοῦ, καὶ οὐκ ἐξαιτοῦντος δίκας τὸν ἀλιτήριον; Καὶ γοῦν ἔφη Χριστὸς τῆς ἐπιδημίας τὸν καιρὸν εἰς ἡμερότητα καταδεικνύς· « Οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ. » Οὐκοῦν ὡς δίκης ἀπηλλαγμένοι, καὶ τὴν ἐν τοῖς πεπλημμελημένοις οὐ προσδοκῶντες κόλασιν, καὶ δειμάτων ἐλευθέραν ἐσχήκαμεν τὴν διάνοιαν, οὐδὲ τῶν προλαβόντων ὀνειδισμῶν μεμνήμεθα. Νικᾷ γὰρ ἡ χάρις δικαιοῦσα τὸν ἀσεβῆ, καὶ μώμου παντὸς ἀπαλλάττουσα τοὺς ἠλεημένους. Ὡς γὰρ ὁ πάνσοφος Παῦλός φησι, « Θεὸς ὁ δικαιῶν, τίς ὁ κατακρίνων; » Ἀμνησικακοῦντος δὲ τοῦ πάντων Δεσπότου, τίς ἡμῖν ὀνειδίσει τῶν ἐν ἀγνοίᾳ πταισμάτων τὸν ῥύπον; Ἐπιλήσῃ τοίνυν, φησὶν, αἰσχύνην αἰώνιον (ἀντὶ τοῦ, μακρὰν), καὶ τὸ ὄνειδος τῆς χηρείας σου οὐ μὴ μνησθήσῃ. Ὄνειδος δὲ χηρείας, τὸ μηδένα τρόπον καρποφορῆσαι Θεῷ τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἰσχύσαι ποτὲ, καθ' ὃν ἐπλανῶντο καιρόν. Οὐ γὰρ ἦν παρ' αὐτοῖς, ὡς ἔφην, ὁ ἐξ οὐρανοῦ νυμφίος, ὁ πνευματικῆς εὐκαρπίας δοτὴρ, ὁ σπερμάτων ἀγαθῶν ἐντιθεὶς ἁρμὰς ἑκάστῃ ψυχῇ. Καὶ γοῦν ἐν παραβολαῖς εὐαγγελικαῖς τοιοῦτον ἡμῖν ἑαυτὸν διαδείκνυσι, λέγων· « Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ. » Τίνα δὲ τρόπον ἀφανισθήσεται τὸ ὄνειδος τῆς χηρείας αὐτῆς, διατρανοῖ λέγων, ὅτι Κύριος ὁ ποιῶν σε, Κύριος Σαβαὼθ ὄνομα αὐτῷ. Τὸ δὲ, Ποιῶν σε, φησὶν, ἀντὶ τοῦ, κτίζων σε, καὶ μεταμορφῶν εἰς ἑτερότροπον πολιτείαν, καὶ εἰς εὐσχήμονα ζωὴν· μετα-

Justificati enim sumus in Christo, et **759** non ex operibus justitiæ quæ fecimus nos, sed ex magna ejus misericordia; nam sic scribit sapientissimus Paulus [96]. Liberati enim sumus a tenebris, et errore, et impietate a patribus tradita, quatenus creaturam præ Creatore coluimus, et gentium grex in nullo non vitiorum genere erat volutatus; ut et Psalmodus ait: « Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non erat qui bene faceret, ne unus quidem [97]. » Quod quidem ipsum probro datum est gentibus, error, inquam, et ex errore incommoda consecuta. Quid enim est quod hominis animam ita turpificatam, et invenustam, ac infinitis vitiis implicatam reddit, ut a Deo vivente deficere, et supra illum impuris spiritibus se prosternere, et in peccati velut lutum quoddam, ac cœnum et puteum dejicere? Sed quid dicit hominum amans his qui ad remissionem peccati, per fidem in ipsum scilicet, vocati sunt? Noli timere, quia confusa es. Nam cum omnino velut pater miseretur filiorum, sic misertus sit Dominus timentium se, et quantum distat ortus ab occasu longe removeat a nobis peccata nostra, quidni deceat nos qui quondam lapsi sumus omnem timorem exspuere, Deo gratia oblivionis justificante, et a scelerato pœnas non exigente? Siquidem Christus dixit adventus tempus ad clementiam spectare: « Non enim, » inquit, « misit Deus Filium suum in mundum ut judicet mundum, sed ut per ipsum mundus servetur [98]. » Quare velut pœna immunes facti, et delictorum supplicium non exspectantes, etiam libero ac terroribus vacuo animo fuimus, nec præcedentium opprobriorum meminimus. Vincit siquidem gratia, quæ justificat impium, et omni labe eos qui misericordiam consecuti sunt liberat. Ut enim sapientissimus Paulus ait: « Deus est qui justificat, quis est qui condemnet [99]? » Cum autem Dominus omnium obliviscatur, quis nobis sordes erratorum in ignorantia admissorum objiciet? Oblivisceris itaque, inquit, ignominiæ sempiternæ, pro, diuturnæ; et opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis. Probrum autem viduitatis erat, quod gentes nullum genus fructuum olim Deo potuerint edere, eo quo errabant tempore. Non enim erat apud eos, ut dixi, e cœlis sponsus spiritualis **760** fertilitatis dator, qui seminum bonorum occasiones cuique animæ inserit. Siquidem talem in evangelicis parabolis se esse ostendit, cum inquit: « Exiit qui serit ad serendum semen suum [100]. » Quomodo autem viduitatis ejus probrum amovebitur, exponit, dicens: Quia Dominus faciens te, Dominus Sabaoth nomen ei. Faciens, dicit, pro, condens te, et transformans ad aliusmodi vitæ institutum, et ad aliam vitam honestam.

[96] Tit. III, 5. [97] Psal. XIII, 3. [98] Joan. III, 17. [99] Rom. VIII, 33, 34. [100] Matth. XIII, 3.

Digitized by Google

Transmutamur enim in Christo ad novitatem vitæ sanctæ ac evangelicæ, subolescentes ad ejus formæ pulchritudinem per spiritum, ut deinceps nos alii ex aliis videamur. Dixit nimirum de gentibus voce Ezechielis : « Evellam cor eorum lapideum a carne eorum, et dabo illis cor carneum, ut me cognoscant, quod ego sim Dominus [1]. » Venturam autem ætatem et populum creandum, eos ex gentibus sæpe nominat divinus etiam David. Quin et sapientissimus Paulus : « Nos omnes, » inquit, « retecta facie gloriam Domini speculantes, ad ipsam imaginem transformamur a gloria in gloriam tanquam a Domini spiritu [2]. » Condidit igitur nos Christus, ceu duos populos, in unum novum hominem, faciens pacem, et utrumque apud Patrem reconcilians in uno corpore. Jubemur nimirum veterem hominem exuere, corruptum cupiditatibus erroris ; et novum induere, qui renovatus est ad imaginem ejus qui ipsum condidit, Christi videlicet. Ego igitur sum Dominus Sabaoth faciens te, inquit, id est, condens et refingens. Ne autem quidam propter rei magnificentiam diffiderent, Dominum exercituum sese iterum nominat, et utiliter et necessario. Quod etiam transformationis seu instaurationis tempus sit, declaravit, inquiens : Qui eruit te, ipse Deus Israel omni terræ vocabitur. At quando hoc effectum est ? adventus tempore scilicet. Imperavit enim Christus omnibus gentibus, idque Propheta docet, inquiens : Et erit Dominus unus, et nomen ejus unum circuiens omnem terram. Olim enim in sola Judæa notus erat Deus [3]. At postcaquam vocata est per fidem ad agnitionem ejus multitudo gentium : illi deinde flectet **761** se omne genu, et omnis lingua confitebitur esse Dominum Jesum Christum, in gloriam Dei Patris [4]. Deus igitur in omni terra vocabitur, qui eruit nos, et a sævitia diaboli exemit, propriisque sceptris subdidit. Idque docet beatus David, inquiens alicubi : « Omnes gentes, plaudite manibus, jubilate Deo Jacob : quia Dominus altissimus, terribilis, rex magnus super omnem terram [5]. » Alicubi rursus : « Dominus regnavit, exsultet terra [6]. »

στοιχειούμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ εἰς καινότητα ζωῆς ἁγίας καὶ εὐαγγελικῆς, ἀναβαίνοντες εἰς εὐμορφίαν αὐτοῦ διὰ πνεύματος, ὥστε καὶ ἑτέρους ἡμᾶς ἐξ ἑτέρων ὁρᾶσθαι λοιπόν. Ἔφη γοῦν περὶ τῶν ἐθνῶν διὰ φωνῆς Ἰεζεχιὴλ, ὅτι « Καὶ ἐκσπάσω τὴν καρδίαν αὐτῶν τὴν λιθίνην ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτῶν, καὶ δώσω αὐτοῖς καρδίαν σαρκίνην τοῦ εἰδέναι αὐτοὺς ἐμὲ, ὅτι ἐγὼ Κύριος. » Ἐρχομένην δὲ γενεὰν καὶ λαὸν κτιζόμενον τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἐπιστρέφοντας ὀνομάζει πλειστάκις. Καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος· « Ἡμεῖς δὲ πάντες, » φησὶν, « ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου πνεύματος. » Ἔκτισε τοίνυν ἡμᾶς ὁ Χριστὸς, ἤτοι τοὺς δύο λαοὺς εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάσσων τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι πρὸς τὸν Πατέρα. Καὶ γοῦν προστετάγμεθα τὸν μὲν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀποθέσθαι, τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, ἐνδύσασθαι δὲ τὸν νέον τὸν ἀνακαινούμενον κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτὸν, δῆλον δὲ ὅτι Χριστοῦ. Ἐγὼ τοίνυν εἰμὶ Κύριος Σαβαὼθ ὁ ποιῶν σε, φησὶ, τουτέστιν ὁ κτίζων καὶ ἀναμορφῶν. Ἵνα δὲ μὴ ἀπιστῆται πρός τινων διὰ τὸ μεγαλοπρεπὲς τοῦ πράγματος, Κύριον τῶν δυνάμεων ἑαυτὸν ὀνομάζει πάλιν, χρησίμως τε καὶ ἀναγκαίως. Τίς δὲ καὶ ὁ τῆς μεταμορφώσεως, ἤγουν ὁ τοῦ ἀνακτίζεσθαι καιρὸς, διεσάφησε λέγων, ὅτι Ὁ ῥυσάμενός σε, αὐτὸς Θεὸς Ἰσραὴλ πάσῃ τῇ γῇ κληθήσεται. Πηνίκα δὲ ὅλως καὶ τοῦτο κατώρθωται ; κατὰ τὸν τῆς ἐπιδημίας καιρὸν δηλονότι. Βεβασίλευκε γὰρ ὁ Χριστὸς ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ τοῦτο διδάσκει λέγων ὁ Προφήτης· Καὶ ἔσται Κύριος εἷς, καὶ ὄνομα αὐτοῦ ἓν κυκλοῦν πᾶσαν τὴν γῆν. Πάλαι μὲν γὰρ ἦν κατὰ μόνην τὴν Ἰουδαίαν γνωστὸς ὁ Θεός. Ἐπειδὴ δὲ κέκληται διὰ πίστεως εἰς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς, αὐτῷ λοιπὸν κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται· ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Θεὸς οὖν ἄρα ἐν πάσῃ τῇ γῇ κληθήσεται ὁ ῥυσάμενος ἡμᾶς, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου σκαιότητος ἐξελὼν, καὶ τοῖς ἰδίοις σκήπτροις ὑπενεγκών. Καὶ τοῦτο διδάσκει λέγων ὁ μακάριος Δαβὶδ, ποτὲ μὲν, ὅτι « Πάντα τὰ ἔθνη, κροτήσατε χεῖρας, ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ Ἰακώβ· ὅτι Κύριος ὕψιστος, φοβερὸς, βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν· » ποτὲ δὲ πάλιν, « Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. »

Vers. 6-8. *Non quasi mulierem derelictam et pusillanimem vocavit te Dominus : nec quasi mulierem a juventute odio habitam, dixit Deus tuus. Tempore modico dereliqui te, et cum misericordia magna miserebor tui. Ira brevi averti faciem meam a te, et in misericordia sempiterna miserebor tui, dixit qui eruit te Dominus.*

Οὐχ ὡς γυναῖκα ἐγκαταλελειμμένην καὶ ὀλιγόψυχον κέκληκέ σε Κύριος, οὐδὲ ὡς γυναῖκα ἐκ νεότητος μεμισημένην, εἶπεν ὁ Θεός· Χρόνον μικρὸν κατέλιπόν σε, καὶ μετὰ ἐλέους μεγάλου ἐλεήσω σε. Ἐν θυμῷ μικρῷ ἀπέστρεψα τὸ πρόσωπόν μου ἀπὸ σοῦ, καὶ ἐν ἐλέει αἰωνίῳ ἐλεήσω σε, εἶπεν ὁ ῥυσάμενός σε Κύριος.

Solet Scriptura divinitus inspirata derelictam mulierem, aliquibus de causis abjectam, appellare, cui lege Mosaica libellus repudii datus est ab ejus conjuge, odio habitam rursus, de turpitudine et levitate vitæ insimulatam. Cui etiam convenit pusillanimitatis crimen, ut quæ durare non posset, et

Ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ καταλελειμμένην γυναῖκα τὴν ἐπί τισιν αἰτίαις ἐκβεβλημένην ἀποκαλεῖν, ᾗ προσερρίπτετο κατὰ τὸν Μωσέως νόμον καὶ βιβλίον ἀποστασίου παρὰ τοῦ συνοικοῦντος αὐτῇ, μεμισημένην δὲ πάλιν ἐπ' ἀκοσμίᾳ καὶ ἀσέμνῳ ζωῇ διαβεβλημένην. Ἥπερ ἂν πρέποι καὶ τὸ τῆς ὀλιγοψυ-

[1] Ezech. xi, 19. [2] II Cor. iii, 18. [3] Psal. lxxv, 2. [4] Rom. xiv, 11 ; Philip. ii, 11. [5] Psal. xlvi, 2, 3. [6] Psal. xcvi, 1.

Digitized by Google

χίας αἰτίαμα, ὡς οὐ δυναμένῃ διαχαρτερεῖν, καὶ τῶν γαμικῶν ἀνέχεσθαι ζυγῶν, ἢ μεθισταμένην ἐφ' ἃ μὴ θέμις, καὶ ὀλιγώρως ἔχουσαν περὶ τὸ πληροῦν τὰ δσαπέρ ἐστι τελοῦντα πρὸς εὐκοσμίαν. Τοιαύτη τις γέγονεν ἡ τῶν Ἰουδαίων Συναγωγὴ περὶ τὸν τῶν ὅλων κρατοῦντα Θεόν. Προσηγάγετο μὲν γὰρ αὐτὴν πρὸς οἰκειότητα πνευματικὴν διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως, καὶ ὥς τινα γυναῖκα πορνεύσασαν ἐν Αἰγύπτῳ, διά γε τοῦ τὰ αὐτῶν ἐλέσθαι φρονεῖν, καὶ αὐτόθι λατρεῦσαι θεοῖς, μονονουχὶ καὶ εἰσοικισάμενος. Εἶτα τοῖς ἀρχαίοις τέλμασιν ἐγκαταπηδήσασαν, καὶ παλινδρομεῖν ἐθέλουσαν εἰς ἀπόστασιν (προσκεκύνηκε γὰρ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν), ἀπεώσατό τε καὶ ἀλλοτρίαν ἀπέφηνε τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος, καὶ ὥς τινα γυναῖκα μεμισημένην καὶ ὀλιγόψυχον, ἐξοικον ἐποιήσατο. Καὶ γοῦν ἔφη δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν πρὸς τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραήλ· « Κρίθητε πρὸς τὴν μητέρα ὑμῶν, κρίθητε, ὅτι αὕτη οὐ γυνή μου, κἀγὼ οὐκ ἀνὴρ αὐτῆς. Καὶ ἐξαρῶ τὴν πορνείαν αὐτῆς πρὸ προσώπου μου, καὶ τὴν μοιχείαν αὐτῆς ἐκ μέσου τῶν μαστῶν αὐτῆς, καὶ ἀποκτενῶ αὐτὴν ἐν δίψει, καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς οὐ μὴ ἐλεήσω, ὅτι τέκνα πορνείας ἐστίν· ὅτι ἐξεπόρνευσεν ἡ μήτηρ αὐτῶν, κατῃσχύνεν ἡ τεκοῦσα αὐτά. » Ὁποῖος δὲ γέγονεν αὐτῇ τῆς πορνείας ὁ τρόπος, διεσάφησε λέγων διὰ φωνῆς Ἰεζεχιήλ· « Υἱὲ ἀνθρώπου, οὐ κρινεῖς τὴν Ὁολὰν καὶ τὴν Ὁολιβὰν (τουτέστι τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν Σαμάρειαν), καὶ ἀναγγελεῖς αὐταῖς τὰς ἀνομίας αὐτῶν, ὅτι ἐμοιχῶντο, καὶ αἷμα ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν; [Τὰ ἐνθυμήματα αὐτῶν] ἐμοιχῶντο· καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν, ἃ ἐγέννησάν μοι, διήγαγον αὐτοῖ δι' ἐμπύρων. Ἕως καὶ ταῦτα ἐποίησάν μοι· Τὰ ἁγιά μου ἐμίαναν, καὶ τὰ Σάββατά μου ἐβεβήλουν, καὶ ἐν τῷ σφάζειν αὐτοὺς τὰ τέκνα αὐτῶν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, καὶ εἰσεπορεύοντο εἰς τὰ ἁγιάσματά μου τοῦ βεβηλοῦν αὐτά. » Ἦσαν μὲν γὰρ ἐν τῇ Σαμαρείᾳ δέκα φυλαί, καὶ τὸ ἥμισυ φυλῆς Ἐφραΐμ· ἐν δέ γε τοῖς Ἱεροσολύμοις Ἰούδα φυλή, καὶ τὸ ἥμισυ φυλῆς Βενιαμίν· ἀλλ' οὗτοί τε κἀκεῖνοι δεδυσσεβήκασιν οὐ μετρίως, μᾶλλον δὲ εἰς λῆξιν ἀπάσης ἐμβροντησίας ἀκαθέκτοις ὁρμαῖς διελάσαντες, τὰ ἐνθυμήματα αὐτῶν ἐμοιχῶντο· τουτέστιν, Ἅπερ ἐπένθησαν (1) αὐτοὶ εἴδωλα, ταῦτα μοιχείας ὥσπερ τινὸς καὶ πορνείας νοητῆς ἐποίουν πρόφασιν, ἀποστήσαντες ἑαυτῶν τὰς καρδίας τοῦ ἐν τάξει γυναικὸς παραλαβόντος Θεοῦ. Καὶ γοῦν ἔφη πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων Συναγωγὴν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ φωνῆς Ἱερεμίου· « Ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι, ἀπηναισχύντησας πρὸς πάντας· οὐχ ὡς οἰκόν μὲ ἐκάλεσας, καὶ πατέρα, καὶ ἀρχηγὸν τῆς παρθενίας σου; » Ἐκπορνεύσασαν τοίνυν τὴν τῶν Ἰουδαίων μητέρα, καταλελειμμένην γυναῖκα, καὶ ὀλιγόψυχον, ἐκ νεότητος μεμισημένην εἰκότως ἀποκαλεῖ· διαλέγεται δὲ πρὸς τὰ ἔθνη, καί φησιν οὐχ οὕτω κεκλῆσθαι καὶ αὐτὰ πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἡ καταλελειμμένη, καὶ ὀλιγόψυχος, καὶ ἐκ νεότητος μεμισημένη κέκληται

A nuptiale jugum amplecti, sed ad ea quæ fas non est, convertitur, et parvifacit perfunctionem eorum quæ ad dignitatem decusque pertinent. Talis fuit hæc Judæorum Synagoga erga Deum omnium rectorem. Adduxit enim eam ad conjunctionem spiritualem, per sapientissimum Moysem, etiam cum velut mulier quædam scortata fuisset in Ægypto, eo quod eadem cum illis sentiret, et diis illic serviret, eam tamen tantum non in domum recepit. Deinde cum in pristinas lacunas insiliisset, et denuo in apostasiam recurrere vellet, adoravit enim opera manuum suarum [8], repulit, et a conjunctione sua alienavit, et tanquam mulierem quamdam odiosam et pusillanimem foras exclusit. Siquidem apud quemdam sanctorum prophetarum dixit ad sanB guine Israelitico oriundos : « Litigate cum matre vestra, litigate, quia ipsa non uxor mea, neque ego sum maritus ejus. Auferam scortationem ejus a facie mea, et adulterium ejus **762** de medio uberum ejus, et interficiam eam siti, et filiorum ejus non miserebor, quia filii scortationis sunt : quippe mater eorum scortata est, dedecore notata est, quæ peperit eos [9]. » Cujusmodi autem fuerit scortationis modus, declaravit voce Ezechielis, dicens : « Fili hominis, an non judicabis Oolam et Olibam, id est, Jerusalem et Samariam, et annuntiabis eis iniquitates suas, quia meretricati sunt, et sanguis in manibus eorum, et meretricati sunt cogitationibus suis, et filios suos quos mihi genuerunt, ipsi per ignem traduxerunt. Et hæc fecerunt mihi : Sancta mea polluerunt, C Sabbata mea profanarunt : cum jugularent ipsi filios suos idolis suis, et ingrederentur in sancta mea ad polluenda ea [7]. » Fuerunt etenim in Samaria decem tribus, et dimidia tribus Ephraim. Hierosolymis, Juda tribus, et dimidia tribus Benjamin. Sed tum hi, tum illi haud mediocriter impietatem exercuerunt, imo ad omnis stupiditatis culmen effrenato impetu pervenerunt. Cogitationibus suis adulterarunt, id est, quæ ipsi excogitarunt idola, hæc in adulterii et scortationis cujusdam intelligibilis occasionem verterunt, corde suo deficientes a Deo, qui eos loco uxoris assumpsit. Nam dixit ad Synagogam Judæorum, universorum Deus, voce Jeremiæ : « Facies meretricis facta est tibi, depudusti ad D omnes. Nonne ad hoc usque tempus me vocasti, et patrem et ducem virginitatis tuæ [8]? » Matrem ergo Judæorum quæ scortata est, derelictam mulierem et pusillanimem, ab adolescentia odiosam, merito vocat. Cum gentibus autem disputat, aitque non sic eas ad agnitionem Christi vocatas esse, quemadmodum videlicet hæc derelicta, et parvo animo prædita, et ab adolescentia odio habita mulier, vocata est. Maxima enim est vocationis differentia. Judæorum namque Synagogæ excæcatio facta est ex parte, sicut inquit sapientissimus Paulus [9]. Et obtenc-

[8] Isa. II, 8. [9] Ose. II, 2-5. [7] Ezech. XXIII, 36-39. [8] Jer. III, 3, 4. [9] Rom. XI, 25.

(1) Legisse videtur Hunfred. ἐπενοή[θη]σαν.

Digitized by Google

brati sunt oculi eorum ne videant, et incurvata dorsa [10], id est, mentem curvam habuerunt, semper deorsum spectantem, et in res terrenas proclivem. At gentibus nihil ejusmodi evenit. Non enim oculi earum obtenebrati sunt, sed potius illustrati; non incurvatum est dorsum, sed intelligibiliter 763 erectum; nec servatæ sunt totius reliquiæ solum, ut in Israel, sed universa eorum multitudo per Christum irretita et capta est, et ad salutem adducta, atque ab erroris criminibus vindicata, ac e laqueorum peccati violentia elapsa. Vocata igitur est, non ut abjecta et odiosa mulier : sed, Modico tempore, inquit, dereliqui te, et in magna misericordia miserebor tui. Etenim superiore memoria, ut ait Christi discipulus, permisit Deus gentes in B vils suis ambulare [10a]; atque ea est, opinor, ad breve et exiguum tempus derelictio [11]. Etiamsi enim ad multum temporis durasse videatur, tamen sic in breve et exiguum momentum contrahitur. Multo igitur longius est tempus misericordiæ suæ et in infinita sæcula procurrit. Sic etiam intelliges id quod sequitur, nimirum, In ira modica averti faciem meam a te, et in misericordia sempiterna miserebor tui. Breve enim et contractum est iræ tempus, si ad longitudinem humanitatis nunquam finiendæ nobis a Deo datæ conferatur, qui nos et a potestate tenebrarum eruit, et ad regnum Filii dilectionis suæ, in lucem transtulit [11a]. Magna autem hæc misericordia per Christum merito intelligi debet, qui ab omnibus liberat sordibus, a supplicio et pœna eripit, ad conjunctionem cum ipso per sanctificationem reducit, et adoptionis filiorum ornamentis coronat, hæredesque regni cœlorum præstat.

Χριστοῦ νοοῖτο ἂν εἰκότως, ὃ καὶ παντὸς ἀπαλλάττει ῥύπου, κολάσεώς τε καὶ δίκης ἐκφέρει, καὶ ἀνακομίζει πρὸς οἰκειότητα τὴν πρὸς αὐτὸν δι' ἁγιασμοῦ, καὶ τοῖς τῆς υἱοθεσίας αὐχήμασι στεφανοῖ, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας καθίστησι κληρονόμους.

VERS. 9, 10. *Ab aqua, quæ fuit sub Noe, hoc mihi est : sicut juravi ei in tempore illo terræ me non succensurum tibi amplius, nec in comminatione tua montes translaturum, neque colles transmovebuntur, sic neque misericordia mea te deficiet, neque testamentum pacis meæ auferetur.*

Ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ ἐπὶ Νῶε τοῦτό μοί ἐστιν· ὅτι ὤμοσα αὐτῷ ἐν τῷ χρόνῳ ἐκείνῳ τῇ γῇ, μὴ θυμωθήσεσθαί ἐπὶ σοὶ ἔτι, μηδὲ ἐν ἀπειλῇ σου τὰ ὄρη μεταστήσεσθαι, οἱ δὲ οἱ βουνοὶ οὐ (1) *μετακινηθήσονται. Οὕτως οὐδὲ σοὶ τὸ παρ' ἐμοῦ ἔλεος ἐκλείψει, οὐδὲ ἡ διαθήκη τῆς εἰρήνης μου οὐ μὴ μετασταθῇ* (2).

In libris Moysis scriptum est manifeste, cum cuncta terra ad defectionem a Deo declinasset, et in D varia genera peccati intemperanter prolapsa fuisset, et in studii curandæ carnis cœnum incidisset, Deum, qui supra omnia est, hisce de rebus jure offensum dixisse : « Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt [12], id est, solum quæ carnalia sunt sapiunt. Quod abominabile est, et illi invisum, ac 764 omni impuritate refertum. Hinc, ut et Servatoris discipulus ait : « Prisco mundo non pepercit, sed omnes perdidit funditus, ac diluvium mundo impiorum induxit [12a]. » Solus autem Noe cum tota

Ἐν ταῖς Μωσέως βίβλοις γέγραπται σαφῶς, ὡς ἁπάσης τῆς γῆς ἀπονευσάσης εἰς ἀπόστασιν τὴν ἀπὸ Θεοῦ, καὶ ἀσχέτως κατενηνεγμένης εἰς πολύτροπον ἁμαρτίαν, καὶ τοῖς τῆς φιλοσαρκίας ἐμπαρείσης τέλμασιν· ὁ ἐπὶ πάντων Θεός, ἐπ' αὐτοῖς δὴ τούτοις εἰκότως λελυπημένος, « Οὐ μὴ καταμείνῃ, » φησί, « τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας, » τουτέστιν, ἐν μόνῳ φρονήματι σαρκικῷ· βδελυρὸν δὲ τοῦτο καὶ ἀπηχθημένον αὐτῷ, καὶ ἀκαθαρσίας ἁπάσης ἔμπλεων. Ταύτῃτοι, καθά φησι τοῦ Σωτῆρος ὁ μαθητής, « Καὶ ἀρχαίου κόσμου οὐκ ἐφείσατο, ἄρδην δὲ πάντας ἀπολώλεκε, κατα-

[10] Rom. xi, 10. [10a] Act. xiv, 15. [11] Rom. xi, 32. [11a] Col. i, 13. [12] Gen. vi, 3. [12a] II Petr. ii, 6.

(1) LXX, οὐδὲ οἱ βουνοί σου.

(2) Iidem, σου οὐ μὴ μεταστῇ.

Digitized by Google

κλυσμὸν κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπάξας· » σέσωσται δὲ πανοικὶ μόνος ὁ Νῶε, ξένιον εὐπειθείας καὶ ὑπακοῆς τὸ χρῆμα κερδαίνων. Ἐπειδὴ δὲ λωφήσαντος τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ τῆς τῶν ὑδάτων πληθύος συνεσταλμένης, ἐξῆλθε τῆς κιβωτοῦ, τέθυκέ τε καὶ ὠσφράνθαι φησὶν αὐτὸν ὀσμὴν εὐωδίας τὸ Γράμμα τὸ Ἱερόν· εἶτα τῷ δικαίῳ κατεπαγγείλασθαι τὸ μηκέτι κατακλυσμὸν ἐπάξειν ὅλῃ τῇ γῇ. Οὐκοῦν ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ ἐπὶ Νῶε, φησὶ, τοῦτό μοί ἐστι, τουτέστιν, ὡρίσθη τοῦτο, καὶ κεκράτηκε παρ' ἐμοὶ τὸ μηκέτι θυμωθήσεσθαι πάσῃ τῇ γῇ, μήτε μὴν τοῖς ἀνθρωπίνοις φιλονεικῆσαι πταίσμασι, καὶ μίαν κατὰ πάντων ὁρίσαι δίκην. Ὑπεμφαίνει δὲ διὰ τούτων τῶν λόγων, ὅτι καὶ ἐν καιρῷ καθ' ὃν ἐπέλαμψεν ἐν τῷ κόσμῳ Χριστὸς, ἁπάσης ὥσπερ τοῖς τῆς ἀπάτης βρόχοις ἐνειλημμένης, καὶ πάντων ἐκκεκλικότων, καὶ τὸν μὲν φύσει Θεὸν οὐκ εἰδότων, λελατρευκότων δὲ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν, καὶ ταῖς τῶν δαιμονίων ἀγέλαις ὑπεζευγμένων, θείᾳ ψήφῳ πάντας ἐχρῆν τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην ὑπομεῖναι κόλασιν. Ἔνθα γὰρ ὅλως ἰσοπαλῆ τὰ ἐγκλήματα, ἐκεῖ που πάντως εἴη ἂν οὐκ ἀπεοικὸς τὸ ἰσορρόπως κολάζεσθαι τοὺς κατεγνωσμένους. Ἀλλὰ παρίημι τοῦτο, φησὶ, καὶ μένει βέβαιον παρ' ἐμοὶ τὸ ἐπηγγελμένον· ὥσπερ δέ φησιν· Οὐκ ἂν ἐν θυμῷ μεταστήσαιμι τὰ ὄρη, οὐδ' ἂν σαλεύσαιμι τοὺς βουνοὺς, τουτέστιν, οὐκ εἰς ἕτερόν τι σχῆμα μεταβαλῶ τὴν γῆν, οὐδὲ πρόωρον ἐποίσω τὴν καινουργίαν αὐτῇ· οὕτως οὐδὲ τὸ παρ' ἐμοῦ σοι ἔλεος ἐκλείψει, οὐδὲ ἡ διαθήκη τῆς εἰρήνης μου οὐ[μὴ] μεταστα θῇ· ὁ δὲ τῆς εἰρήνης βραβευτὴς, καὶ τῆς διαθήκης εἴη ἂν ἕτερος οὐδεὶς παρὰ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, κατὰ τὰς Γραφὰς, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν οἰκειότητα τὴν πνευματικὴν πλουτοῦντες ἐμπεπλήσμεθα παντὸς ἀγαθοῦ. Καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ διὰ Ἡσαΐου σαφῶς εἰρημένον πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς Πατέρα καὶ Θεόν· « Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰρήνην δὸς ἡμῖν· πάντα γὰρ ἀπέδωκας ἡμῖν. » Οὐκοῦν ἐν Χριστῷ διαθήκην εἰρήνης κεκερδήκαμεν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ· καὶ Πατρός· συνήφθημεν γὰρ αὐτῷ διὰ μέσου τοῦ Χριστοῦ, καὶ αὐτὸς τὴν διασπάσασαν ἡμᾶς ἐκ μέσου τέθεικεν ἁμαρτίαν, ἵνα μηδὲν κέοιτο τοῖς πρὸς Θεὸν ἰοῦσιν ἐμποδών. Γέγραπται γοῦν, ὅτι « Ὁδὸς εὐσεβῶν εὐθεῖα ἐγένετο, καὶ παρεσκευασμένη ἡ ὁδὸς τῶν εὐσεβῶν, » τρεχόντων δηλονότι κατ' οἰκειότητα τὴν πρὸς Θεὸν, μεσιτευούσης εἰς τοῦτο τῆς ἀπάντων εἰρήνης, δῆλον δὲ ὅτι Χριστοῦ.

familia servatus est, xenium quasi ac munus obedientiæ et obtemperationis lucrifaciens. At ubi cessasset diluvium, aquarum vi diminuta, egressus est ac sacrificavit, et, ut narrant sacræ Litteræ, odoratus est odorem suavitatis : deinde justo huic denuntiat, se non inducturum universæ terræ diluvium[13]. Itaque ab aqua, inquit, tempore Noe istud mihi est, id est, definitum et ratum est apud me, non amplius succensere universæ terræ, nec humanis indignari lapsibus, nec unum in omnes supplicium statuere. Iis verbis subindicat, tempore quo illuxit mundo Christus, tota terra velut laqueis erroris occupata, ac omnibus deficientibus, ac natura Deum ignorantibus, servientibusque manuum suarum operibus, ac gregi dæmoniorum subjugatis, oportuisse divino calculo omnes veterem illam et antiquam pœnam subire. Ubi enim paria omnino sunt crimina, ibi utique consentaneum est condemnatos æquali pœna affici. Cæterum, inquit, hoc ego prætermitto, et firmum manet apud me quod promissum est, ac dicit quodammodo : Non amplius in furore montes transferam, non colles concutiam, id est, non in aliam formam mutabo terram, nec intempestam ei mutationem inducam. Sic neque mea deficiet misericordia, nec testamentum pacis meæ transferetur. Pacis autem administer et fœderis alius esse nemo potest, præter Dominum nostrum Jesum Christum. Ipse enim est pax nostra, secundum Scripturas[13a], et cum ipso conjunctionem spiritualem abunde possidemus, omnique bono repleti sumus ac cumulati. Atque hoc est quod per Isaiam dictum est manifeste ad cœlestem Patrem ac Deum : « Domine Deus noster, pacem da nobis. Omnia enim dedisti nobis [14]. » Itaque per Christum lucrifecimus testamentum pacis apud Deum et Patrem : ei namque conjuncti sumus et copulati per medium Christum, qui peccatum quod nos sejunxit, e medio sustulit, **765** ne ullum euntibus ad Deum injiceretur impedimentum. Scriptum est enim : « Via piorum recta facta est, et præparata via piorum [14a], » currentium scilicet ad hanc, quæ cum Deo est, conjunctionem, intercedente ad hoc omnium pace, videlicet Christo.

Εἶπε γὰρ Κύριος, Ἵλεώς σοι. Ταπεινὴ καὶ ἀκατάστατος οὐ παρεκλήθης.

Dixit enim Dominus, Propitius ero tibi. Humilis et instabilis, non habuisti consolationem.

Ἀγαθὸς ὢν φύσει καὶ ἀσυγκρίτως φιλάνθρωπος ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἀφορμὰς ἀεί πως συλλέγει πρός γε τὸ δεῖν ἀμνησικάκως χάριτι δικαιοῦν τοὺς ἡμαρτηκότας. Οὐ γὰρ βούλεται τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ μᾶλλον, ὡς τὸ ἀποστρέψαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ζῆν αὐτόν. Οὐκοῦν αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἵλεως ἔσται σοι, φησί. Καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν; Πρῶτον, ὅτι Χριστός ἐστι καὶ ἐπιεικὴς, ἀγαθός τε καὶ πολυέλεος· εἶτα ὅτι γέγονας ταπεινὴ καὶ ἀκατάστατος. Ἔνεστι δὲ ταῦτα ἰδεῖν ταῖς τῶν πλανωμένων

Bonus natura et incomparabiliter humanus universorum Deus occasiones semper conquirit ut gratia quæ oblivionem inducit, justificet eos qui peccaverunt. Non enim vult mortem peccatoris, sed ut avertat se a via mala, ac vivat [15]. Dicit ergo : Ipse universorum Deus propitius erit tibi. At qua de causa? Primum quia benignus est et clemens, bonus et multum misericors ; dein, quia exstitisti humilis et instabilis. Hæc autem videre est, mentes errantium tanquam morbum quemdam infestare. Abjectæ

[13] Gen. VIII, 20, 21. [13a] Ephes. II, 14. [14] Isa. XXVI, 12. [14a] Prov. IV, 27. [15] Ezech. XVIII, 32.

Digitized by Google

sunt enim valde, id est, humiles, et proculcatæ, et tanquam humi repentes, ac conculcare volentibus prostitutæ, cum sanctorum cor non ita se habeat. Nec enim sunt eorum animi dæmonum incursionibus pervii, seu elati, et fœdis cupiditatibus non subjecti. Sed abjectum est, ut dixi, cor errantium : et præterea etiam instabile, eo quod ebrii sint quodammodo, et vacillent, feranturque præcipites in cupiditates lege divina notatas ac taxatas, ac pro vitiis condemnatas. Circumferuntur enim tanquam omni flatu et, ut Paræmiastes dicit[15a], fluctuationem cupiditatum subeunt. Quod universorum Deus criminatus est evenisse Jerusalem, eo quod in errores dæmonum prolapsa esset, dicens : Cupiditatibus animæ suæ tanquam vento agitata est. Vento igitur circumlata anima, utique est etiam inconstans. Qui vero adhærent Deo, morbum hunc fugiunt, ut qui perniciem afferat, et gratulatorias odas referunt, tanquam a malo liberati. Dicunt enim : « Statuit super petram pedes meos, et direxit gressus meos[15b]. » A Deo quoque dictum est matri Judæorum : « Statue teipsam, o Sion[16]. » Et Paulus sapientissimus in Epistola scribit ad quosdam : « Qui sibi videtur stare, videat ne cadat[16a]. » **766** Caret ergo sacris ornamentis errantium anima. Nec enim est constans. Sed, ut dixi, quoniam misericors est universorum Conditor, defendit quodammodo eam cui hoc accidit, et inquit : Consolatione destituta es. Plurimum enim consolationis habebant Israelitæ a Deo, quæ illos spirituali robore confirmavit, et ad cognitionem ejus quod utile est et ad salutem necessarium adduxit. Nam data est illis lex per Moysem, et sanctorum prophetarum chorus exhibitus est, cœlestibus rivulis eos influens et inundans, Deo illis uberrimam consolationem instar pluviæ immittente. Sed nemo sanctorum unquam gentes allocutus est, nec legis Mosaicæ pædagogia institutæ sunt, sed et propheticarum orationum expertes omnino manserunt. Itaque consolatione destituta est. Idque clare demonstratum est in evangelica parabola qua usus est Christus, ut qui conducit operarios in vineam suam, quod hora prima, et tertia, sexta et nona fecit. Ad horam autem undecimam, cum alios stantes otiosos invenisset, dixit eis : « Quid hic statis totum diem otiosi ? Cui illi : Nemo, inquiunt, nos conduxit[16b]. » Nec enim quisquam vocavit gentium multitudinem, nisi solus vineæ Dominus novissimis temporibus.

διανοίαις, καθάπερ τινὰ νόσον ἐνσκήψαντα. Ταπειναὶ γὰρ λίαν, τουτέστι χθαμαλαὶ καὶ πεπατημέναι, καὶ οἷον χαμαιβρῆφεῖς αὗται, καὶ τοῖς ἐθέλουσιν ἐγκεῖσθαι πρὸς καταπάτημα, τῆς τῶν ἁγίων καρδίας ὡς οὐχ οὕτως ἐχούσης ποθέν. Οὐ γάρ εἰσι βάσιμοι ταῖς τῶν δαιμονίων ἐφόδοις, ἀνῳκισμέναι δὲ ὥσπερ καὶ ταῖς ἐκτόποις τῶν ἐπιθυμιῶν ὑποκεῖσθαι μὴ ἀνεχόμεναι. Ταπεινὴ δὲ, ὡς ἔφην, ἡ τῶν πλανωμένων καρδία, καὶ πρός γε τούτῳ καὶ ἀκατάστατος, διά τοι τὸ μεθύειν τρόπον τινὰ, καὶ κατασείεσθαι πρὸς ἐπιθυμίας τὰς τῷ θείῳ νόμῳ διαβεβλημένας, καὶ ταῖς εἰς φαυλότητα ψήφοις καταδεδικασμένας. Περιφέρονται γὰρ ὥσπερ παντὶ πνεύματι, καὶ, καθά φησιν ὁ Παροιμιαστὴς, ῥεμβασμὸν ἐπιθυμιῶν ὑπομένουσιν. Ὅπερ παθοῦσαν τὴν Ἱερουσαλὴμ, διὰ τὸ προσνεῦσαι ταῖς τῶν δαιμονίων ἀπάταις, ἠτιᾶτο λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεός· Ἐν ἐπιθυμίαις ψυχῆς αὐτῆς ἐπνευματοφορεῖτο. Πνευματοφορουμένη δὲ ψυχὴ, πάντως που καὶ ἀκατάστατος. Καὶ γοῦν οἱ Θεῷ προσκείμενοι φεύγουσι τὴν νόσον, ὡς ὀλέθρου πρόξενον, καὶ δὴ καὶ χαριστηρίους ᾠδὰς ἀναφέρουσιν, ὡς ἀπηλλαγμένοι τοῦ κακοῦ· φασὶ γὰρ, ὅτι « Ἔστησεν ἐπὶ τὴν πέτραν τοὺς πόδας μου, καὶ κατεύθυνε τὰ διαβήματά μου. » Εἴρηται δὲ παρὰ Θεοῦ καὶ πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων μητέρα· « Στῆσον σεαυτὴν, Σιών. » Καὶ μὴν καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος ἐπιστέλλει τισίν· « Ὥστε ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ. » Ἔξω δὴ οὖν τῶν ἁγιοπρεπῶν αὐχημάτων ἡ τῶν πλανωμένων ψυχή. Καὶ γάρ ἐστιν ἀκατάστατος. Ἐπειδὴ δὲ οἰκτίρμων ἐστὶν, ὡς ἔφην, ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, ὑπεραπολογεῖται τρόπον τινὰ τῆς τοῦτο παθούσης, καί φησιν· Οὐ παρεκλήθης. Τοῖς μὲν γὰρ ἐξ Ἰσραὴλ πλείστη γέγονε παρὰ Θεοῦ παράκλησις, εἰς εὐρωστίαν αὐτοὺς ἀναφέρουσα τὴν πνευματικὴν, καὶ τὴν τοῦ χρησίμου καὶ ἀναγκαίου πρὸς σωτηρίαν εἰσφέρουσα γνῶσιν. Δέδοται γὰρ αὐτοῖς νόμος ὁ διὰ Μωσέως, καὶ προφητῶν ἁγίων ἀνεδείχθη χορὸς, τοῖς ἐξ οὐρανοῦ νάμασιν ἐπικλύζων αὐτοὺς, καὶ παράκλησιν ἀφθονοτάτην ὑετοῦ δίκην καθιέντος αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ· τοῖς γε μὴν ἔθνεσι προσλελάληκεν οὐδεὶς τῶν ἁγίων παντελῶς· οὔτε γὰρ πεπαιδαγώγηται νόμῳ τῷ διὰ Μωσέως, ἀπείρατοι δὲ παντελῶς καὶ προφητικῶν μεμενήκασι λόγων. Οὐκοῦν οὐ παρεκλήθη. Καὶ τοῦτο δέδεικται σαφῶς διὰ τῆς εὐαγγελικῆς παραβολῆς· ἔφη γάρ που Χριστὸς, ὡς ὁ μισθούμενος τοὺς ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ, πέπραχε μὲν τοῦτο περὶ πρώτην, καὶ τρίτην, ἕκτην τε καὶ ἐννάτην ὥραν. Περὶ δέ γε τὴν ἑνδεκάτην ὥραν, εὑρὼν ἑτέρους ἑστῶτας ἀργοὺς, ἔφη πρὸς αὐτούς· « Τί ὧδε ἑστήκατε ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοί ; » Οἱ δὲ πρὸς τοῦτο ἔφασαν τὸ, « Οὐδείς ἡμᾶς ἐμισθώσατο. » Ἐκάλεσε γὰρ οὐδεὶς τῶν ἐθνῶν τὴν πληθὺν, πλὴν ὅτι μόνος ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ὁ τοῦ ἀμπελῶνος δεσπότης.

VERS. 11–13. *Ecce ego præparo tibi carbunculum lapidem tuum, et fundamenta tua sapphirum, et ponam propugnacula tua jaspin, et portas tuas lapides crystalli, et murum tuum lapides electos, et omnes filios tuos discipulos Dei, et in multa pace filii tui.*

Ἰδοὺ ἐγὼ ἑτοιμάζω σοι ἄνθρακα τὸν λίθον σου, καὶ τὰ θεμέλιά σου σάπφειρον, καὶ θήσω τὰς ἐπάλξεις σου ἴασπιν, καὶ τὰς πύλας σοὺ λίθους κρυστάλλου, καὶ τὸν περίβολόν σου λίθους ἐκλεκτούς, καὶ πάντας τοὺς υἱούς σου διδακτοὺς Θεοῦ, καὶ ἐν πολλῇ εἰρήνῃ τὰ τέκνα σου.

[15a] Sap. IV, 4. [15b] Psal. XXXIX, 3. [16] Baruch, V, 5. [16a] I Cor. X, 12. [16b] Matth. XX, 6.

Digitized by Google

Ἄθρει δή μοι πάλιν τοῦ λόγου τὸ εὐτεχνὲς, καὶ τῶν ἐννοιῶν τὸ εὐμήχανον. Διαλέγεται μὲν γὰρ ὡς ὅσον οὐδέπω πόλεως ὀφθησομένης τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας μεγαλοπρεποῦς τε καὶ περικαλλεστάτης, λίθοις γε μὴν τοῖς ὅτι μάλιστα διαπρεπεστάτοις ἐξωραϊσμένην ἀποφανθήσεσθαι λέγει. Θήσω γὰρ, φησὶν, ἄνθρακα τὸν λίθον σου. Ἔοικε δὲ διὰ τούτων καταση μαίνειν βουλεσθαι τὸν Ἰησοῦν, ὃν δὴ τεθεῖσθαί φησι τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν, εἰς ὃν εἴ τις πιστεύσειεν, οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Ἄνθρακα μὲν αὐτὸν ἐν τούτοις ὀνομάζει. Διαμέμνηται δὲ καὶ ἑτέρως αὐτοῦ διὰ προφητῶν ἁγίων. Ἔφη γοῦν διὰ φωνῆς Ἀμώς· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἐντάσσω ἀδάμαντα ἐν μέσῳ λαοῦ μου Ἰσραήλ. » Διὰ δέ γε φωνῆς Ζαχαρίου· « Ἰδοὺ ἐπάγω ἐπὶ τὸν δοῦλόν μου ἀνατολήν· διότι λίθος ὃν δέδωκα πρὸ προσώπου Ἰησοῦ, ἐπὶ τὸν λίθον τὸν ἕνα ἑπτὰ ὀφθαλμοί εἰσιν. » Ἐνεστι γὰρ τὰ πανταχοῦ δύνασθαι καθορᾶν τῷ παντεπόπτῃ Χριστῷ. Τέθειται τοίνυν ὁ ἄνθραξ εἰς λίθον καὶ ἀκατάσειστον ὑποβάθραν τῆς πόλεως τῆς ἁγίας. Ἐπ' αὐτῷ δὲ λίθοι σαπφείρου, τάχα που τὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων στῖφος ὑποσημαίνοντες. Ἐγγύτεροι γὰρ οὗτοι Χριστοῦ, καὶ οἷόν τινες θεμέλιοι μετ' αὐτὸν γεγόνασι τῆς ὑπ' οὐρανόν. Οὕτω πού φησιν ὁ Δαβὶδ ἐν ἑπτακαιδεκάτῳ ψαλμῷ, ὅτι « Ὤφθησαν αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων, καὶ ἀνεκαλύφθησαν τὰ θεμέλια τῆς οἰκουμένης, ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου, Κύριε, ἀπὸ ἐμπνεύσεως πνεύματος ὀργῆς σου. » Ἐπιτημηθέντων γὰρ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ τῷ πνεύματι τῆς θείας ὀργῆς ὑπενηνεγμένων, ἐπεί τοι πεπαρῳνήκασιν εἰς Χριστὸν, ὤφθησαν αἱ τῶν ὑδάτων πηγαὶ, τουτέστιν ἡ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος κάθαρσις, ἐμφανῆ δὲ γεγόνασι καὶ τὰ θεμέλια τῆς οἰκουμένης, τουτέστι πάλιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ ἀπόστολοί τε καὶ εὐαγγελισταί. Θήσω δὲ, φησὶ, καὶ τὰς ἐπάλξεις σου ἴασπιν, καὶ τὰς πύλας σου λίθους κρυστάλλου, καὶ τὸν περίβολόν σου λίθους ἐκλεκτούς. Ἐπάλξεις, καὶ πύλας, καὶ περίβολον ὀνομάζων τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν τὸ θεοφιλὲς, καὶ σοφώτατον σύστημα, οἳ καὶ προμαχῶνές εἰσι καὶ πύλαι τῆς πόλεως τῆς ἁγίας, περίβολοί τε καὶ τεῖχος. Μάχονται μὲν τοῖς πολεμεῖν ἐθέλουσιν αὐτὴν, ἤτοι τοὺς ἐν αὐτῇ, τουτέστι τὴν τῶν διὰ πίστεως σεσωσμένων πληθὺν ἀντεξάγοντες ἐμφρόνως τοῖς τῶν ἀνοσίων αἱρέσεων εὑρεταῖς, καὶ ταῖς τοῦ διαβόλου δυστροπίαις ἀνθιστάμενοι, καὶ τῶν σεσωσμένων οὐδένα περιπίπτειν που τῆς σκαιότητος συνεχῶς ἐπιτρέποντες, καὶ οἷον ἐν τάξει εἰσκομίζοντες εἰς θεογνωσίαν τοὺς ἐξ ἀπάτης Ἑλληνικῆς, περιφράττοντές τε καὶ περιβάλλοντες νουθεσίαις αὐτοὺς καὶ μυσταγωγίαις, ὥστε καὶ ἀλήπτους εἶναι, καὶ δυνάμεσι πονηραῖς, καὶ βωμολοχίαις ψευδοδιδασκάλων, οἳ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως τὸν ἰὸν ἐκχέουσι ταῖς τῶν ἀκεραιοτέρων ψυχαῖς. Ἔθος δὲ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ λίθοις πολυτελεστάτοις ἀφομοιοῦν ἐσθ' ὅτε τοὺς τὴν ἁγίαν ἔχοντας ζωὴν, καὶ πολυειδέσιν ἀρεταῖς ἐμπρέποντας. Καὶ γοῦν ἔφη που περὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ὅτι

Specta mihi rursus orationis artificium, et bellam sententiarum structuram. Disserit enim de civitate velut quæ modo non futura est Ecclesia gentium, quæ magnifica apparebit et illustrissima : quam dicit lapidibus insignissimis exornandam. Ponam enim, inquit, carbunculum lapidem tuum. Videtur autem hisce verbis Jesum velle significare, quem Scriptura sacra dicit in fundamenta Sion esse positum : in quem si quis crediderit, non pudefiet [17]. Hunc nominat hic carbunculum. Aliter quoque ejus **767** fit mentio in sanctis prophetis. Siquidem dixit voce Amos : « Ecce ego constituo adamantem in medio populi mei Israel [17*]. » Et voce Zachariæ : « Ecce ego adduco super servum meum Orientem, quia lapis quem dedi ante faciem Jesu, super lapidem unum, septem oculi sunt [17**]. » Potest enim omnia passim perlustrare is qui est inspector omnium Christus. Positus est igitur carbunculus in lapidem et immotam sanctæ civitatis basim. Super ipsum autem lapides sapphiri, fortassis sanctorum apostolorum agmen denotant. Sunt enim illi Christo viciniores, et tanquam fundamenta quædam secundum ipsum orbis terrarum exstiterunt. Sic ait David psalmo decimo septimo : « Apparuerunt fontes aquarum, et revelata sunt fundamenta terræ, ab increpatione tua, Domine, ab insufflatione spiritus iræ tuæ [18]. » Reprehensis enim Israelitis, et flatui divinæ iræ subjectis, cum in Christum debacchati fuissent, apparuerunt fontes aquarum, id est, per sacrosanctum haptisma purificatio; et conspicua facta sunt fundamenta orbis, id est, divini discipuli, apostoli et evangelistæ. Ponam quoque, inquit, et propugnacula tua jaspidem, et portas tuas lapides crystalli, et murum tuum lapides electos. Propugnacula et portas et munimentum nominat, sanctorum mystagogorum Deo amicum et sapientissimum cœtum : qui etiam propugnacula sunt, et portæ sanctæ civitatis, et munimenta ac muri. Pugnant enim cum his qui bellum inferunt illi, id est, his qui in ea sunt, multitudini nempe eorum qui per fidem servati sunt; et prudenter resistunt impiarum sectarum inventoribus, ac diaboli malitiæ obsistunt, nec quemquam servatorum permittunt in ejus incidere sinistram tyrannidem, continuo ac rite ad Dei cognitionem inducentes ethnica fraude irretitos, monitisque et mystagogiis eos obvallantes et obmunientes, ut non sint expositi malis potestatibus et falsorum doctorum scurrilibus nugis, qui falso nominatæ scientiæ venenum animis simpliciorum offendunt. Est etiam solemne Scripturæ divinitus inspiratæ, lapidibus pretiosissimis assimilare interdum eos qui sancte vitam instituunt, et variis fulgent virtutibus. Dixit siquidem de **768** sanctis apostolis : Lapides sancti volvuntur super terra [18*]. Nam divini discipuli orbem terrarum peragrabant, prædicantes et evangelizantes ubique gentium omnibus gratiam salu-

[17] Isa. XXVIII, 16. [17*] Amos, VII, 8. [17**] Zach. III, 8, 9. [18] Psal. XVII, 16. [18*] Zachar. IX, 16.

Digitized by Google

tis per Christum. Rursus propheta etiam Isaias dixit, velut sub persona Dei : « Perdam insolentiam iniquorum, et insolentiam superborum deprimam, et erunt derelicti pretiosiores auro obryzo, et homo erit pretiosior lapide ex souphir[19] (1) » Judæorum enim præfecti qui in Christum prævaricati sunt, perierunt. At superstites per fidem, omni auro et lapide pretiosiores merito censeri possunt. Paulus certe sapientissimus fundamentum dicens esse Jesum Christum, credentes in ipsum, velut lapides pretiosos superstrui ait, in sanctum templum, in ædificium Dei in Spiritu[20]. Proinde sanctos mystagogos, virtutum varietate et pulchritudine intelligibili resplendescentes, lapidibus pretiosissimis comparat : et alios dicit in fundamenta positos esse sanctæ civitati, alios in propugnacula, alios portarum et munitionis usum ac locum supplere. Atque hæc quidem de civitatis præfectis, quam nobis hæc describit oratio. De his vero qui eam inhabitant, quid tandem ait ? Et omnes filios tuos doctos a Deo. Olim namque per sapientissimum Moysen et prophetas sanctos instituit Israelem. Extremis autem sæculi temporibus, docti fuimus a Deo. Cujus testis est Paulus, dicens : « Multifariam ac multis modis olim Deus allocutus est patres in prophetis : postremis vero diebus hisce locutus est nobis in Filio[21]. » Præceptorem enim sortiti sumus, non prophetam aliquem sequestrem, et divinis sermonibus ministrantem, sicuti olim : sed ipsum potius ex Deo et Patre genitum sermonem, qui in specie nostra factus est, et qui in carne apparuit. Propterea pax multa est Ecclesiæ filiis, matre nostra ædificata in justitia. Qui enim vere a Deo docti sunt, eos nemo lædere potest eorum qui inanitate verborum uti solent : sed pacem habent apud Deum, amore cum ipso colligati, et justitiam colentes. Hoc ædificat Ecclesiam, et eam sartam tectam conservat **769** ne nutet, Christo protegente et concedente, ut inconcussa sit et immota. Adversum enim hanc, inquit, portæ inferorum non prævalebunt[21*]. De ea namque scriptum est etiam in libro Psalmorum : « Et ædificabit velut unicornis sanctuarium suum in terra, fundavit illud in æternitatem[22]. » Sanctuarium ejus, Ecclesiam esse dicimus, quæ hostibus horribile cornu erigit, quemadmodum videlicet unicornis cæteris etiam animantibus. Fundata est enim in æternitatem a Christo.

Ut in proxime superioribus iræ Judæis irrogatæ diserte meminit, ut qui ducem vitæ interfecerunt, et in universorum Servatorem ac Redemptorem impie bacchati sunt: deinde etiam illis, posterioribus temporibus misericordiam et humanitatem datum iri prædixit: dixit enim: Et vindicavit eos brachio suo, et misericordia sustentavit, sic hoc quoque loco dicit, furorem Domini tanquam torrentem quemdam intolerabilem et rapidissimum in eos descensurum: et de benedictione extremis sæculi temporibus eis danda verba facit. Veniet enim propter Sion liberator. De cœlo enim descendit unigenitum Dei Verbum, et demisit ipse se ad inanitionem, factus homo, ut etiam præ aliis vocaret Israelem, et servaret quoque gentium multitudinem. Testis erit sapientissimus Paulus inquiens: « Dico Christum ministrum fuisse circumcisionis, propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum, gentes autem super misericordia honorare Deum [87].» Meminimus etiam alibi dicere Christum: « Non missus sum nisi ad oves perditas domus Israel [88]. » Veniet igitur liberator, a peccatis scilicet, a morte et corruptione, a crudelitate diabolica, a dæmonum errore, deceptione et tyrannide. Et hoc illis a me testamentum, dicit Dominus. Quod autem voluntate Dei semel decretum est et promissum, prorsus penitusque firmum erit, et non negabitur. Quod igitur erit, inquit, a me testamentum? Spiritus meus et verba quæ posui in ore tuo, non deficient deinceps et in æternum tempus. Manifestissima enim demonstratio est, redemptum esse genus humanum, et quidem præ aliis Israelitas qui crediderunt factos esse Spiritus sancti participes: per quem adoptionis decus allatum est, et loquendi lingua verbum fidei, sicuti scripsit sapientissimus Paulus: « Ne dicas enim, inquit, in corde tuo: Quis ascendet in cœlum? hoc est Christum deducere, aut quis descendet in abyssum?

Ὥσπερ ἐν τοῖς ἀνόπιν βραχὺ καὶ τῆς ἐπενεχθησομένης τοῖς Ἰουδαίοις ὀργῆς διεμέμνητο σαφῶς, ἀπεκτόνασι γὰρ τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, καὶ πεπαρῳνήκασιν ἀνοσίως εἰς τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα, καὶ Λυτρωτήν· εἶτα τῆς δοθησομένης αὐτοῖς ἐν ὑστέροις καιροῖς ἐλεημοσύνης, καὶ φιλανθρωπίας ἐποιεῖτο τὴν προαγόρευσιν· ἔφη γὰρ ὅτι, Καὶ ἠμύνατο αὐτοὺς τῷ βραχίονι αὐτοῦ, καὶ τῇ ἐλεημοσύνῃ ἐστηρίσατο· οὕτω κἀνθάδε, καθάπερ τινὰ χειμάῤῥουν ἀφόρητόν τε καὶ βιαιότατον καταβήσεσθαι κατ' αὐτῶν τὸν τοῦ Κυρίου θυμόν. Εἰπὼν δὲ, καὶ τὸν περὶ τῆς δοθησομένης αὐτοῖς εὐλογίας ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς ποιεῖται λόγον. Ἥξει γὰρ ἕνεκεν Σιὼν ὁ ῥυόμενος. Καταπεφοίτηκε γὰρ ἐξ οὐρανῶν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, γενόμενος ἄνθρωπος, ἵνα καὶ πρό γε τῶν ἄλλων καλέσῃ τὸν Ἰσραὴλ, διασώσῃ δὲ καὶ τῶν ἐθνῶν τὴν πληθύν· καὶ μαρτυρήσει γράφων ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Λέγω γὰρ Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς, ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων, τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν Θεόν.» Μεμνήμεθα δὲ καὶ αὐτοῦ λέγοντος τοῦ Χριστοῦ, « Οὐκ ἀπεστάλην, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. » Ἥξει δὴ οὖν ὁ ῥυόμενος, ἐξ ἁμαρτιῶν δηλονότι, ἐκ θανάτου καὶ φθορᾶς, ἐξ ὠμότητος διαβολικῆς, ἐκ τῆς τῶν δαιμονίων ἀπάτης καὶ πλεονεξίας. Καὶ αὕτη αὐτοῖς ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη, εἶπε Κύριος. Τὸ δὲ ἄπτεξ ὁρισθὲν διὰ βουλῆς τοῦ Θεοῦ καὶ ἐπαγγελθὲν, πάντη τε καὶ πάντως, ἀῤῥηκτον ἔσται, καὶ οὐκ ἀρνηθήσεται. Ποῖα τοίνυν ἔσται, φησὶν, ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη; Τὸ Πνεῦμα τὸ ἐμὸν, καὶ τὰ ῥήματα, ἃ ἔδωκα ἐν τῷ στόματί σου, οὐ μὴ ἐκλείπῃ ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον. Σαφεστάτη γὰρ ἀπόδειξις τοῦ λελυτρῶσθαι τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον, ἤγουν καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, πιστεύσαντας τὸ ἐν μεθέξει γενέσθαι Πνεύματος ἁγίου, δι' οὗ καὶ τὸ τῆς υἱοθεσίας εἰσ-

[86] Psal. LXXV, 8. [87] Rom. XV, 8, 9. [88] Matth. XV, 24.

(1) LXX, εἰς τὸ στόμα μου, οὐ μὴ ἐκλείπῃ ἐκ τοῦ στόματός σου, καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ σπέρματός σου.

Digitized by Google

φέρεται καύχημα, καὶ λαλεῖν ἐν γλώττῃ τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, καθὰ γέγραφεν ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Μὴ γὰρ εἴπῃς, φησὶν, ἐν τῇ καρδίᾳ σου· Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τουτέστι Χριστὸν καταγαγεῖν, ἢ, Τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τουτέστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν. Ἀλλὰ τί λέγει ἡ Γραφή; ἐγγύς σου τὸ ῥῆμα ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ἐὰν εἴπῃς, Κύριος Ἰησοῦς, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. Καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. » Ἐλάβομεν τοίνυν παρὰ Θεοῦ τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, ἤτοι τὴν ὁμολογίαν· σωτήριον δὲ χρῆμα, καὶ δικαιοσύνης πρόξενον· δικαιοῖ γὰρ οὕτω τὸν ἀσεβῆ Χριστὸς, ὁ καὶ πάλαι βοῶν, « Ἰδοὺ ἀπήλειψα ὡς νεφέλην τὰς ἀνομίας σου, καὶ ὡς γνόφον τὰς ἁμαρτίας σου. » Τοῦτο τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως ἐν ἡμῖν ἔστω (1) διηνεκῶς, καὶ ἐκ τοῦ στόματος ἡμῶν οὐ πεπαύσεται. Παραπέμψομεν δὲ αὐτὸ εἰς γενεὰς γενεῶν, δικαιωθήσονται γὰρ οὕτω καὶ οἱ μεθ' ἡμᾶς. Εἰ γὰρ ἀεὶ Χριστὸς καὶ ἔστι Θεὸς καὶ Κύριος, οὐ καταλήξει πώποτε τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ἡ ὁμολογία, παρὰ τοῖς ἐπεγνωκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ.

A hoc est Christum **839** a mortuis reducere. At quid dicit Scriptura? Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo, quia si dixeris, Dominus Jesus, et credideris in corde tuo Deum excitasse illum a mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad justitiam, ore autem fit confessio ad salutem [89]. » Accepimus itaque a Deo verbum fidei sive confessionem; quod quidem salutare est, et justitiam conciliat. Justificat enim sic impium Christus, qui et palam clamitat: « Ecce delevi ut nubem iniquitates tuas, et ut caliginem peccata tua. » Hoc verbum fidei in nobis erit perpetuo, et de ore nostro non cessabit, sed illud ad posteritatem usque transmittemus. Sic enim justificabuntur et posteri. Si enim semper Christus sit et Deus et Dominus, nunquam desinet fidei ejus confessio apud eos qui illius apparitionem agnoverunt.

B

Φωτίζου, φωτίζου, Ἰερουσαλὴμ, ἥκει γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκεν. Ἰδοὺ γὰρ σκότος καὶ γνόφος καλύψει γῆν ἐπ' ἔθνη· ἐπὶ δέ σε φανήσεται Κύριος, καὶ ἡ δόξα αὐτοῦ ἐπὶ σὲ ὀφθήσεται. Καὶ πορεύσονται βασιλεῖς τῷ φωτί σου, καὶ ἔθνη τῇ λαμπρότητί σου.

CAP. LX. VERS. 1-3. *Illuminare, illuminare, Jerusalem: venit enim tua lux, et gloria Domini super te orta est. Ecce enim tenebræ et caligo operiet terram super gentes. Super te autem apparebit Dominus, et gloria ejus in te videbitur. Et ambulabunt reges in luce tua, et gentes in splendore tuo.*

Ὡς δοθείσης τῆς ἐπαγγελίας τοῦ ὅτι σωθήσεται κατὰ καιροὺς ὁ Ἰσραὴλ, ἀνασκιρτᾷ τρόπον τινὰ πρὸς εὐθυμίαν ὁ λόγος ἐν τούτοις ἡμῖν ὁ προφητικὸς, μονονουχὶ γὰρ μεγάλην αἴρων εἰς ὕψος τὴν βοὴν ἐπιφθέγγεται· « Φωτίζου, φωτίζου, λέγων, ἥκει γάρ σου τὸ φῶς. » Ἄθρει δὲ ὅπως πρό γε τῶν ἄλλων τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ἐκνεμηθέντος παρὰ Θεοῦ τοῦ θείου φωτὸς, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ διὰ Χριστοῦ, τὸ, ἥκει σου τὸ φῶς, ὁ προφήτης φησὶ, μονονουχὶ παρόντα καταδεικνύων αὐτοῖς τὸν πάλαι μὲν διὰ νόμου, καὶ προφητῶν ἁγίων προαπηγγελμένον, ἐπιλάμψαντα δὲ τοῖς ἐπὶ γῆς ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς μετὰ σαρκός. Δόξαν δὲ Κυρίου τὸν ἐπιφανέντα φησὶν, ἀνέτειλε γὰρ οἷά τις ἥλιος ὁ Χριστὸς φωτὶ τῷ θείῳ καὶ νοητῷ περιαστράπτων τὰ σύμπαντα, καὶ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας καθιεὶς τὴν αἴγλην τοῖς ἑτοιμοτέροις εἰς πίστιν. Ἔστι δὲ καὶ δόξα τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρός. Ἐν αὐτῷ γὰρ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ σὺν αὐτῷ δοξάζεται. Ζωγραφεῖ δὲ ὥσπερ ἐν ἰδίᾳ φύσει τὸν τεκόντα αὐτόν. Καὶ ἐπείπερ ἐγνώκαμεν τὸν Υἱὸν, τεθεάμεθα δὲ δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ τὴν μεγαλειότητα τοῦ Πατρὸς, καὶ τὴν ἀπαράβλητον δόξαν, καὶ τῶν θεοπρεπῶν ἀξιωμάτων τὴν ὑπεροχήν. Καὶ γοῦν ἔφη που Χριστός· « Πάτερ, δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε. » Ὤφθη τοίνυν ἐν ἡμῖν ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, εἶτα τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐθνῶν ἀποκρίνας τὸν Ἰσραὴλ, ὡς ἐξαιρέτως τετιμημένον παρὰ Θεοῦ, καὶ κλῆρον ὄντα αὐτοῦ, προσεπάγει, καὶ φησίν· « Ἰδοὺ σκότος καὶ γνόφος καλύψει γῆν ἐπ' ἔθνη, ἐπὶ δέ σε

Perinde ac si promissio, de servando olim Israele, data esset, exsultat quodammodo hic nobis prophetica oratio. Nam tantum non magno clamore in altum sublato, resonat: « Illuminare, inquiens, illuminare: venit enim tua lux. » Observa autem præ aliis, data Israelitis a Deo divina luce, per Christum videlicet, prophetam dicere: Venit tua lux, tantum non præsentem esse ostendens eum, qui olim in lege et a sanctis prophetis prænuntiatus est, quique in carne postremis sæculi temporibus illuxit mortalibus. Vocatque eum qui apparuit, gloriam Domini. Ortus enim est Christus tanquam sol quidam, luce divina ac intelligentiæ collustrans omnia, et veræ Dei cognitionis splendorem promptioribus ad fidem amplectendam immittens. Estque gloria Dei et Patris. In ipso enim et per ipsum et cum ipso glorificatur. Repræsentat enim tanquam in propria natura eum qui ipsum peperit. Et quatenus novimus Filium, contemplamur etiam per ipsum et in ipso Patris magnificentiam et incomparabilem **840** gloriam, et divinæ auctoritatis dignitatisque præstantiam. Siquidem Christus alicubi dixit: « Pater, glorifica tuum Filium, ut Filius tuus glorificet te [90]. » Visa est itaque in nobis gloria Dei et Patris. Deinde segregato ab aliis gentibus omnibus Israele, ut eximie a Deo in honore ac pretio habito, utque ejus sorte ac hæreditate, porro addit, et inquit: « Ecce tenebræ et caligo operient terram super gentes; super te autem apparebit Dominus. » Nec hæc dicit, quasi Chri-

C

D

[89] Rom. x, 6-10. [90] Joan. xvii, 1.

(1) Humfr. ἔσται.

Digitized by Google

sto mundo illucescente, tenebræ per gentes dissipandæ essent: sunt enim illustratæ potius, et pristini erroris tenebras abjecerunt. At qui divinam Scripturam interpretati sunt, promiscue reddunt sæpe tempora. Itaque pro « Tegit, » posuerunt « Teget. » Verum est enim Christo præ aliis illucente Israelitis, detentam fuisse tenebris gentium multitudinem, nondum translata in ipsas gratia. Ecce igitur, inquit, obtecta est tenebris et caligine, ignorationis scilicet et erroris, universa terra gentium. Super te autem apparebit Dominus; illuxit enim, ut dixi, illis et quidem primum, et gloria ejus visa est, eximia magnitudine operum, signorum et prodigii. Apud eos namque miracula edidit, ut Deus, partim mortuos a monumentis suscitans: partim cæcorum oculis lumen immittens, leprosos emundans nutu, dæmones increpans cum auctoritate, et nullum omnino modum prætermittens, ad fidem faciendam, persuadendumque se vere Deum esse, et Dei naturalem Filium. « Et ambulabunt, inquit, reges in luce tua, et gentes in splendore tuo. » Adnectit iterum propheta visitationi Israelitarum gentium vocationem, ut videant, si contemnant ipsi sua inobedientia Redemptorem, et resiliant ab ejus dilectione, cum capitis sui interitu se non fore destitutum cultoribus, sed gentes potius et reges per fidem adducturum. In splendore enim dato tibi, inquit, id est, in illustratione per Christum, ambulabunt reges et gentes. At quo ambulabunt? ad salutem videlicet per fidem, ad gloriosam et inculpabilem vitam, ad sciendum et confitendum, quis natura sit ac vere universorum Creator et Opifex. Adorarunt namque creaturam præ Creatore, et lignis ac lapidibus cultum exhibuerunt. Sed postquam, inquit, luce tibi **841** data illustrati sunt, etiam ipsi ambulabunt recta et regia via, ad nullum obicem in medio jacentem impingentes, sed ut in clara luce et die, quantumvis noctis ac tenebrarum filii, omnia offendicula prætercurrentes.

διὰ μέσου κειμένων, ἀλλ' ὡς ἐν αὐγῇ, καὶ ἡμέρᾳ, σκάνδαλα παρατρέχοντες.

A φανήσεται Κύριος. » Καὶ οὐχ ὡς σκότους μέλλοντος κατασκίδνασθαι τῶν ἐθνῶν ἐπιλάμψαντος τῷ κόσμῳ Χριστοῦ, τὰ τοιάδε φησὶ, κατεφωτίσθη δὲ μᾶλλον, καὶ τὸν τῆς ἀρχαίας ἀπάτης ἀποδέδληκε σκότον. Ἀδιαφοροῦσι δὲ πλειστάκις περὶ τὴν τῶν χρόνων ἀπόδοσιν οἱ τὴν θείαν διερμηνεύσαντες Γραφήν. Τεθείκασι τοίνυν, ἀντὶ τοῦ « καλύπτει, » τὸ « καλύψει. » Ἀληθὲς γὰρ ὅτι καὶ ἐπιλάμψαντος τοῦ Χριστοῦ, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ἔτι κεκράτητο σκότῳ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς, οὕπω μετατιθεμένης ἐπ' αὐτὰ τῆς χάριτος. Ἰδοὺ τοίνυν, φησὶ, κεκάλυπται σκότῳ καὶ γνόφῳ, τῆς ἀμαθίας δηλονότι, καὶ τῷ τῆς πλάνης, ἡ γῆ πᾶσα τῶν ἐθνῶν, ἐπὶ δὲ σὲ φανήσεται Κύριος, ἐπέλαμψε γὰρ, ὡς ἔφην, αὐτοῖς, καὶ πρώτως ὤφθη τε αὐτοῖς ἡ δόξα αὐτοῦ, διὰ τῆς ἐξαιρέτου μεB γαλουργίας, καὶ σημείων, καὶ τεράτων. Τεθαυματούργηκε γὰρ ὡς Θεὸς παρ' αὐτοῖς, τοῦτο μὲν νεκροὺς ἀνιστὰς ἐκ μνημάτων, τοῦτο δὲ τυφλῶν ὀφθαλμοῖς τὸ φῶς ἐνιεὶς, λεπροὺς ἐκκαθαίρων νεύματι, δαίμοσιν ἐπιπλήττων μετ' ἐξουσίας, καὶ ἁπαξαπλῶς οὐδένα τρόπον ἀφεὶς, ὃς ἦν ἱκανὸς εἰς πληροφορίαν, ὅτι Θεός ἐστι κατὰ ἀλήθειαν, καὶ Θεοῦ τοῦ κατὰ φύσιν Υἱός. « Πορεύσονται δὲ, φησὶ, βασιλεῖς τῷ φωτί σου, καὶ ἔθνη τῇ λαμπρότητί σου. » Συνάπτει πάλιν ὁ προφήτης τῇ ἐπισκέψει τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν, ἵν' εἰδεῖεν, ὅτι κἂν ταῖς ἀπειθείαις ἀπομάσωσιν αὐτοὶ τὸν Λυτρωτὴν, καὶ ἀποπηδήσειαν τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης, ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς αὐτῶν κεφαλῆς, ἔρημος οὐκ ἔσται προσκυνητῶν, σαγηνεύσει δὲ μᾶλλον διὰ τῆς πίστεως, ἔθνη τε καὶ βασιλεῖς· τῇ γὰρ λαμC πρότητι τῇ δοθείσῃ σοι, φησὶ, τουτέστι τῷ φωτισμῷ τῷ παρὰ Χριστοῦ, πορεύσονται βασιλεῖς καὶ ἔθνη. Πορεύσονται δὲ ὅποι; Εἰς τὴν διὰ πίστεως σωτηρίαν δηλονότι, εἰς εὐκλεᾶ καὶ ἀμώμητον ζωὴν, εἰς τὸ εἰδέναι καὶ ὁμολογεῖν, τίς ὁ φύσει καὶ ἀληθῶς ἐστι τῶν ὅλων Γενεσιουργὸς καὶ τεχνίτης. Προσεκύνουν μὲν γὰρ τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ ξύλοις, καὶ λίθοις ἀνήπτον τὸ σέβας. Ἐπειδὴ δὲ τῷ δοθέντι σοι φωτὶ κατελαμπρύνθησαν, καὶ αὐτοὶ, φησὶ, πορεύσονται τὴν εὐθεῖαν καὶ βασιλικὴν ὁδὸν, οὐδενὶ προσπταίοντες τῶν καίτοι νυκτὸς, καὶ σκότους ὄντες υἱοὶ, πάντα τὰ

VERS. 4-7. *Leva in circuitu oculos tuos, et vide congregatos liberos tuos. Ecce venerunt filii tui de longe, et filiæ tuæ super humeros portabuntur. Tunc videbis, et timebis, et stupebis corde, quia transferentur ad te divitiæ maris et gentium, et populorum, et venient ad te greges camelorum, et operient te cameli Madiam et Gephar. Omnes de Sabba venient, ferentes aurum et thus, ferent et lapidem pretiosum, et salutare Domini annuntiabunt. Et omnes oves Cedar congregabuntur ad te, et arietes Nabeoth venient ad te, et afferentur acceptabilia super aram meam, et domus orationis meæ glorificabitur.*

D *Ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε συνηγμένα τὰ τέκνα σου. Ἰδοὺ ἥκασι πάντες οἱ υἱοί σου μακρόθεν, καὶ αἱ θυγατέρες σου ἐπ' ὤμων ἀρθήσονται· τότε ὄψει, καὶ φοβηθήσῃ, ἐκστήσῃ τῇ διανοίᾳ, ὅτι μεταβαλεῖ εἰς σὲ πλοῦτος θαλάσσης, καὶ ἐθνῶν, καὶ λαῶν, καὶ ἥξουσί σοι ἀγέλαι καμήλων, καὶ καλύψουσί σε κάμηλοι Μαδιὰμ καὶ Γεφάρ. Πάντες ἐκ Σαββᾶ ἥξουσι, φέροντες χρυσίον καὶ λίβανον, οἴσουσι καὶ λίθον τίμιον* (1), *καὶ τὸ σωτήριον Κυρίου εὐαγγελιοῦνται· καὶ πάντα τὰ πρόβατα Κηδὰρ συναχθήσονταί σοι, καὶ οἱ κριοὶ Ναβαιὼθ ἥξουσί σοι, καὶ ἀνενεχθήσονται δεκτὰ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν μου, καὶ ὁ οἶκος τῆς προσευχῆς μου δοξασθήσεται.*

Aptissime et sapientissime disponitur hæc ora-

Οἰκονομίαν ἔχει πλείστην τε ὅσην καὶ σοφὴν ὁ λό-

(1) *Οἴσουσι καὶ λίθον τίμιον.* Desunt hæc verba in LXX.

Digitized by Google

γος. Εὐαγγελίζεται γὰρ καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν, καὶ τῶν δύο λαῶν τὴν ἕνωσιν ἐν Χριστῷ, καὶ τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς τὴν μεταβολὴν εἰς λατρείαν πνευματικήν. Πάντα γὰρ ἐν Χριστῷ καινὰ, καὶ τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἔκτισε δὲ αὐτὸς τοὺς δύο λαοὺς εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάσσων τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι πρὸς τὸν Πατέρα. Τούτων ἁπάντων ποιεῖται τὴν προαγόρευσιν, καὶ δή φησι πρὸς τὴν νοητὴν Ἱερουσαλὴμ, τουτέστι τὴν Ἐκκλησίαν, τὴν ἀπ' ἀρχῆς συστᾶσαν ἐξ Ἰουδαίων· πρῶτοι γὰρ αὐτοὶ πεπιστεύκασιν· « Ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε συνηγμένα τὰ τέκνα σου. Ἰδοὺ γὰρ ἥκασι πάντες υἱοί σου μακρόθεν, καὶ αἱ θυγατέρες σου ἐπ' ὤμων ἀρθήσονται. » Ὡς γὰρ ἐκ παντὸς ἔθνους τε καὶ χώρας συλλέγοντος τοὺς πιστεύσαντας τοῦ θείου καὶ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος σαγηνεύοντος τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ ὡς εἴς τινα πόλιν εὐπυργοτάτην ἀποφοιτᾷν ἀναπείθοντος εἰς τὴν διὰ πίστεως χάριν, ἤγουν εἰς τὴν τῶν ἁγίων τροφήν, φημὶ δὴ τὴν Ἐκκλησίαν, τὰ τοιάδε φησὶ, καθάπερ ἀμέλει, καὶ ἑτέρωθί που· « Ἔσται γὰρ, φησὶν, ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος Κυρίου, ἕτοιμον ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων, καὶ μετεωρισθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν, καὶ ἥξουσιν εἰς αὐτὸ ἔθνη πολλὰ, καὶ ἐροῦσι· Δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ, καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. Καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ. » Τέκνα δὴ τῆς Ἱερουσαλὴμ οὐχὶ μόνοι λέγοιντο ἂν οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἅπαντες οἱ ἐκ παντὸς ἔθνους καὶ χώρας κεκλημένοι διὰ πίστεως εἰς τὸ τῆς ἀληθείας φῶς. Ὡς γὰρ ὁ πάνσοφος γράφει Παῦλος, « Οὐ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραὴλ, οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραὰμ, πάντες τέκνα, ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται εἰς σπέρμα. » Εἴρηται δὲ παρὰ Θεοῦ πρὸς τὸν θεσπέσιον Ἀβραὰμ, ὅτι « Πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε. » Οὐκοῦν ὡς ἤδη πληθύος συναγηγερμένης ἐξ ἐθνῶν, καὶ προσκυνούσης Χριστῷ· Ἆρον, φησὶ, κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, τουτέστιν, ἅπασαν περιάθρει τὴν οἰκουμένην, καὶ ἐκ παντὸς μέρους αὐτῆς ὄψει τρέχοντα πρὸς σὲ τὰ σὰ τέκνα, ἥξουσι δὲ καίτοι μακρὰν ὄντες ποτὲ, μακρὰν δὲ οὐ τοπικῶς, ἀλλὰ κατὰ γνώμην, καὶ διάθεσιν νοῦ. Καὶ γοῦν ἔφη τις τῶν ἁγίων προφητῶν τοῖς ἀποδραμοῦσι τοῦ εἰδέναι τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεόν· « Μνήσθητε, οἱ μακρὰν τοῦ Κυρίου, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἀναβήτω ἐπὶ τὴν καρδίαν ὑμῶν. » Γέγραφε δὲ καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος περὶ Χριστοῦ, ὅτι « Ἐλθὼν εὐηγγελίσατο εἰρήνην τοῖς μακρὰν, καὶ τοῖς ἐγγύς. » Ἐπιστέλλει δὲ καὶ τοῖς ἐξ ἐθνῶν· « Διαμνημονεύετε ὑμεῖς τὰ ἔθνη, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης ἐν σαρκὶ περιτομῆς χειροποιήτου, ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ἐλπίδος τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ, νῦν δὲ ὑμεῖς οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν, ἐγγὺς ἐγενήθητε ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. » Οἱ γὰρ ὅλως Θεὸν οὐκ εἰδότες τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς, μακρὰν εἶναι λέγονται, καὶ εἰσὶ, κατὰ

tio. Evangelizat enim gentium vocationem, et duorum populorum in Christo unionem, et legalis umbræ in spiritualem cultum mutationem. Omnia enim in Christo nova, et vetera præterierunt; condiditque duos illos populos in unum novum hominem, creans pacem, et reconcilians ambos in uno corpore, apud Patrem. Horum omnium prædictionem facit, et intelligibilem Jerusalem, id est Ecclesiam, ab initio ex Judæis constitutam alloquitur: primi enim illi crediderunt: « Leva in circuitu oculos tuos, et vide congregatos liberos tuos. Ecce enim veniunt omnes filii tui e longinquo, et filiæ tuæ in humeris tollentur. » Affatur enim his verbis eos qui ex omni gente et regione collecti crediderunt, Ecclesiam, inquam, divina et evangelica prædicatione orbem terrarum irretiente, et tanquam ad civitatem quamdam munitissimam, ad fidei gratiam, ad sanctorum cibum invitante, quemadmodum videlicet et alibi: « Erit enim, inquit, in postremis diebus spectabilis mons Domini, propositus in verticibus montium, et elevabitur supra colles, venientque ad illum gentes multæ, ac dicent: Adeste, ascendamus ad montem Domini, et ad domum 842 Dei Jacob. Et annuntiabit nobis viam ejus. Et ambulabimus in ea [91]. » Liberi autem Jerusalem, non hi soli dicendi sunt, qui ex sanguine Israel orinndi sunt, sed quotquot ex omni gente ac regione vocati sunt per fidem ad veritatis lucem; ut enim sapientissimus Paulus scribit: « Non omnes qui ex Israel, hi Israel; nec quia semen Abraham sunt, omnes liberi, sed liberi promissionis reputantur in semen [92]. » Dictum enim est a Deo ad divinum Abraham: « Patrem multarum gentium constitui te [93]. » Itaque velut multitudine jam congregata ex gentibus et adorante Christum: Tolle, inquit, circumcirca oculos tuos, id est, universum orbem perlustra, et ex omni parte ejus videbis liberos tuos ad te accurrentes, venientque etsi procul abfuerint aliquando. Procul, non ratione loci dicitur, sed ad animum mentisque affectionem pertinet. Dixit nimirum quidam e sanctis prophetis de his qui refugerunt a notitia ejus qui natura et vere Deus est: « Vos qui procul abestis, memores estote Domini, et Jerusalem veniat vobis in mentem [94]. » Scripsitque de Christo sapientissimus Paulus: « Venit et evangelizavit pacem his qui procul, et illis qui prope sunt [95]. » Misitque ad gentes epistolam: « Mementote, inquiens, vos gentes, qui præputium dicebamini, ab ea quæ circumcisio in carne dicta est manufacta, quod eratis illo in tempore sine Christo, alienati a spe Israel, et hospites testamentorum promissionis, spem non habentes, et sine Deo in mundo. Nunc autem, vos, qui quondam eratis procul, facti estis propinqui in sanguine Christi [96]. » Qui enim omnino natura et vere Deum ignorant, procul esse dicuntur, et affectione, ut dixi, et animo. Sed ecce, inquit, ve-

[91] Isa. II, 2, 3. [92] Rom. IX, 7. [93] Rom. IV, 17. [94] Jer. LI, 50. [95] Ephes. II, 17. [96] Ibid. II 13.

Digitized by Google

nerunt, id est, non longe post futura est nec differetur eorum vocatio, sed statim hanc prædicationem evangelicam sequentur, accedentque ad Deum per fidem, sine omni labore, et omni difficultate et sudore. In humeris enim tollentur. Nam figuratus est habitus orationis, velut exemplo a rebus nostris petito. Solent enim parvuli infantes nutriri, et in materno gremio ac brachiis volunt requiescere. Tale quid fit de his qui vocati sunt ab errore Græco. Deliniuntur enim a mystagogis, non duriter tractantur, nec illico per asperam viam incedunt; sed velut tenera educatione **843** lactantur, et paulatim in virum perfectum adolescunt, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Siquidem præcepit sanctis apostolis, ut baptizarent omnes gentes, in nomen Patris, et Filii, et Spiritus sancti, docerentque eas servare quæcunque illis præceperat. Hi autem hoc factitare volentes, methodo et arte docendi usi, primo nihil onerosum imposuerunt credentibus. Scripserunt enim gentibus : « Visum est Spiritui sancto et nobis nullum onusi vobis imponere, nisi ut abstineatis vos a scortatione, et suffocato, et sanguine[97]. » Scribitque quibusdam optimus Paulus : « Lactis potu vos alui, non esca. Nondum enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis[98]. » Perfectorum autem est cibus solidus, eorum, inquam, qui propter assuetudinem sensus cordis habent exercitatos, ad dijudicationem boni et mali. Itaque in humeris, inquit, tollentur filii tui et filiæ tuæ. Tunc videbis et timebis, ac stupebis, pro, admiraberis. Sic enim et divinus Abbacum : « Domine, inquit, audivi vocem tuam et timui, consideravi opera tua, et obstupui[99]. » Solemus etiam nos ipsi interdum dicere : Stupui, cum aliquid præter opinionem a quopiam fieri contigerit. Admiraberis igitur, inquit : et quæ tandem hujus rei causa? Transferentur enim ad te divitiæ maris, et gentium et populorum. Clarius aic prædicit vocandam esse suo tempore ad veritatis agnitionem, gentium multitudinem. Sita enim fuit Judæorum regio ad plagam quæ ad partem australem vergit. Quæ vero spectant ad septentrionem, et mare, et civitates, ac regiones ibidem positas, gentium grex sortitus est. Quoniam autem qui a pristino errore discesserant, mutationem in melius fecerunt, vocati ad agnitionem naturalis Dei, per eos qui administrant Evangelium Christi : hinc dicit transferendas ad Ecclesiam maris divitias. Divitiæ autem sunt, ut dixi, urbium et regionum ad mare sitarum, hi qui in illis habitant. « Venientque, inquit, ad te etiam greges camelorum, et tegent te cameli Madiam et Gephar. » Sunt enim Madianitæ et Gepharæi gentes finitimæ Jerusalem, habentes conterminas regiones. **844** Nam abominabiles erant, et incircumcisi, et idololatræ. Sed et eos quoque vocandos esse, et fructum Deo edituros, hisce verbis os-

διάθεσίν τε καὶ γνώμην, ὡς ἔφην. Ἀλλ' ἰδοὺ ἥκασι, φησὶ, τουτέστιν, οὐκ εἰς μακρὰν, οὐδὲ εἰς ἀνάβλησιν ἡ κλῆσις αὐτῶν ἔσται· δραμοῦνται γὰρ ὥσπερ κατὰ πόδα τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων, ποιήσονται δὲ τὴν ἄφιξιν τὴν πρὸς Θεὸν διὰ πίστεως δίχα πόνου παντὸς δυσχερείας τε ἁπάσης καὶ ἱδρῶτος ἐξῃρημένων. Ἐπ' ὤμων γὰρ ἀρθήσονται· πέπλασται γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ λόγου ὡς ἐκ παραδείγματος τοῦ καθ' ἡμᾶς· τὰ γάρ τοι νεογνὰ τῶν βρεφῶν τιθηνεῖσθαι φιλεῖ, καὶ ταῖς τῶν μητέρων κόλποις καὶ βραχίοσιν ἐπαναπαύεσθαι ζητεῖ. Γίνεταί τι τοιοῦτον ἐπὶ τῶν καλουμένων ἐκ πλάνης Ἑλληνικῆς, θεραπεύονται γὰρ παρὰ τῶν μυσταγωγῶν, σκληραγωγούμενοι μᾶλλον, οὐδὲ τὴν τραχεῖαν εὐθὺς ἰόντες τρίβον, ἀλλ' οἷον διὰ τρυφερᾶς ἀγωγῆς γαλακτοτροφούμενοί τε καὶ ἀναβαίνοντες κατὰ βραχὺ πρὸς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ. Καὶ γοῦν ἐνετέλλετο μὲν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις βαπτίζειν πάντα τὰ ἔθνη εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διδάσκειν τε αὐτὰ τηρεῖν πάντα ὅσαπερ αὐτοῖς ἐνετείλατο. Οἱ δὲ καὶ τοῦτο δρᾷν ἐθέλοντες φορτικὸν οὐδὲν ἐπετίθεσαν ἐν ἀρχαῖς τοῖς πιστεύουσιν εὐτεχνίᾳ χρώμενοι διδασκαλικῇ. Γεγράφασι γὰρ τοῖς ἐξ ἐθνῶν, ὅτι « Ἔδοξε τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ ἡμῖν, μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος, πλὴν ἀπέχεσθαι ὑμᾶς πορνείας, καὶ πνικτοῦ, καὶ αἵματος. » Γράφει δέ τισι καὶ ὁ πανάριστος Παῦλος, ὅτι « Γάλα ἐπότισα ὑμᾶς, οὐ βρῶμα, οὔπω γὰρ ἠδύνασθε, ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε. » Τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφὴ τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια τῆς καρδίας γεγυμνασμένα ἐχόντων πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ. Οὐκοῦν ἐπ' ὤμων ἀρθήσονται, φησὶν, οἱ υἱοί σου, καὶ αἱ θυγατέρες σου, τότε δὲ ὄψει, καὶ φοβηθήσῃ, καὶ ἐκστήσῃ, ἀντὶ τοῦ, θαυμάσεις· οὕτω γάρ που καὶ ὁ θεσπέσιος Ἀββακούμ· « Κύριε, φησὶν, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην. Κατενόησα τὰ ἔργα σου, καὶ ἐξέστην. » Κατειθίσμεθα δέ πως καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ, τὸ, ἐξέστην, ἐσθ' ὅτε λέγειν, ὅταν τι τῶν παραδόξων ὑπό του γενέσθαι συμβῇ. Θαυμάσεις τοίνυν, φησὶ, καὶ ποία τούτου γενήσεται πρόφασις; Μεταβαλεῖ γὰρ εἰς σὲ πλοῦτος θαλάσσης, καὶ ἐθνῶν, καὶ λαῶν. Σαφεστέραν ἐν τούτοις ποιεῖται τὴν προαγόρευσιν, τοῦ ὅτι κεκλήσεται κατὰ καιροὺς εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας τῶν ἐθνῶν ἡ πληθύς. Ἦν μὲν γὰρ ἐν τοῖς νοτιωτέροις κλίμασι τῶν Ἰουδαίων ἡ χώρα, τά γε μὴν πρὸς ἄρκτον, καὶ θάλασσαν, καὶ πόλεις, καὶ τὰς ἐπ' αὐτῇ κειμένας χώρας αἱ τῶν ἐθνῶν ἀγέλαι διεμοιρώσαντο. Ἐπειδὴ δὲ τῆς ἀρχαίας ἀπάτης ἀπονοστήσαντες τὴν εἰς τὰ ἀμείνω μεταβολὴν ἐσχήκασι κεκλημένα πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος Θεοῦ διὰ τῶν ἱερουργούντων τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ· ταύτῃ τοί φησι μεταβαλεῖν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν τῆς θαλάσσης τὸν πλοῦτον· πλοῦτος δὲ, ὡς ἔφην, τῶν πρὸς θαλάσσης κειμένων πόλεων καὶ χωρῶν, οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐταῖς. « Ἥξουσι δέ σοι, φησὶ, καὶ ἀγέλαι καμήλων, καὶ καλύψουσί σε κάμηλοι Μαδιὰμ καὶ Γε-

[97] Act. xv, 28. [98] I Cor. III, 2. [99] Habac. I, 5.

Digitized by Google

φάρ. » Ἔθνη μὲν γὰρ περίοικα τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς ὁμόρους ἔχοντα, Μαδιηναῖοί τε καὶ οἱ ἐκ Γεφάρ. Ἦσαν γὰρ βδελυροὶ, καὶ ἀκρόδυστοι, καὶ εἰδωλολάτραι, ἀλλ' ὅτι κεκλήσονται καὶ αὐτοὶ, καὶ καρποφορήσουσι τῷ Θεῷ, διαδείκνυσιν ἐν τούτοις. Ἦσαν μὲν γὰρ ἐμβάται καμήλων, καὶ τὰς τοῦ ζῆν ἀφορμὰς ἀπό γε τοῦ μάχεσθαι, καὶ κτηνοτροφεῖν ἐπορίζοντο· ἦσαν δὲ ὅτι μάλιστα τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ἀλλ' οἱ ποτὲ πλανώμενοι βέβηλοί τε καὶ ἄμικτοι τοῖς ἡγιασμένοις ἥξουσι, φησὶν, οὐ καθ' ἕνα μᾶλλον, ἀγεληδὸν δὲ ὥσπερ, καὶ κατὰ πληθὺν, ἢ καμήλοις ἐποχούμενοι, ἤγουν ἅπερ ἔχουσι προσκομίζοντες, καὶ τοῖς κατὰ χεῖρα τιμῶντες Θεόν. « Ἥξουσι δὲ πάντες ἐκ Σαββὰ φέροντες χρυσίον καὶ λίβανον, οἴσουσι καὶ λίθον τίμιον, καὶ τὸ σωτήριον Κυρίου εὐαγγελιοῦνται. » Χώρα πάλιν ἐστὶν ἡ Σαββὰ τῆς Ἀράβων ἐπέκεινα, καὶ ἀγχοῦ μᾶλλον θαλάσσης Ἐρυθρᾶς, ἐξ ἧς ἡ Σαββὰ ἡ τῶν Αἰθιόπων βασίλισσα ἐν τοῖς Σολομῶντος καιροῖς ἐπεφοίτησε τῇ Ἱερουσαλήμ. Γονιμωτάτη δὲ ἡ χώρα λιβανωτοῦ, χρυσοῦ τε καὶ λίθων τῶν Ἰνδικῶν. Ἥξουσι τοίνυν, φησὶ, καρποφοροῦντες εἰς δόξαν Θεοῦ, καὶ προσάγοντες λίβανον, καὶ χρυσὸν, καὶ λίθους, ἤγουν τὴν ἐξ ἔργων ἀγαθῶν εὐοσμίαν, καὶ φαιδρότητα νοητὴν, καὶ πλοῦτον πνευματικόν. « Εὐαγγελιοῦνται δὲ καὶ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. » Πλεῖστοι μὲν γὰρ ὅσοι κέκληνται μὲν ἐξ ἐθνῶν, σεσοφωμένοι δὲ τὴν καρδίαν, καὶ τῶν ἱερῶν δογμάτων νοῦν λαβόντες ἐπιστήμονα διδασκαλικὸν ἐσχήκασι τὸ ἀξίωμα, καὶ τὴν παρὰ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ σωτηρίαν τε καὶ χάριν ἑτέροις διακηρύττοντες, τὸν τῆς γνησιότητος ἀνεδήσαντο στέφανον. « Ἥξουσι δέ σοι, φησὶ, καὶ τὰ πρόβατα Κηδὰρ, καὶ οἱ κριοὶ Ναβαιὼθ, καὶ ἀνενεχθήσονται δεκτὰ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν μου. » Κηδὰρ δὲ, καὶ Ναβεὼθ χῶραι πάλιν ἕτεραι λιπαραί τε καὶ εὔβοτοι, καὶ πλείστους μὲν ἔχουσαι τοὺς ἐνοικοῦντας αὐταῖς, πλὴν εἰδωλολάτρας, καὶ πεπλανημένους. Ἀλλὰ καὶ οὗτοι, φησὶ, κριοὺς, καὶ πρόβατα προσοίσουσι, καὶ πάντα ἔσται δεκτὰ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν μου· καίτοι κατά γε τὸν Μωσέως νόμον οὐκ ἐξῆν ἀλλογενέσι προσάγειν θυσίας τῷ Θεῷ. Οὐδ' ἂν εἰ προσῆγον δεκτὰς ἐποιήσατό τις αὐτάς. Ἀλλ' ἰδοὺ προστάττει Θεὸς δεκτὰς εἶναι, καὶ ταύτας τοῖς ἁγίοις θυσιαστηρίοις. Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὐκ ἔνι δοῦλος, οὐδὲ ἐλεύθερος, βάρβαρος, Σκύθης, Ἕλλην τε καὶ Ἰουδαῖος, ἀλλὰ πάντα, καὶ ἐν πᾶσι Χριστός. Ἐν γὰρ γεγόνασιν οἱ δύο λαοὶ, κατενεγκόντος αὐτοῦ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, καὶ τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσαντος. Δεκταὶ τοίνυν αἱ πάντων θυσίαι, προσιόντων Θεῷ διὰ τῆς πίστεως ἐν Χριστῷ. Ἐδοξάσθη δὲ ὁ οἶκος τῆς προσευχῆς τοῦ Θεοῦ. Καί μοι πάλιν ἄθρει τοῦ λόγου τὸ βάθος· οὐ γὰρ θυσιῶν, καὶ καπνῶν οἶκον ἔτι βούλεται καλεῖσθαι τὴν Ἐκκλησίαν, καθάπερ ἀμέλει καὶ τὸν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ναὸν, εὐχῆς δὲ μᾶλλον, τουτέστι, λατρείας πνευματικῆς. Ψάλλει δέ που καὶ φησὶν ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· « Κατευθυνθήτω ἡ προσευχή μου, ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου, ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου θυσία ἑσπερινή. » Σημειωτέον δὲ ὅτι τοῦτον τὸν στοῖχον καὶ αὐτὸς ὁ

tendit. Erant enim sessores camelorum, et victum ex bellis et pecoribus pascendis quærebant; erantque Israelitis inimicissimi. Sed qui olim, inquit, errabant et profani erant, nullumque habebant cum sanctificatis commercium, venient, inquit, non viritim, sed gregatim et turmatim, vel camelis vecti, vel quæ habent adducentes, iis quæ præ manibus sunt colentes Deum. « Venientque omnes ex Sabba, ferentes aurum et thus, et ferent lapidem pretiosum, ac salutem Domini evangelizabunt. » Sabba regio est ultra terram Arabum, et prope mare Rubrum: ex qua Sabba Æthiopum regina, temporibus Salomonis, accessit Jerusalem. Fertilissima est regio thure, auro et lapidibus Indicis. Venient igitur, inquit, fructum parientes in gloriam, et adducentes thus et aurum ac lapides, sive bonorum operum suavem fragrantiam et splendorem sub intelligentiam cadentem, divitiasque spirituales. « Et evangelizabunt salutem Domini. » Complures enim vocati sunt ex gentibus, et corde sapientes, et sacra dogmata mente tenentes, docendi auctoritate præditi: et salutem ac gratiam, ab omnium nostrum Servatore Christo, aliis prædicantes, ingenuitatis corona redimiti sunt. « Venient etiam, inquit, oves Cedar et arietes Nabeoth, et offerentur acceptabilia super aram meam. » Cedar et Nabeoth, regiones rursus sunt aliæ, opimæ et pabulosæ ac plurimos habent incolas, verum idololatras et errantes. Sed et hi, inquit, arietes et oves adducent, et omnia erunt accepta super aram meam, etiamsi lege Mosaica licitum non fuerit alienigenis, Deo hostias offerre: et si obtulissent, acceptas illas non habebat. Sed ecce jubet Deus illas acceptas esse, in sanctis aris. In Christo enim Jesu non est servus, neque liber, barbarus, Scytha, Græcus et Judæus, sed omnia et in omnibus Christus. Unum enim facti sunt duo populi, cum ille interstitium maceriæ dejecerit, et legem mandatorum in dogmatis **845** aboleverit. Acceptæ sunt igitur hostiæ eorum, qui per fidem in Christo accedunt ad Deum. « Et gloriosa effecta est domus orationis Dei. Rursus mihi considera orationis profunditatem. Non enim hostiarum et fumorum domum jam vocari vult Ecclesiam, sicuti nimirum templum Jerosolymitanum, sed precationis potius, id est cultus spiritualis. Psallit autem alicubi, et ait divinus David: « Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo, elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum [1]. » Notandum etiam hujus versiculi mentionem fecisse ipsum Servatorem, cum Judæorum negotiationes reprehendit, et dicit: « Scriptum est: Domus mea, domus orationis vocabitur. Vos autem ipsam facitis speluncam latronum [2]. » Cum igitur domus orationis facta est, tunc quoque glorificata est.

[1] Psal. CXL, 2. [2] Matth. XXI, 13; Marc. II, 17; Luc. XIX, 46.

Digitized by Google

Σωτὴρ διεμνημόνευσέ που ταῖς Ἰουδαίων ἐμπορίαις ἐπιτιμῶν, καὶ λέγων· « Γέγραπται· Ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται, ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ποιεῖτε σπήλαιον λῃστῶν. » Ὅτε τοίνυν οἶκος γέγονε προσευχῆς, τότε καὶ δεδόξασται.

VERS. 8, 9. *Qui sunt isti qui ut nubes volant, et ut columbæ cum pullis? Me insulæ sustinuerunt, et naves Tharsis in primis, ut adducant liberos tuos e longinquo, et argentum et aurum cum illis, propter nomen Domini sanctum, et propter Sanctum Israel, ut sit gloriosus.*

Licet iterum hic videre Ecclesiæ seu intelligibilis Jerusalem personam introductam, levantem velut in circuitu oculos, ut jussum est a Deo : deinde admiratur (1) currentium eo multitudinem, et populum per fidem congregatum, innumerabilem. « Qui sunt enim, inquit, qui ut nubes volant, et ut columbæ cum pullis ? » Irretiuntur enim per fidem non modo senes, verum etiam cum illis juvenes, et cum filiis patres, et cum filiabus matres. Itaque contra omnem ætatem Evangelicæ prædicationis rete expanditur. Et hoc, opinor, est quod in libro Psalmorum scriptum est : « Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini [3]. » Volare eos dicit, aut quia vadunt eo non negligenter et remisse, sed tanquam volucres et cursores; aut quod, terreno et humili affectu deposito, in sublime tendunt quodammodo, et ceu e mari nubes, a tumultuatione et deliciis mundanis, in altum assiliunt et emergunt, ad supremam festinantes civitatem. Admirante igitur Ecclesia ex omni regione per fidem concursum, causam rei aperit, rursus eos captans **846** et irretiens, et inquit : « Me insulæ sustinuerunt, et naves Tharsis, ut adducant liberos tuos e longinquo, et aurum et argentum cum illis. » Insulas hic intelliges, non absolute insularum solum, quippe ineptum hoc, nec ipsas naves Tharsis, sed potius habitantes in illis, aut qui insulas conscendunt. Tharsis vero divina Scriptura sæpe vocat Indicas; narrantque in Cypro Tharsis civitatem esse celebrem. Quapropter quia insulæ, inquit, et qui ex Indorum regione veniunt, me sustinuerunt, id est, impositum sibi a me jugum subierunt, idcirco undecunque confluit multitudo credentium. Veniunt enim et ex ipsa barbara terra, viri non pauci, Christi nomen gerentes, et fructificantes in ejus gloriam quæcunque regio ferre potest illorum. Auri autem et argenti fertilem ipsam esse dicunt. Offerunt vero non more institutoque veteri inanimis quibusdam idolis, et dæmoniorum gregibus, sed quia sanctum habebant apud eos nomen Domini, et gloriosus sanctus Israel. Sed non est alius Dominus, alius rursum Sanctus Israel, sed unus et idem exsistit Dominus, et sanctus, et glorificatus. Sciendum est autem insulas vocari etiam civitates quæ per circuitum sunt, vastæ et vagæ magna ex parte et non habitatæ. Quod si dicantur

A *Τίνες οἵδε ὡς νεφέλαι πέτανται, καὶ ὡς περιστεραὶ σὺν νεοσσοῖς; Ἐμὲ νῆσοι ὑπέμειναν, καὶ πλοῖα Θαρσεῖς ἐν πρώτοις, ἀγαγεῖν τὰ τέκνα σου μακρόθεν, καὶ τὸν ἄργυρον, καὶ τὸν χρυσὸν μετ' αὐτῶν διὰ τὸ ὄνομα Κυρίου τὸ ἅγιον, καὶ διὰ τὸν Ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ ἔνδοξον εἶναι.*

Ἔνεστι πάλιν ἐν τούτοις ἰδεῖν τὸ τῆς Ἐκκλησίας πρόσωπον εἰσκεκομισμένον, ἤτοι τῆς νοητῆς Ἱερουσαλὴμ, ἄρον ὥσπερ ἐν κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καθὰ προστέτακται παρὰ Θεοῦ, εἶτα καταπεπλανημένης τῶν ἐπ' αὐτῇ τρεχόντων τὸ πλῆθος, καὶ τῶν διὰ πίστεως συναγηγερμένων τὸν ἀριθμοῦ παντὸς ἐπέκεινα δῆμον. « Τίνες γὰρ οἵδε πέτανται, φησὶν, ὡς νεφέλαι, καὶ ὡς περιστεραὶ σὺν νεοττοῖς ; » Σαγηνεύονται γὰρ διὰ πίστεως, οὐ πρεσβύται μόνον, ἀλλὰ γὰρ σὺν αὐτοῖς καὶ B νέοι, καὶ ὁμοῦ παισὶ πατέρες, καὶ θυγατράσι μητέρες. Οὐκοῦν κατὰ πάσης ἡλικίας, τὸ τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων ἁπλοῦται λίνον, καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ ἐν τῇ βίβλῳ Ψαλμῶν γεγραμμένον· « Νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβύται μετὰ νεωτέρων αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα Κυρίου. » Πετᾶσθαι δέ φησιν αὐτοὺς, ἢ ὅτι βαδιοῦσιν ἐπ' αὐτὴν, οὐκ ἀτημελῶς τε καὶ παρειμένως, ἀλλ' οἷον πτηνοὶ, καὶ δρομαῖοι, ἤγουν τὸ γεῶδες καὶ χθαμαλὸν ἀφέντες φρόνημα μετεωροπολοῦσι τρόπον τινὰ, καὶ ὥσπερ ἐκ θαλάττης νεφέλαι, ἐκ θορύβου τε καὶ τρυφῆς κοσμικῆς, ἄττουσί τε ὑψοῦ, καὶ ἀνανήχονται πρὸς τὴν ἄνω σπεύδοντες πόλιν. Θαυμαζούσης τοίνυν τῆς Ἐκκλησίας τὴν ἐξ ἁπάσης χώρας τὴν διὰ πίστεως συνδρομὴν, τὴν τοῦ πράγμα- C τος αἰτίαν ἀπογυμνοῖ πάλιν ὁ σαγηνεύων αὐτοὺς, καὶ φησιν· « Ἐμὲ νῆσοι ὑπέμειναν, καὶ πλοῖα Θαρσεῖς ἀγαγεῖν τὰ τέκνα σου μακρόθεν, καὶ τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον μετ' αὐτῶν. » Καὶ νήσους ἐνθάδε συνήσεις, οὐχὶ δὴ πάντως αὐτὰ τὰ τῶν νήσων ἐδάφη, εὐθὺς γὰρ, οὔτε μὴν αὐτὰ τὰ τῆς Θαρσεῖς πλοῖα, τοὺς ἐνοικοῦντας δὲ μᾶλλον αὐταῖς, ἤτοι τῶν νήσων τοὺς ἐμβάτας. Θαρσεῖς δὲ ἡ θεία Γραφὴ τὰς Ἰνδικὰς ὀνομάζει πλειστα- χοῦ· φασὶ δὲ εἶναι καὶ ἐν τῇ Κύπρῳ Θαρσεῖς πόλιν ὠνομασμένην. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ αἵ τε νῆσοι, φησὶ, καὶ οἱ ἐκ τῆς Ἰνδῶν ἥκοντες χώρας ἐμὲ ὑπέμειναν, τουτέστιν, ὑπέστησαν τὸν ἐπενεχθέντα αὐτοῖς παρ' ἐμοῦ ζυγὸν, διὰ τοῦτο συῤῥεῖ πανταχόθεν ἡ τῶν πι- στευόντων πληθύς. Ἥκουσι γὰρ, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς Βαρβάρου γῆς ἄνδρες οὐκ ὀλίγοι τὸ Χριστοῦ φοροῦν- D τες ὄνομα, καὶ καρποφοροῦντες εἰς δόξαν αὐτοῦ τὰ ὅσαπερ ἂν αὐτοῖς ἡ χώρα δύνηται φέρειν. Εὔφορον δὲ εἶναι χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου φασὶν αὐτήν. Προσκο- μίζουσι δὲ οὐ κατά γε τὸ παρῳχηκὸς ἔθος ἀψύχοις τισὶν εἰδώλοις, καὶ δαιμονίων ἀγέλαις, ἀλλ' ἐπει- δήπερ ἅγιον γέγονε παρ' αὐτοῖς τὸ ὄνομα Κυρίου, ἔνδοξος δὲ ὁ Ἅγιος τοῦ Ἰσραὴλ· καὶ οὐχ ἕτερος μὲν ὁ Κύριος, ἕτερος δὲ πάλιν ὁ Ἅγιος τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλ' εἷς

[3] Psal. CXLVIII, 12.

(1) Humfr. vertit, *admiratur*, patetque hic esse mendum.

Digitized by Google

καὶ ὁ αὐτὸς ὑπάρχων Κύριός τε καὶ ἅγιος, καὶ δεδοξασμένος. Ἰστέον δὲ ὅτι νῆσοι καλοῦνται, καὶ πόλεις αἱ κύκλῳ, πολλὴν ἔχουσαι καὶ ἀοίκητον ἐρημίαν. Εἰ δὲ λέγοιντο καὶ αὐταὶ ὑπομεῖναι τὸν Κύριον, τουτέστιν, αὐτῷ δουλεῦσαι, συνήσεις, ὅτι καὶ οἱ τὰς ἀβάτους, καὶ ἐξωσμένας ἐρημίᾳ πολλῇ κατοικοῦντες χώρας, ἢ πόλεις ἥξουσι διὰ πίστεως, καὶ καρποφορήσουσι τῷ Χριστῷ χρυσὸν, καὶ ἄργυρον, καὶ οὐχὶ δή που πάντως τὴν ὕλην, ἀλλ' οἷον τὰ ἐν ἡμῖν τίμια, καὶ λαμπρὰ, καὶ τοῦ παντὸς ἄξια λόγου, πίστιν δηλονότι, καὶ τὴν ἐξ ἁπάσης ἀρετῆς φαιδρότητα· ξένια γὰρ ταῦτα Θεῷ, καὶ πνευματικῆς λατρείας ἀναθέματα λαμπρὰ, καὶ τεθαυμασμένα. Γέγραπται δὲ καὶ ἐν βίβλῳ Ψαλμῶν περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, ὅτι « Βασιλεῖς Θαρσεῖς καὶ νῆσοι δῶρα προσοίσουσι. Καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ αὐτῷ. »

A illæ quoque sustinere Dominum, id est, ei servire; intelliges eos qui inaccessas et magna solitudine horridas regiones et urbes inhabitant, venturos per fidem et fructificaturos Christo aurum et argentum, et non simpliciter illam materiam, sed veluti quæ in nobis sunt pretiosa et illustria, et magni facienda, fidem scilicet omniumque virtutum splendorem. Hæc enim sunt Deo xenia, hæc spiritualis cultus anathemata, et donaria illustria et admiranda. Scriptum est etiam in libro Psalmorum de omnium nostrum Servatore Christo : « Reges Tharsis et insulæ dona adducent : reges Arabum et Sabba dona afferent; et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes servient ei [4]. »

προσάξουσι, βασιλεῖς Ἀράβων καὶ Σαββᾶ δῶρα βασιλεῖς τῆς γῆς, πάντα τὰ ἔθνη δουλεύσουσιν

Καὶ οἰκοδομήσουσιν ἀλλογενεῖς τὰ τείχη σου, καὶ οἱ βασιλεῖς αὐτῶν παραστήσονταί σοι.

B VERS. 10. *Et ædificabunt alienigenæ muros tuos, et reges eorum assistent tibi.*

Ἐξαίσιον καὶ τοῦτο, καὶ θεοπρεποῦς δυνάμεως ἀποτέλεσμα. Τεύχη μὲν γὰρ καὶ περίβολοι σώζοντες τῆς Ἐκκλησίας τὰ τέκνα, νοηθεῖεν ἂν πίστις ὀρθὴ, καὶ ἀμώμητος, ἔργων τε φαιδρότης ἐξ ἁπάσης ἀρετῆς συλλέγουσα κάλλος, γνώσεως δὲ δογματικῆς, καὶ μέντοι καὶ ἠθικῶς [*Isor.* ἠθικῆς] εἶεν ἂν εἰσηγηταὶ, καὶ διδάσκαλοι τῶν θείων κηρυγμάτων ἱερουργοὶ πάντες ὅσοι ψήφῳ θείᾳ καλοῦνται πρὸς τοῦτο. Καὶ ἀπαρχὴ μὲν τούτων τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων γεγόνασιν ἡμῖν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, πλεῖστοι δὲ μετ' ἐκείνους, οἱ τὸν παρ' αὐτῶν ἰχνηλατοῦντες λόγον, οὐκ ἐκ μόνων Ἰουδαίων, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐκ ταγμάτων Ἑλληνικῶν, οἳ καὶ τῆς ἐν κόσμῳ σοφίας ἐν καλῷ γεγονότες, καὶ εὐγλωττεῖν εἰδότες ἄριστοι γεγόνασι παιδευταὶ τὸν C μὲν ἀκλινῆ τῆς πίστεως λόγον οἰκοδομοῦντες ἀστείως ἐν ταῖς τῶν μυσταγωγούντων ψυχαῖς, ἐνιέντες δὲ αὐτοῖς πολιτείας τὴν ἀξιάγαστον συνείδησιν. Οὐκοῦν ἀλλογενεῖς μὲν, ὅτι μὴ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα, πλὴν ἀρχιτέκτονες σοφοὶ, κατὰ τὸν θεσπέσιον Παῦλον, καὶ εὖ εἰδότες θεμελιοῦν ἐν ἡμῖν τὸν Χριστὸν, διὰ πίστεως δὲ δηλονότι, καὶ εἰσηγήσεως ἀγαθῶν. Τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ, « Οἰκοδομήσουσιν ἀλλογενεῖς τὰ τείχη σου, καὶ οἱ βασιλεῖς αὐτῶν παραστήσονταί σοι. » Τίνων δὲ οἱ βασιλεῖς; Ἢ δηλονότι τῶν ἀλλογενῶν. Βασιλεῖς δέ φησιν ἐν τούτοις, ἢ τοὺς ἄρχοντας καὶ ἡγουμένους λαῶν, οἳ παρεστήκασι τῇ Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ, δορυφοροῦντες ὥσπερ αὐτὴν, καὶ συνασπίζοντες τοῖς αὐτῆς τέκνοις, καὶ ἀποσοβοῦντες πᾶσαν D ἐφοδον ἐχθρῶν ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, ἢ κατὰ ἀλήθειαν τοὺς ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς ἐστεφανωμένους, καὶ τὸ τῆς βασιλείας ἔχοντας σκῆπτρον, οἳ καὶ παρέστησαν τῇ Ἐκκλησίᾳ. Ἡ δὲ παράστασις ἐν τούτοις σημαίνει τὴν ὑπακοήν. Εἴκουσι γὰρ τοῖς θείοις, καὶ ἱεροῖς θεσπίσμασι, καὶ τὸ τῆς Ἐκκλησίας κήρυγμα παντὸς ἀξιοῦσι λόγου.

Eximium quodque hoc, et divinæ potentiæ est facinus. Muri enim et munimenta quæ Ecclesiæ liberos servant, intelligi **847** possunt, fides recta et irreprehensibilis, et operum splendor omni virtutum pulchritudine decoratus. Præceptores autem cognitionis dogmaticæ et moralis, adeoque doctores divinorum præconiorum esse possunt, ministri omnes quicunque divino calculo ad hoc vocantur. Et primitiæ quidem hujus sacræ prædicationis exstiterunt nobis divini discipuli, et complures post illos, qui in sermone prædicando secuti sunt eorum vestigia, non solum ex Judæis, sed et ex Græcorum ordinibus, qui, sæculari instructi sapientia, et dicendi facultate præditi, optimi institutores evaserunt, firmum sermonem fidei ædificantes eleganter in animis initiatorum, et inserentes in illis bene vivendi admirabilem conscientiam. Alienigenæ igitur fuerunt, quia non erant ex sanguine Israel, quod ad carnem attinet; architecti tamen sapientes, ut divinus Paulus loquitur, quique recte norant in nobis Christum fundare [5], per fidem videlicet, et rerum bonarum institutionem. Hoc, opinor, est : « Ædificabunt alienigenæ muros tuos, et reges eorum assistent tibi. » Quorum reges? Nimirum alienigenarum. Et reges hic dicit, vel principes et duces populorum, qui assistunt Ecclesiæ Christi, satellitio munientes velut eam; et liberos ejus tanquam scuto protegentes, ac omnem hostium impetum propellentes, tam qui aspectabiles sunt quam qui inaspectabiles; aut certe, summis ornatos honoribus, et regium sceptrum habentes, qui etiam Ecclesiæ assistunt. Assistentia hoc in loco significat obedientiam. Cedunt enim divinis et sacrosanctis vaticiniis, atque prædicationem Ecclesiæ summo in pretio habent.

Διὰ γὰρ ὀργὴν ἐπάταξά σε, καὶ δι' ἔλεον ἠγάπησά σε. Καὶ ἀνοιχθήσονται αἱ πύλαι σου διὰ παντὸς, ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ οὐ συγκλει-

VERS. 11, 12. *Etenim propter iram percussi te, et propter misericordiam dilexi te. Et aperientur portæ tuæ semper, die et nocte, et non claudentur, ut*

[4] Psal. LXXI, 10, 11. [5] Coloss. I, 23.

Digitized by Google

introducant ad te potentiam gentium, et reges adducentur. Gentes enim et reges qui non servient tibi, peribunt, et gentes vastabuntur.

Quoniam enim, inquit, deprehensa es, quamplurimis et intolerabilibus implicata vitiis, parem pœnam sustinuisti. Erat enim necesse ut, cum talis sis, iram hanc et supplicium sustineres. Quoniam autem tibi rursus misericordia impartienda erat, utpote a bono et misericorde Domino ac Deo, impartita est, et expellam omnem iram. Quid igitur futurum **848** est? quid dabitur, postquam res asperæ cessaverint? « Aperientur, inquit, portæ tuæ semper, interdiu et noctu, neque claudentur. » Videtur his verbis pacem polliceri illis, et tranquillitatem quæ inde provenit. Nam civitates quæ hostium impressionem aliquam fore suspicantur, non semper apertas habent portas, nisi cum tempus ita fert et necessitas, idque vix interdiu sine metu. At quæ eo timore liberatæ sunt, nec passuras se tale quidquam exspectant, illas aperiunt ingredientibus, idque etiam quidam noctu faciunt. Si igitur pacem illis promittit Deus et amplissimam felicitatem, certe continuus erit adventantium concursus, et veluti perpetuus ingressus eorum, qui trahuntur quodammodo per fidem ad agnitionem Christi, ita ut patefactæ portæ esse videantur, et nullum tempus esse, quo eas claudi oporteat, non his solum quidem demissæ et humilis fortunæ sunt, et jugo regni parent, sed illis qui in omnes habent imperium. Licet autem ex rebus ipsis prophetiæ hujus virtutem etiamnum videre. Accipit enim Ecclesia omni tempore volentes credere, nemini prorsus occludit huc festinanti, sed liberum ac licitum est volentibus quolibet tempore, nullo impediente, ad lucem veritatis adduci. Adducit autem omnes Deus et Pater, ad agnitionem Filii, per quem, et in quo, et cum quo glorificatur. Atque hoc ipse nobis significavit, dicens : « Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus qui misit me traxerit eum [a]. » Gentium potentiam inducendam dicit, ut ne solos eos intelligas, ut dixi, qui tenui et abjecta conditione sunt, sed eos etiam, qui cum potestate sunt, et gloria in hac vita spectabiles. Adjungit porro : « Gentes et reges qui non servient tibi, peribunt, et vastabuntur. » Infideles enim et a mysteriis alieni, et salutis quæ per Christum est non participes, sive illi sint illustres, sive obscuri, in profundum inferni et in mortis laqueum incident. Immorientur enim peccatis suis, et pœnam omnium extremam subibunt.

VERS. 13. *Et gloria Libani ad te veniet; in cyparisso et pinu et cedro, ut glorificetur locus sanctus meus.*

Mons est Phœniciæ Libanus, cedris, cyparissis et pinu densus, et ipsis thuris arboribus. Admira-

[a] Joan. VI, 44.

σθήσονται εἰσαγαγεῖν πρὸς σὲ δύναμιν ἐθνῶν, καὶ βασιλεῖς ἀγομένους. Τὰ γὰρ ἔθνη, καὶ οἱ βασιλεῖς οἵτινες οὐ δουλεύσουσί σοι, ἀπολοῦνται, καὶ τὰ ἔθνη ἐρημωθήσονται.

Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶ, πλείστοις τε ὅσοις καὶ ἀφορήτοις πλημμελήμασιν εὑρέθης ἔνοχος τὴν ἰσόρροπον ὑπομεμένηκας δίκην. Ἦν γὰρ ἀνάγκη τοιαύτην οὖσαν ὑπομεῖναι τὰ ἐξ ὀργῆς. Ἐπειδὴ δέ σοι πάλιν ἐχρῆν ὡς ἔξ ἀγαθοῦ τε καὶ φιλοικτίρμονος Κυρίου καὶ Θεοῦ δοθῆναι τὸν ἔλεον, δέδοται, καὶ διώξω τὰ ἐξ ὀργῆς. Τί οὖν ὑπάρξει, τί δὲ δοθήσεται πεπαυμένων τῶν σκυθρωπῶν; « Ἀνεωχθήσονται, φησὶν, αἱ πύλαι σου διὰ παντὸς, ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ οὐ συγκλεισθήσονται. » Ἔοικεν ἐν τούτοις εἰρήνην αὐτοῖς ὑπισχνεῖσθαι, καὶ τὴν ἐντεῦθεν εὐδίαν. Αἱ μὲν γὰρ ἐν ὑποψίᾳ πολεμίων ἐμβολῆς οὖσαι πόλεις, οὐκ ἀεὶ τὰς πύλας ἀναπετασμένας ἔχουσιν, ἀλλ' ὡς ἐν καιρῷ καὶ χρείᾳ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ μόλις, καὶ οὐ δίχα δειμάτων· αἱ δὲ εἰσάπαν ἀπηλλαγμέναι τοῦ προσδοκᾶν τι τοιοῦτο ὑπομεῖναι ἀνευρύνουσιν αὐτὰς τοῖς εἰσβάλλουσι, κἂν εἰ ἐν νυκτὶ τοῦτο δρῶσί τινες. Εἰ τοίνυν εἰρήνην αὐτοῖς ἐπαγγέλλεται Θεὸς, καὶ πλάτος εὐημερίας, ἥγουν ἀδιαλείπτως ἔσται τῶν πρὸς αὐτὴν ἰόντων ἡ συνδρομὴ, καὶ οἷον διηνεκὴς ἡ εἴσοδος, ἐλκομένων τρόπον τινὰ διὰ τῆς πίστεως εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ, ὥστε δοκεῖν ἀνανεῶχθαι τὰς πύλας, καὶ καιρὸν οὐκ εἶναί τινα, καθ' ὃν αὐτὰς κλείεσθαι πρέπει, καὶ οὐχὶ μόνοις τοῖς ἐν ὑφέσει βίου, καὶ ὑπὸ ζυγὰ βασιλείας, ἀλλὰ γὰρ καὶ αὐτοῖς τοῖς τὸ κατὰ πάντων ἔχουσι κράτος. Ἔξεστι δὲ διὰ πραγμάτων ἰδεῖν τῆς προφητείας τὴν δύναμιν κρατοῦσαν εἰς δεῦρο. Δέχεται γὰρ ἡ Ἐκκλησία κατὰ πάντα καιρὸν τοὺς πιστεύειν ἐθέλοντας, ἐκκλείει δὲ ὅλως οὐδενὶ τὴν εἰς τοῦτο σπουδήν· ἔξεστι δὲ τοῖς ἐθέλουσι παραποδίζοντος οὐδενὸς, καθ' ὃν ἂν βούλωνται καιρὸν, πρὸς τὸ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας ἄγεσθαι φῶς· ἄγει δὲ ἅπαντας Θεὸς καὶ Πατὴρ εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ Υἱοῦ, δι' οὗ, καὶ ἐν ᾧ, καὶ μεθ' οὗ δοξάζεται. Καὶ τοῦτο αὐτὸς ἡμῖν καταμεμήνυκε, λέγων· « Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ Πατήρ μου ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτόν. » Ἐθνῶν δὲ δύναμιν εἰσαχθήσεσθαί φησιν, ἵνα μὴ μόνους ἐννοῇς, ὡς ἔφην, τοὺς ἐν σμικρότητί τε καὶ ἐν ὑφέσει, ἀλλὰ γὰρ καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐν δυνάμει, καὶ δόξῃ τῇ κατὰ τόνδε τὸν βίον. Προσεπάγει δὲ ὅτι, « Καὶ ἔθνη, καὶ οἱ βασιλεῖς, οἵτινες οὐ δουλεύσουσί σοι, ἀπολοῦνται, καὶ ἐρημωθήσονται. » Οἱ γὰρ ἄπιστοι, καὶ ἀμυσταγώγητοι, καὶ τῆς διὰ Χριστοῦ σωτηρίας ἀμέτοχοι, κἂν εἴτε τινὲς εἶεν τῶν περιφανῶν, εἴτε τῶν ἀσημοτέρων, εἰς πέταυρον ᾅδου, καὶ εἰς παγίδα θανάτου πεσοῦνται· ἐντεθνήξονται γὰρ ταῖς ἑαυτῶν ἁμαρτίαις, καὶ τὴν ἁπασῶν ἐσχάτην ὑπομενοῦσι δίκην.

Καὶ ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου πρὸς σὲ ἥξει ἐν κυπαρίσσῳ, καὶ πεύκῃ, καὶ κέδρῳ, ἅμα δοξάσαι τὸν τόπον τὸν ἅγιόν μου.

Ὄρος ἐστὶ τῆς Φοινίκης ὁ Λίβανος, κέδροις τε καὶ κυπαρίσσοις, καὶ πεύκῃ κατάκομον, καὶ αὐτοῖς δὲ

Digitized by Google

τοῖς τοῦ Λιβάνου φυτοῖς. Θαυμάζεται δὲ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας τὸ μνημονευθὲν ὄρος, ὡς ἀφθονωτάτην ἔχον τὴν ὕλην, καὶ δένδρεσι τοῖς εὐμηκεστάτοις, καὶ εὐοσμοτάτοις καταπλουτοῦν. Αὕτη τοίνυν ἡ δόξα δοθήσεταί σοι, φησὶ, νοητῶς δηλονότι, καὶ πνευματικῶς. Τρέφει γὰρ ἡ Ἐκκλησία Χριστοῦ πλείστας τε ὅσας, καὶ εὐδοκίμους ἁγίων κεφαλὰς ὑψοῦ τε ἠρμένας ἐξ ἀρετῶν, ναὶ μὴν καὶ εὐοσμοτάτας. Χριστὸν γὰρ εὐοδιάζουσιν· ἔνεστι δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ πέρα κεῖσθαι φθορᾶς τῆς ἐκ φρονήματος σαρκικοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ τὸ μὴ φθείρεσθαι πεύκῃ τε καὶ κέδρῳ. Ἔθος δὲ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ τοῖς τοιοῖσδε τῶν φυτῶν ἀφομοιοῦν ἔσθ' ὅτε τὴν τῶν ἁγίων πληθὺν, καὶ γοῦν ἔφη που πάλιν Θεὸς διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· « Καὶ ποιήσω ὕδωρ ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἐν τῇ ἀνύδρῳ ποταμούς. Θήσω εἰς τὴν ἄνυδρον γῆν κέδρον, καὶ πύξον, καὶ μυρσίνην, καὶ κυπάρισσον, καὶ λεύκην. » Γῇ μὲν γὰρ ξηρᾷ τε καὶ ἀνύδρῳ παρεικάζει τὰ ἔθνη· οὐ γὰρ ἦν παρ' αὐτοῖς θεῖος λόγος ὁ ζωοποιεῖν δυνάμενος, καὶ εἰς αὔξησιν ἀναφέρειν τὴν ἐν εὐσεβείᾳ τε καὶ γνώσει Θεοῦ, ἀλλὰ γεγόνασι παρ' αὐτοῖς κέδρος, καὶ πύξος καὶ μυρσίνη, καὶ κυπάρισσος, καὶ λεύκη, τουτέστιν, εὐμήκη τε καὶ ἀξιάγαστα φυτὰ, ὧν καὶ ὁ θεσπέσιος Μελῳδὸς διαμνημονεύει λέγων· « Ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει, χορτασθήσονται τὰ ξύλα τοῦ πεδίου, καὶ αἱ κέδροι τοῦ Λιβάνου, ἃς ἐφύτευσας. » Ὡς γὰρ ὁ πάνσοφος γράφει Παῦλος, « Θεοῦ γεώργιόν ἐσμεν. » Αὕτη τοίνυν ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου, φησὶ, δοθήσεταί σοι, τουτέστιν, ὀφθήσῃ κατάνομος πολλαῖς καὶ τεθαυμασμέναις ἁγίων κεφαλαῖς. Ἔσται δὲ τοῦτο, ὥστε δοξασθῆναι τὸν τόπον τὸν ἅγιόν μου. Καύχημα μὲν γὰρ Ἐκκλησιῶν οἱ τοῖς τῶν ἀρετῶν ὑψώμασιν ἐμβεβηκότες, καὶ χθαμαλὸν οὐδὲν, ἤγουν γήϊνον, καὶ χαμαιρρίφὲς ἔχοντες εἰς νοῦν διὰ τοῦ φρονεῖν τὰ σαρκὸς, ἄττοντες δὲ μᾶλλον ὑψοῦ, καὶ τὰ ἄνω φρονοῦντες, καὶ οἷον ἀποφοιτῶντες τῆς γῆς, καὶ περιπατοῦντες μὲν ἐπ' αὐτῆς, ἄνω δὲ καὶ ἐν οὐρανοῖς ἔχοντες τὸ πολίτευμα.

A tioni autem habetur **849** hac de causa hic mons quem commemoravimus, ut qui maximam ligni vim habeat, abundetque arboribus procerissimis et fragrantissimis. Hæc igitur gloria, inquit, dabitur tibi, intelligibiliter scilicet et spiritualiter. Nutrit enim Ecclesia Christi plurima et illustria sanctorum capita, tum sublimia virtute, tum odoratissima. Spirant enim suaviter Christum. Adest illis quoque hoc, ut nulli sint carnalis affectus corruptioni obnoxii, ita ut pinus et cedrus non corrumpuntur. Solet autem Scriptura divinitus inspirata, hujusmodi arboribus nonnunquam assimilare sanctorum multitudinem. Siquidem rursus dixit voce Isaiæ Deus : « Et producam aquam in solitudine, et in loco aquis carente flumina. Ponam in terra aquis carente, B cedrum, buxum, myrtum, cyparissum et populum [7]. » Cum terra enim arida et aquis carente gentes comparat. Non enim fuit apud eas sermo divinus, qui vivificare potest, et ad pietatis auctus ac incrementum in cognitione Dei adducere. Sed fuerunt apud illas cedrus et buxus et myrtus et cyparissus ac populus, id est, arbores bene proceræ et mirabiles. Quarum etiam meminit divinus Psaltes, dicens : « Panis cor hominis roborat ; saturabuntur ligna campi, et cedri Libani quas plantasti [8]. » Nam, ut sapientissimus Paulus scribit : « Dei agricultura sumus [9]. » Hæc igitur, inquit, gloria Libani dabitur tibi, id est, florebis multis et admirandis sanctorum capitibus refertus. Erit autem hoc, ut decoretur locus sanctus meus. Decus enim Ecclesiarum sunt C hi qui ad virtutum celsitatem ascenderunt, et qui nihil habent in mente terrenum et humile, nec quæ carnis sunt sapiunt ; sed qui altum petunt, et quæ supra sunt sapiunt, et velut e terra secedunt, ac in supernis ambulant [10], in cœlis habentes conversationem [11].

Καὶ πορεύσονται πρὸς σὲ δεδοικότες οἱ υἱοὶ τῶν ταπεινωσάντων σε, καὶ παροξυνάντων σε, καὶ κληθήσῃ πόλις Κυρίου Σιὼν ἁγίου Ἰσραήλ.

Αὐτὸ τῶν πραγμάτων τὸ πέρας διαδείκνυσιν ἀκριβῶς τῆς προφητείας τὴν δύναμιν, οὐκ ἔξω βαίνουσαν τ' ἀληθοῦς· ἐμπαροινησαμένη γὰρ τῷ πάντων Σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ ταπεινὴ γέγονεν ἡ Ἱερουσαλὴμ D τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος ἀποβεβλημένη, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος ἀπολισθήσασα, καὶ φειδοῦς ἐρήμη τῆς ἄνωθεν γενομένη, πεσοῦσα δὲ καὶ εἰς χεῖρας ἐχθρῶν, οἳ δὴ καὶ πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν καταδῃώσαντες, καὶ αὐτὸν ἐνέπρησαν τὸν θεῖόν τε καὶ διαβόητον ναόν. Ἐπειδὴ δὲ σέσωσται τὸ κατάλειμμα Θεοῦ κατοικτείραντος, πεπιστεύκασι γὰρ εἰς Χριστὸν οὐκ εὐαρίθμητοι τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, κεχρημάτικεν Ἐκκλησία Χριστοῦ, καὶ γέγονε μήτηρ ὥσπερ ἐθνῶν. Οἱ γὰρ υἱοὶ τῶν ποτε ταπεινωσάντων αὐτὴν, τουτέστιν, οἱ τῶν ἐπιγείων κρατοῦντες πραγμάτων, καὶ ταῖς τῶν σκήπτρων διαδοχαῖς ὡς ἐξ ἐκείνων ἐρχό-

Vers. 14. *Et ibunt ad te timentes filii eorum qui humilem te reddiderunt, et concitaverunt ; vocaberisque civitas Domini Sion sancti Israel.*

Rerum exitus satis indicat, prophetiæ vim a vero non deviare. Bacchata enim furiose in omnium Servatorem Christum Jerusalem **850** humilis facta est, a conjunctione ejus ejecta, et a spe in illum delapsa, et a misericordia superna derelicta, cadensque in manus hostium, qui, tota Judæa in vastitatem redacta, ipsum etiam divinum et celebratissimum templum incenderunt. Postquam vero servatæ fuerunt reliquiæ, Deo commiserante (crediderunt enim in Christum innumeri Israelitæ), nuncupata est Ecclesia Christi, et facta est velut mater gentium. Nam filii eorum qui humiliaverunt eam, id est, qui rebus terrenis imperant, et in sceptrorum successiones exinde veniunt, venerationi habent Ecclesiam, et timentes, id est, sollicite et cum Dei metu, ad eam accedunt. « Vocata est

[7] Isa. XLI, 18, 19. [8] Psal. CIII, 15, 16. [9] I Cor. III, 9. [10] Rom. VIII, 5. [11] Philipp. III, 20.

Digitized by Google

enim civitas Domini Sion sancti Israel. » Deinamque civitas est Ecclesia. Idque docet divinus David, velut illam alloquens : « Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei [12]. » Et ipse universorum Dominus ait Iyra Psallentis : « Hic habitabo, quia elegi eam. Portæ ejus benedicens benedicam, pauperes ejus saturabo panibus, sacerdotes ejus induam salute [13]. » Sin velit quispiam posteros eorum regum, qui persecuti sunt Ecclesiam, dicere qui nunc cum honore et timore ad eam veniunt, et divinam quasi civitatem suscipiunt, non discedit a scopo. Videmus enim exemplis rem ad eum eventum deductam.

A μενοι σεπτὴν ἡγοῦνται τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ δεδοικότες, τουτέστι, μετ' εὐλαβείας, καὶ τὸν θεῖον εἰς νοῦν ἔχοντες φόβον προσίασιν αὐτῇ· « Κέκληται γὰρ πόλις Κυρίου Σιὼν ἁγίου Ἰσραήλ. » Θεοῦ γὰρ πόλις ἡ Ἐκκλησία, καὶ τοῦτο διδάσκει ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ὡς πρὸς αὐτὴν, « Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ. » Καὶ αὐτὸς δέ που φησὶν ὁ τῶν ὅλων Κύριος διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος λύρας· « Ὧδε κατοικήσω, ὅτι ἡρετισάμην αὐτὴν, τὴν θύραν αὐτῆς εὐλογήσω, τοὺς πτωχοὺς αὐτῆς χορτάσω ἄρτον, τοὺς ἱερεῖς αὐτῆς ἐνδύσω σωτηρίαν. » Εἰ δὲ δή βούλοιτό τις καὶ τῶν ποτε διωξάντων τὴν Ἐκκλησίαν βασιλέων υἱοὺς τοὺς καθεξῆς ὀνομάζειν, οἳ μετὰ τιμῆς καὶ δέους προσέρχονται νῦν αὐτῇ, καὶ ὡς θείαν τιμῶσι πόλιν, οὐκ ἔξω φέρεται τοῦ σκοποῦ. Ὁρῶμεν γὰρ εἰς τοῦτο ἐκβεβηκὸς τὸ τῶν πραγμάτων πέρας.

VERS. 15, 16. *Pro eo quod fuisti derelicta, et odio habita, et non erat qui succurreret. Et ponam te exsultationem æternam, gaudium generationum generationibus. Et suges lac gentium, et divitias regum comedes. Et scies quia ego Dominus qui salvo te, et qui eruo te Deus Israel*

B *Διὰ τὸ γενέσθαι σε ἐγκαταλελειμμένην, καὶ μεμισημένην, καὶ οὐκ ἦν ὁ βοηθῶν. Καὶ θήσω σε ἀγαλλίαμα αἰώνιον, εὐφροσύνην γενεαῖς γενεῶν. Καὶ θηλάσεις γάλα ἐθνῶν, καὶ πλοῦτον βασιλέων φάγεσαι. Καὶ γνώσῃ ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ σώζων σε, καὶ ὁ ἐξαιρούμενός σε ὁ Θεὸς Ἰσραήλ.*

« Eras enim, inquit, derelicta et odio habita, et non erat qui succurreret. » Hæc causa humilitatis tuæ exstitit. Nam debacchata es in eum qui evehere et felicitatem tibi incolumem servare potest; sed nemo fuit qui manum porrigeret auxiliatricem, eo quod Deo invisa eras. Debacchata es enim non in unum aliquem in servili conditione locatum, aut ministri munus obeuntem, sed in ipsum universorum Regem ac Dominum. At quoniam semel **851** humiliationem hanc passa es, hæc molesta præteribunt, et posteriori beneficio te in pristinum statum restituet. Quemadmodum enim par erat, divina Dei sententia, te inobedientem puniri; sic conversam te misericordiam invenire convenit. « Ponam te igitur, inquit, exsultationem æternam. » Nihil est enim triste in Ecclesia Christi. Ubi enim omnino spes est incorruptionis, et æternæ vitæ, et sempiternæ gloriæ, ac regni cœlorum, quomodo mœstitiæ locus esse potest? « Et suges lac gentium, et divitias regum comedes. » Videtur nonnullis sensus propheticus tale quid docere : multos ex grege ac numero Græcorum, Scripturis divinitus inspiratis eruditos et tractandorum dogmatum intelligentia præditos, fore doctores Judaicæ Synagogæ. Sed aliorsum videtur hæc oratio tendere, nec hanc viam esse et progressum hujus sententiæ, illudque potius velle denotare; cumulandos esse eos fructuum oblationibus et regiis donariis gentium. Idque verum esse ostendit ipsa rerum experientia. His ita absolutis : « Ego, inquit, Dominus qui servo te. » Nam, ut propheta Isaias ait : « Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus et quasi Gomorrhæ similes [14]. » Gratia enim et humanitate Dei servatæ sunt reliquiæ Israelis, ne in totum illa gens ex sanctis orta patribus disperiret.

« Γέγονας μὲν γὰρ, φησὶν, ἐγκαταλελειμμένη, καὶ μεμισημένη, καὶ οὐκ ἦν ὁ βοηθῶν. » Αὕτη σοι πρόφασις τῆς ταπεινώσεως ἦν, πεπαρῴνηκας γὰρ εἰς τὸν ὑψοῦν δυνάμενον, καὶ ἀκράδαντόν σοι φυλάξαι τὸ εὐημερεῖν, ἀλλ' οὐδεὶς ἦν ὁ χεῖρα νέμων ἐπίκουρον, ἐπείπερ ἦσθα θεομισής· πεπαρῴνηκας γὰρ οὐκ εἰς ἕνα τινὰ τῶν ἐν τάξει κειμένων οἰκετικῇ, καὶ διακονικὴν ἐχόντων τὴν λειτουργίαν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν C τῶν ὅλων βασιλέα καὶ Κύριον. Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ πέπονθας τὴν ταπείνωσιν παρελάσει τὰ μοχθηρὰ, καὶ τοῖς δευτέροις ἀνακτήσεταί σε. Ὥσπερ γὰρ ἀπειθήσασαν ἔδει κολάζεσθαι ψήφῳ δικαίᾳ Θεοῦ, οὕτως ἐπιστρέψασαν ἐλεεῖσθαι πρέπει. « Θήσω σε τοίνυν, φησὶν, εὐφροσύνην γενεαῖς γενεῶν· » στυγνὸν γὰρ οὐδὲν ἐν Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ, ὅπου δὲ ὅλως ἐλπὶς ἀφθαρσίας, καὶ ἀτελευτήτου ζωῆς, καὶ ἀμηρύτου δόξης, καὶ βασιλείας οὐρανῶν, ποῖον ἂν ἔχοι τὸ κατηφές; Καὶ θηλάσεις γάλα ἐθνῶν, καὶ πλοῦτον βασιλέων φάγεσαι. Καὶ δοκεῖ μέν τισι τοιοῦτόν τι διδάσκειν τῆς προφητείας ὁ νοῦς, ὅτι πολλοὶ τῶν ἐξ ἀγέλης Ἑλληνικῆς σεσοφωμένοι τὸν νοῦν ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς, καὶ δογματικῆς εὐτεχνίας εἰς γνῶσιν ἀναπτδήσαντες, ἔσονται διδάσκαλοι τῆς ἐξ Ἰουδαίων Συναγωγῆς. Δοκεῖ δέ πως εἰς τὸ παρὸν ὁ λόγος, οὐχὶ ταύτην D ἰέναι μᾶλλον τῶν ἐννοιῶν τὴν ὁδὸν, ἐκεῖνο δὲ ἴσως βούλεσθαι καταδηλοῦν, ὅτι ταῖς ἐξ ἐθνῶν καρποφορίαις, καὶ βασιλικοῖς ἀναθήμασιν ἐμπλησθήσεται. Διαδείκνυσι γὰρ ἀληθὲς ὂν καὶ τοῦτο τῶν πραγμάτων ἡ πεῖρα. Τούτων δὲ οὕτω τετελεσμένων φησὶν, ὅτι « Ἐγὼ Κύριος ὁ σώζων σε. » Ὡς γὰρ ὁ προφήτης φησὶν Ἡσαΐας· « Εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμορρα ἂν ὡμοιώθημεν. » Χάριτι γὰρ καὶ φιλανθρωπίᾳ Θεοῦ σέσωσται τὸ κατάλειμμα τοῦ Ἰσραὴλ, ὥστε μὴ εἰσάπαν ἀπολέσθαι τὸ ἐξ ἁγίων πατέρων ἔθνος.

[12] Psal. LXXXVI, 3. [13] Psal. CXXXI, 14-16. [14] Isa. I, 9.

Digitized by Google

Καὶ ἀντὶ χαλκοῦ οἴσω σοι χρυσίον, ἀντὶ δὲ σιδήρου οἴσω σοι ἀργύριον, ἀντὶ δὲ ξύλων, οἴσω σοι χαλκόν, ἀντὶ δὲ λίθων, σίδηρον. Καὶ δώσω τοὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ.

Δέχεται μὲν τὰς ὕλας ὡς ἐν τάξει παραδειγμάτων, πλείστην ὅσην ἐχούσας τὴν πρὸς ἀλλήλας διαφοράν. Σημαίνει δέ τι πλαγίως πνευματικὸν καὶ βαθύ. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν ὅτι πάντα πρὸς τὰ ἀμείνω μεταστήσεται, καὶ τῶν πρώτων διοίσει τὰ δεύτερα. Παραχωρήσει γὰρ πάντως ἡ ἐν νόμῳ παίδευσις τῇ διὰ Χριστοῦ, τουτέστι τοῖς εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασι, καὶ τοσοῦτον ἔσται τὸ μεταξὺ, ὅσονπερ ἂν καὶ εἰ τὸ διὰ μέσου χαλκοῦ καὶ χρυσοῦ. Χρυσοφανὴς μὲν γὰρ ὁ χαλκὸς, πλὴν οὐκ ἔστι χρυσὸς, ἀργυροφανὴς δὲ καὶ ὁ σίδηρος, ἔνεστι γὰρ τὸ λαμπρὸν αὐτῷ, πλὴν οὐκ ἄργυρος, ἀλλ' ἡττᾶται πολὺ τοῦ προὔχοντος. Οὐκοῦν τὴν ἐν νόμῳ παίδευσιν παρεικάσαι τις δύναιτ' ἂν χαλκῷ, χρυσῷ γε μὴν τὴν διὰ Χριστόν· καὶ πάλιν τῆς ἐν νόμῳ πολιτείας τὴν δύναμιν παρεικάσαι τις ἂν σιδήρῳ, μεμετρημένον ἔχοντι τὸ φαιδρὸν, τήν γε μὴν ἐν Χριστῷ καὶ εὐαγγελικὴν, ἀργύρῳ μᾶλλον· τελεωτάτην γὰρ ἔχει φαιδρότητα, νοητῶς. Ταύτητοι, καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος, καίτοι πλεῖστον ὅσον ἐσχηκέναι λέγων διὰ τῆς ἐν νόμῳ ζωῆς τὸ καύχημα, γνώσεώς τε τῆς ὑπ' αὐτοῦ, σκύβαλα μὲν ἡγεῖτο τὰ πάντα, Χριστὸν δὲ κερδαίνειν ἤθελε, καὶ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως αὐτοῦ. Ξύλα δὲ καὶ λίθοι χρήσιμα πρὸς οἰκοδομήν· εὑρήσομεν δὲ τὸν πάνσοφον Παῦλον τῆς παρά τινων μυσταγωγίας τὴν δύναμιν ταύταις παρεικάζοντα ταῖς ὕλαις. « Εἰ γάρ τις, φησὶν, ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον, ξύλα, χόρτον, λίθους, καλάμην. » Τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, ἐκεῖνό φαμεν, ὅτι τῶν Γραμματέων, καὶ Φαρισαίων ἡ διδασκαλία, ἦγουν καθάπαξ τῶν ἀπίστων Ἰουδαίων ἡ ὑφήγησις, οὐ συνιέντων ὅλως τὸ Χριστοῦ μυστήριον, ὅτι μηδὲ πεπιστεύκασιν εἰς αὐτὸν, παρεικάζοιτο ἂν ξύλοις τυχὸν, καὶ λίθοις, ἡ δὲ ἐν Χριστῷ, καὶ εὐαγγελικὴ, τοσοῦτον ἔχει τὸ ἄμεινον, ὅσον χαλκὸς καὶ ξύλον, σιδηρός τε πρὸς λίθον. Εὐδιάθρυπτα μὲν γὰρ τὰ παρ' ἐκείνοις ἦν διδάγματά τε καὶ ἐνθυμήματα, στερεὰ δὲ, καὶ οἷον ἄθραυστα μετὰ τοῦ λαμπροῦ, καὶ τιμίου, τὰ τῶν ἐν Χριστῷ. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ ἐκπίπτουσιν εἰς γενεαλογίας, καὶ μύθους ἀπεράντους τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς ἐξηγούμενοι, λήρους τε τινὰς ἐμπλέκοντες, καὶ γραώδη τερετίσματα· οἱ δὲ τὸν Χριστὸν φοροῦντες εἰς νοῦν, πᾶσαν ὁδὸν εὐτεχνίας ἁγιοπρεποῦς τοὺς ὑπὸ χεῖρα διδάσκουσι, καὶ δογματικῆς ἀκριβείας ἀποφέρουσιν ἐραστὰς, καὶ ἁπάσης ἀρετῆς ἐργάτας τοὺς προσιόντας αὐτοῖς· διαδείκνυσι δέ πως εὐθὺς τὸ ἐπενηνεγμένον, ὅτι τοῦτον ἔχει τὸν σκοπὸν τῆς προφητείας ὁ νοῦς. « Δώσω γὰρ, φησὶ, τοὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ. » Ὡς γὰρ τῶν πρώτων, φησὶν, ἐξωσμένων, ἑτέρους ἀνίστησιν ἄρχοντάς τε καὶ ἐπισκόπους λαῶν ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ διαπρέποντας ἐν εἰρήνῃ καὶ δικαιοσύνῃ. Εἰρηνεύουσι γὰρ πρὸς Θεὸν, οἱ τὰ

A

B

C

D

Vers. 17. *Et pro ære afferam tibi aurum, pro ferro feram tibi argentum, pro lignis feram tibi æs, pro lapidibus ferrum. Et dabo principes tuos in pace, et episcopos tuos in justitia.*

Materias sumit exempli loco, quæ multum inter se differunt. Significat autem oblique quiddam spirituale et profundum. Vult enim dicere omnia in melius esse convertenda, et primis præstantiora fore secunda. Cedet enim omnino legalis institutio Christianæ, id est, evangelicis oraculis; et tantum erit intervallum, quantum inter æs et aurum interest. Æs enim speciem auri habet, verum non est aurum. Argento simile est ferrum, inest enim ei quiddam lucidum, verum non est argentum, sed præstantiori multum cedit. Legalem itaque institutionem comparare quis poterit **852** æri, Christianam auro. Rursus legalem politiam comparare quis poterit ferro, quod mediocrem quemdam habet splendorem, ac Christianam et evangelicam, argento potius; perfectissimum enim habet splendorem intelligibiliter. Hinc sapientissimus Paulus, etsi dicat se habere unde gloriari possit propter vitam in lege transactam, ejusque cognitionem, pro stercoribus tamen ducit omnia; Christum autem lucrari volebat, et cognitionis ejus præstantiam [15]. Ligna et lapides ad ædificationem quidem conferunt; inveniemus tamen sapientissimum Paulum quorumdam mystagogiæ vim cum his materiis comparare. « Si quis enim, inquit, superstruat fundamento ligna, fenum, lapides, stipulam [16]. » Quod cum ita se habeat, illud dicimus, Scribarum et Pharisæorum doctrinam, vel in universum infidelium Judæorum enarrationem, qui omnino Christi mysterium non intelligunt, ut qui in ipsum non crediderunt, comparari posse lignis et lapidibus; Christi autem et evangelicam tanto esse meliorem, quanto ligno æs, ferrum lapidi antecellit. Illorum enim documenta et inventa fragilia erant: at quæ in Christo sunt, solida exsistunt et infracta, illustria quoque et magnifica. Judæi enim delabuntur in genealogias, et fabulas infinitas populo suo exponunt, nugas etiam quasdam intertexunt, et aniles cantilenas [17]. At qui Christum gerunt in animo, omnem viam sancti artificii suos docent, et exactæ dogmatum peritiæ studiosos reddunt, et omnis virtutis operarios, quicunque ipsos adeunt. Hunc esse scopum propheticæ sententiæ, declarat statim quod infertur. « Dabo enim, inquit, principes tuos in pacem, et episcopos tuos in justitiam. » Perinde enim, inquit, ac primi expulsi essent, alios principes et episcopos populorum excitat universorum Servator, et pace et justitia præcellentes. Pacem enim habent apud Deum, qui student ea sapere quæ illi placent, et qui justitiæ ornamentis coronati sunt. Tale quid alibi quoque dixit propheta Isaias, imo per prophetam Deus, ad matrem Ju-

[15] Philipp. III, 8. [16] I Cor. III, 12 [17] I Tim. I, 4.

Digitized by Google

dæorum, dico Jerusalem : « Et inducam manum meam super te, et excoquam ad purum; infideles autem perdam, et auferam **853** omnes iniquos a te, et omnes superbos deprimam, et præficiam judices tuos ut prius, et consiliarios tuos ut ab initio. Et deinceps vocaberis civitas justitiæ, metropolis fidelis Sion [18]. » Quin et Servator ipse reprehendit Judæorum præfectos, dicens : « Amen, amen dico vobis, tolletur a vobis regnum cœlorum, et dabitur genti alteri ferenti fructus ejus [19]. »

A αὐτῷ δοκοῦντα φρονεῖν σπουδάζοντες, καὶ τοῖς τῆς δικαιοσύνης αὐχήμασι στεφανούμενοι. Ἔφη τι τοιοῦτον ἑτέρωθί που πάλιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας, μᾶλλον δὲ διὰ τοῦ προφήτου Θεὸς πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων μητέρα, φημὶ δὴ τὴν Ἱερουσαλήμ· « Καὶ ἐπάξω τὴν χεῖρά μου ἐπὶ σὲ, καὶ πυρώσω εἰς καθαρὸν, τοὺς δὲ ἀπειθοῦντας ἀπολέσω, καὶ ἀφελῶ πάντας ἀνόμους ἀπὸ σοῦ, καὶ πάντας ὑπερηφάνους ταπεινώσω καὶ ἐπιστήσω τοὺς κριτάς σου ὡς τὸ πρότερον καὶ τοὺς συμβούλους σου ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, καὶ μετὰ ταῦτα κληθήσῃ πόλις δικαιοσύνης, μητρόπολις πιστὴ Σιών. » Ναὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ τοῖς Ἰουδαίων καθηγηταῖς ἐπετίμα λέγων· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ δοθήσεται ἔθνει ἑτέρῳ, ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. »

TOMUS V.

VERS. 18. *Et non audietur ultra injustitia in terra tua, neque contritio, neque miseria in finibus tuis; sed vocabuntur salus muri tui, et portæ tuæ sculptura.*

Magnam habet probabilitatem oratio. Si enim principes ejus in pace et episcopi laudibus justitiæ excellant, valebit etiam semper hoc apud subditos, ut in omni justitia et pietate Christiana vitam transmittere contendant. « Non erit, inquit, contritio in finibus tuis. » Contritionem hic vocat vim contra submissos et infirmos. Ejusmodi enim homines facile patent incursionibus, et prostant diripere volentibus, tanquam præda, promptissime. Injusti autem olim et violenti fuerunt Judaicæ Synagogæ duces : ac legibus divinis obnitentes, perversa ferebant in re quaque judicia. Sæpe igitur eos Litteræ sacræ incusant, ut qui summa impietate ad hunc lapidem impingerent, ita ut intolerandis criminibus conspicerentur impediti. Alicubi enim dicit : Præfecti ejus ob dona judicabant, et prophetæ ejus propter argentum vaticinabantur [20]. Psallit etiam divinus David : « Contritio et miseria in viis eorum, et viam pacis non cognoverunt, non est timor Dei ante oculos eorum [21]. » Reprehendebat et eos qui jejunaverunt universorum Deus, sic dicens : « In diebus enim jejuniorum vestrorum, invenitis voluntates vestras, et omnes subditos affligitis judicio et pugnis, jejunatis et **854** percutitis pugnis humilem [22]. » Præterea voce Isaiæ : « Concupiverunt agros, et diripuerunt orphanos, et domos occuparunt, et diripuerunt virum et domum ejus, virum et hæreditatem ejus [23]. » Postquam vero hi esse desierunt, et eorum loco excitatus est sanctorum apostolorum chorus ; et qui post illos eorum vestigia sequi studentes, recte secant veritatis sermonem [24], optimique fiunt subjectæ plebis pædagogi : hinc nec sine causa dicit non ultra in terra eorum auditum iri injustitiam, sed nec contritionem nec miseriam; sed vocandos esse muros ejus salutare, et portas sculpturam. Muros, ut ego arbitror, dicit sanctos

ΤΟΜΟΣ Ε'.

Καὶ οὐκ ἀκουσθήσεται ἔτι ἀδικία ἐν τῇ γῇ σου, οὐδὲ σύντριμμα, καὶ ταλαιπωρία ἐν τοῖς ὁρίοις σου, ἀλλὰ κληθήσεται σωτήριον τὰ τείχη σου, καὶ αἱ πύλαι σου γλύμμα.

Καὶ πολύ γε τὸ εἰκὸς ὁ λόγος ἔχει. Εἰ γὰρ οἱ ἄρχοντες αὐτῆς ἐν εἰρήνῃ, καὶ διαπρέποντες ἐν αὐχήμασι δικαιοσύνης οἱ ἐπίσκοποι, κρατήσει πάντως που, καὶ παρὰ τοῖς ὑπεζευγμένοις, τὸ ἐν ἁπάσῃ δικαιοσύνῃ, καὶ εὐσεβείᾳ τῇ κατὰ Χριστὸν ἐπείγεσθαι διαβιοῦν. « Οὐκ ἔστι δὲ, φησὶν, οὐδὲ σύντριμμα ἐν τοῖς ὁρίοις σου. » Σύντριμμα δέ φησι τὴν πλεονεξίαν, τὴν κατά γε τῶν ἐν ὑφέσει, καὶ ἀσθενείᾳ. Εὔδρομοι γὰρ οἱ τοιοίδε, καὶ τοῖς διαρπάζειν ἐθέλουσιν ἑτοιμοτάτη πρόκεινται θήρα. Ἄδικοι δὲ καὶ πλεονέκται γεγόνασι κατὰ καιροὺς οἱ τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς ἡγούμενοι, καὶ τοῖς θείοις νόμοις ἀντανιστάμενοι, διαστρόφους ἐποιοῦντο τὰς ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι κρίσεις. Αἰτιᾶται γοῦν αὐτοὺς πλεισταχοῦ τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, ὡς ἀνοσιότητος εἰς τοῦτο διελάσαντας μέτρον, ὥστε καὶ ἀφορήτοις ἐγκλήμασιν ἐνόχους ὄντας ὁρᾶσθαι· ποτὲ μὲν γάρ φησιν, ὅτι οἱ ἡγούμενοι αὐτῆς μετὰ δώρων ἔκριναν, καὶ οἱ προφῆται αὐτῆς μετὰ ἀργυρίου ἐμαντεύοντο. Ψάλλει δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος, « Σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν, οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. » Ἐπετίμα δὲ καὶ νενηστευκόσιν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, οὕτω λέγων· « Ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις τῶν νηστειῶν ὑμῶν, εὑρίσκετε τὰ θελήματα ὑμῶν, καὶ πάντας τοὺς ὑποχειρίους ὑπονύσσετε εἰς κρίσεις, καὶ μάχας, νηστεύετε, καὶ τύπτετε πυγμαῖς ταπεινόν· » καὶ προσέτι τούτοις διὰ τῆς Ἡσαΐου φωνῆς· « Καὶ ἐπεθύμουν ἀγροὺς, καὶ διήρπαζον ὀρφανοὺς, καὶ οἴκους κατεδυνάστευον, καὶ διήρπαζον ἄνδρα καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἄνδρα καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. » Ἐπειδὴ πέπαυται μὲν τὰ ἐκείνων, ἀντεγήγερται δὲ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ὁ χορὸς, καὶ οἱ μετ' ἐκείνους ἔτι τοῖς αὐτῶν ἴχνεσι κατακολουθεῖν σπουδάζοντες ὀρθοτομοῦσι μὲν τῆς ἀληθείας τὸν λόγον, ἄριστοι δὲ τῶν ὑπὸ χεῖρα γεγόνασι παιδαγωγοί. Ταύτητοι, καὶ μάλα εἰκότως, οὐκ ἔτι μὲν ἀδικίαν ἐν τῇ γῇ αὐτῶν ἀκουσθήσεσθαί φησιν, ἀλλ' οὐδὲ

[18] Isa. I, 25, 26. [19] Matth. XXI, 43. [20] Mich. III, 11. [21] Psal. XIII, 3. [22] Isa. LVIII, 3, 4. [23] Isa. X, 2. [24] II Tim. II, 18 25.

Digitized by Google

σύντριμμα, καὶ ταλαιπωρίαν· κληθήσεσθαι δὲ μᾶλλον σωτήριον τὰ τείχη αὐτῆς, γλύμμα δὲ καὶ τὰς πύλας, τείχη δὲ, ὥς γε οἶμαι, φησὶ τοὺς ἁγίους παιδαγωγοὺς, δογματικαῖς τε καὶ ἠθικαῖς εἰσηγήσεσιν ἀσφαλιζομένους τὴν Ἐκκλησίαν, ὥστε καὶ ἀνάλωτον εἶναι τοῖς ἐχθροῖς, κἂν εἴτε τινὲς εἶεν ὁρατοὶ, εἴτ' οὖν καὶ ἀόρατοι. Οἱ αὐτοὶ δ' ἂν εἶεν καὶ πύλαι, ἅτε δὴ καὶ εἰσαγωγικῷ χρώμενοι λόγῳ, καὶ εἰσφέροντες διὰ πίστεως εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας τοὺς ἔξω τέως ὄντας αὐτῆς. Γλύμμα δὲ ὅτι περικαλλὴς ἦν ἄγαν ὁ λόγος αὐτοῖς, καὶ οἷον εἰς ἀλήθειαν ἐκτετορνευμένος· εὐπρεπὲς γὰρ ἅπαν τὸ γεγλυμμένον· καὶ οἱ μὲν Ἑβδομήκοντα ταύτην δεδώκασι τὴν ἑρμηνείαν, οἱ δὲ ἕτεροι τῶν ἑρμηνευτῶν, ἀντὶ τοῦ γλύμμα τεθείκασι τὸν Ἰησοῦν. Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο ἀληθές. Ὡραῖος γὰρ κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων κεχρημάτικέ τε καὶ ἔστι, τείχη δὲ αὐτὸν, καὶ πύλας πεπλουτήκαμεν. Ἀσφαλίζεται γὰρ ἡμᾶς ἀῤῥήτῳ δυνάμει, καὶ ταῖς τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἐπικουρίαις· « Ἐντελεῖται γὰρ, φησὶ, τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου· » καὶ « Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύεται αὐτούς. » Ἐρχόμεθα δὲ δι' αὐτοῦ εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ Πατρὸς, καὶ γέγονε πρὸς τοῦτο καὶ θύρα, καὶ πύλη, καὶ ὁδός. Ἔφη γοῦν ὅτι « Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα, καὶ ἡ ὁδὸς, καὶ οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. » Ἔστι δὲ καὶ γλύμμα, τουτέστιν ἡ μορφὴ, καὶ τὸ εἶδος τοῦ τεκόντος αὐτὸν, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, καὶ εἰκὼν, καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης αὐτοῦ.

A pædagogos, qui dogmatum et moralium præceptorum doctrinis Ecclesiam muniunt, ut capi non possit ab hostibus, sive illi sint aspectabiles, sive inaspectabiles. Iidem possunt etiam esse portæ ut qui isagogicis utantur sermonibus seu institutionibus, et per fidem adducant ad agnitionem veritatis eos qui tum ab ea fuerunt alienati. Sculpturam autem quod pulchra et elegans sit eorum oratio, et ad veritatem quasi tornata. Speciosum est enim admodum, quod est cælatum et politum. Et hanc quidem interpretationem dederunt Septuaginta. Alii interpretes pro γλύμμα posuerunt Jesum. Est autem illud quoque verum. Speciosus enim forma præ filiis hominum [25] et nuncupatur et est, illumque tanquam muros et portas possedimus. Munit B enim nos ineffabili potentia, et sanctorum angelorum præsidiis. « Mandabit namque, inquit, angelis suis de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis [26]. » Et: « Castra ponet angelus Domini circa timentes se, et eruet eos [27]. » Ac per illum ingredimur ad agnitionem Patris, et exstitit ad hæc ostium, et porta, et via. Dixit siquidem: « Ego sum ostium, et via, et nemo venit ad Patrem, nisi per me [28]. » Est etiam sculptura seu forma et species ejus qui genuit, et character substantiæ ejus, et imago, atque splendor gloriæ ejus.

Καὶ οὐκ ἔσται σοι ὁ ἥλιος εἰς φῶς ἡμέρας, οὐδὲ ἀνατολὴ σελήνης φωτιεῖ σοι τὴν νύκτα, ἀλλ' ἔσται σοι Κύριος φῶς αἰώνιον, καὶ ὁ Θεὸς δόξα σου. Οὐ γὰρ δύσεται ὁ ἥλιός σοι, καὶ ἡ σελήνη οὐκ ἐκλείψει. Ἔσται γὰρ σοι Κύριος φῶς αἰώνιον.

C Vers. 19, 20. *Et non erit tibi sol in lucem diei, neque lunæ ortus collustrabit te noctu: sed erit tibi Dominus lux æterna, et Deus gloria tua. Non enim occidet sol tibi, et luna te non deficiet. Nam erit tibi Dominus lux æterna.*

Βούλονταί τινες διὰ τῆς τῶν προκειμένων ἐννοίας ἀποφέρειν ἡμᾶς εἰς γε τὸ χρῆναί τι τοιοῦτον ὑπονοεῖν. Ἐν ἐσχάτοις γὰρ τοῦ αἰῶνος καιροῖς ἐγηγερμένων τῶν ἐν γῇ κειμένων, καὶ καταφοιτήσαντος ἐξ οὐρανοῦ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς, ἀπρακτήσει μὲν ἡ τῶν στοιχείων λαμπρότης, καινοὺς δὲ οὐρανοὺς, καὶ καινὴν γῆν, καὶ τὰ ἐπαγγέλματα αὐτοῦ προσδοκῶμεν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἔφη δέ τι τοιοῦτον καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, ὅτι « Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς. » Ἀρκέσει γὰρ τοῖς ἁγίοις εἰς φωτισμὸν αὐτὴ τοῦ Σωτῆρος ἡ δόξα. Ἀλλ' ἵνα δοκῇ πως ἕπεσθαι τῇ τῶν ἀνόπιν ἐννοίᾳ τὰ προκείμενα, τὴν ἑρμηνείαν ἐπαινέσαντες ταυτηνὶ, καὶ ἕτερόν τι δηλοῦσθαί φαμεν διὰ τῶν προκειμένων στίχων. Φῶς μὲν γὰρ τὸ ἡλιακὸν, καὶ προσέτι τὸ σεληνιαῖον, χρειῶδές τε καὶ ἀναγκαῖόν ἐστι τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς. Ἀλλ' ἐν νυκτὶ μὲν τὸ ἡλιακὸν συστέλλεται φῶς, ἐν ἡμέρᾳ δὲ τὸ σελήνης. Παραλλὰξ γὰρ ἀλλήλοις παραχωροῦσι τὸ φαίνειν. Τὸ δέ γε θεῖον καὶ νοητὸν, ὃ ταῖς τῶν πιστευσάντων καρδίαις ἐνίησι, φησὶν, ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος,

855 Volunt quidam ex sententia horum verborum nos adducere, ut tale quiddam intelligamus. Extremis enim sæculi temporibus, excitatis his qui in terra jacent, et descendente de cœlo omnium nostrum Servatore Christo, cum sanctis angelis in gloria Patris, irritus fiet elementorum splendor, novosque cœlos, ac novam terram et promissiones ejus exspectamus, secundum id quod scriptum est. Tale quid dixit etiam Servator noster: « In die- D bus illis sol obtenebrabitur, et luna non dabit lumen suum [29]. » Satis enim erit sanctis ad illuminationem ipsa Servatoris gloria. Sed quo posita verba cum superiorum sententia cohærescere videantur, interpretationem hanc laudamus quidem, sed aliud quiddam his versibus significari dicimus. Lux enim solaris et præterea lunaris, perutile quiddam est et necessarium corporeis oculis; sed noctu lux solis contrahitur, interdiu lunæ. Alternis enim vicibus lucent. Atqui lux divina et intelligentia percepta, quam credentium cordibus immittit universorum Servator, per Spiritum sanctum et per eos qui mysteria norunt tradere, inexstincta erit, et jugis et semper lucida; adeo ut cujus-

[25] Psal. xliv, 3. [26] Psal. xc, 11. [27] Psal. xxxiii, 8. [28] Joan. x, 9; xiv, 6. [29] Matth. xxiv, 29.

Digitized by Google

que mens nec solis opera, nec lunæ opus habeat ad illuminationem et visus recuperationem. Non enim luce sub sensu cadente illustratur mens ; sed potius sancti Spiritus illustratione et splendore contenta est ad perspiciendam et intuendam Christi gloriam, utque scire possit quantum habeat cum Patre suo similitudinem, substantiæ scilicet ratione, et quodnam sit optimæ vitæ iter certe cognoscere. Factus est igitur nobis lux æterna Salvator. Idque perspicuum facit, dicens : « Ego sum lux mundi [30] . » Et rursus : « Cum in mundo sum, lux sum mundi [31]. » — « Qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lucem vitæ [32]. »

A καὶ διὰ τῶν εὖ εἰδότων μυσταγωγεῖν, ἀσβεστον ἔσται, καὶ ἀκατάληκτον, καὶ ἀειφανὲς, ὥστε μήτε ἡλίου μήτε σελήνης ἐν χρείᾳ καθεστηκέναι τὸν ἑκάστου νοῦν πρὸς φωτισμὸν, ἢ ἀνάβλεψιν· οὐ γὰρ αἰσθητῷ φωτὶ καταλάμπεται νοῦς, ἀρκεῖται δὲ μᾶλλον τῇ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φωταγωγίᾳ, καὶ φαιδρότητι πρὸς τὸ δύνασθαι καθορᾶν τὴν δόξαν Χριστοῦ, καὶ ὅσον ἂν ἔχοι πρὸς τὸν τεκόντα αὐτὸν τὴν ὁμοφέρειαν, οὐσιωδῶς δὲ δηλονότι, καὶ μὴν καὶ τῆς ἀρίστης ζωῆς ἁπλανῶς εἰδέναι τὴν ὁδόν. Γέγονε τοίνυν φῶς αἰώνιον ἡμῖν ὁ Σωτὴρ, καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐναργὲς καθίστησι, λέγων· « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, » καὶ πάλιν· « Ὅταν ὦ ἐν τῷ κόσμῳ, φῶς εἰμι τοῦ κόσμου. » —« Ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ, οὐ μὴ περιπατήσῃ ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς. »

Vers. 21, 22. *Et complebuntur dies luctus tui,* B *et populus tuus omnis justus, et in sæculum terræ hæreditatem possidebit, custodiens plantationem, opera manuum suarum in gloriam. Qui paucus est, erit in millia, et qui minimus, in gentem magnam. Ego Dominus in tempore congregabo eos.*

Καὶ ἀναπληρωθήσονται αἱ ἡμέραι τοῦ πένθους σου, καὶ ὁ λαός σου πᾶς δίκαιος, καὶ δι' αἰῶνος κληρονομήσουσι τὴν γῆν, φυλάσσων τὸ φύτευμα ἔργα χειρῶν αὐτοῦ εἰς δόξαν. Ὁ ὀλιγοστὸς ἔσται εἰς χιλιάδας, καὶ ὁ ἐλάχιστος εἰς ἔθνος μέγα. Ἐγὼ Κύριος κατὰ καιροὺς συνάξω αὐτούς.

Qui tempus consummationis designari aiunt, ex eo quod non ultra lumen solare et **856** lunare opus suum peragat, sed contrahatur, ut Dominus noster fiat lux æterna, dicunt lugentibus nunc, quos etiam consolandos ait Servator, finem luctus fore illo tempore. Desinent enim laborare et curis macerari, et æterna consequentur præmia. Hoc est enim, opinor, consolatione perfundi. Quoniam autem rursus tractationis et theorematum C sententiam ex præcedentibus sequi oportet, illud dicimus, his qui manent ac jacent in peccatis, tristitiam propriam esse et convenientissimam. Exspectant enim non honores et coronas, non consolationem a Deo, sed potius supplicium, et ignem atque tenebras. Qui autem benefaciunt, spe gaudent [33], quemadmodum sapientissimus Paulus ait. Excipit enim ac comitatur probitatem eorum, in infinita sæcula, et gloria, et voluptas. Verum quando conversus fuerit ad Dominum etiam qui plurimis peccatis occupatus est, deinde justificatus fuerit per fidem, et remissionem criminum adeptus fuerit, exspectaveritque accipere honores sanctis destinatos, tunc cessabunt dies luctus ejus, et a D sudore ac mœstitia desistet. Confirmat quasi hunc sensum, quod deinceps positum est : « Et populus tuus omnis justus, » id est, justificabitur populus quantus est futurus. Habeturque oratio tanquam ad Ecclesiam : justificat autem impium Christus, gratia et humanitate, et ipse solvit ab omni crimine eos qui convicti sunt. Nam quis horum largiter sit, significavit, cum inquit : Custodiens plantationem, opera manuum suarum in gloriam. Plantatio enim sumus plantarum omnium nostrum Servatoris Christi, ejusque opus. Cum namque essemus oleaster, olivæ pulchræ insiti sumus, tantum non

Οἱ τὸν τῆς συντελείας καιρὸν καταδηλοῦσθαι λέγοντες διὰ τοῦ μηκέτι τὸ ἡλιακὸν, ἤτοι τὸ σεληναῖον ἐνεργῆσαι φῶς, συσταλῆναι δὲ μᾶλλον, ἵν' ὁ Κύριος ἡμῶν φῶς αἰώνιον γένηται, φασὶν ὅτι τοῖς πενθοῦσι νῦν, οὓς δὴ καὶ παρακληθήσεσθαί φησιν ὁ Σωτὴρ, τέλος ἔσται τοῦ πενθεῖν κατ' ἐκεῖνό που τοῦ καιροῦ· πεπαύσονται γὰρ τοῦ ποιεῖν ἔτι, καὶ κατατρύχεσθαι, καὶ τῶν εἰς αἰῶνα τεύξονται γερῶν. Τοῦτο γὰρ, οἶμαι, τὸ παρακληθῆναί ἐστιν. Ἐπειδὴ δὲ πάλιν τῶν θεωρημάτων ἕπεσθαι χρὴ τοῖς ἀνόπιν, ἐκεῖνό φαμεν, ὅτι τοῖς μένουσιν ἐν πλημμελείαις τὸ κατηφὲς οἰκεῖον, καὶ ἁρμοδιώτατον. Προσδοκῶσι γὰρ οὐ τιμὰς καὶ στεφάνους, οὐ παράκλησιν τὴν παρὰ Θεοῦ, κόλασιν δὲ μᾶλλον, καὶ πῦρ, καὶ σκότος· οἵ γε μὴν ὄντες ἐν ἀγαθουργίαις τῇ ἐλπίδι χαίρουσι, καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος· διαδέχεται γὰρ τὸ ἐπιεικὲς αὐτῶν ἡ εἰς ἀπεράντους αἰῶνας δόξα, καὶ τρυφή· πλὴν ὅταν ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύριον, καὶ ὁ πλείσταις ὅσαις ἁμαρτίαις ἐνισχημένος, εἶτα δικαιωθῇ διὰ τῆς πίστεως, καὶ κομίσηται μὲν τῶν αἰτιαμάτων τὴν ἄφεσιν, προσδοκήσει δὲ λαβεῖν καὶ τὰς τοῖς ἁγίοις ἠτοιμασμένας τιμάς. Τότε δὴ πεπαύσονται μὲν αἱ ἡμέραι τοῦ πένθους αὐτοῦ, καταλήξει δὲ ἱδρῶτος, καὶ κατηφείας, βεβαιοῖ δὲ ὥσπερ ταυτηνὶ τὴν διάνοιαν τὸ ἑφεξῆς κείμενον· « Ἔσται γὰρ, φησὶν, πᾶς ὁ λαός σου δίκαιος, » τουτέστι, δικαιωθήσεται πᾶς ὁ σοὶ ἑπόμενος λαός· ἔστι δὲ ὁ λόγος ὡς πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν· δικαιοῖ δὲ Χριστὸς τὸν ἀσεβῆ χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ ἀνίησι παντὸς αἰτιάματος τοὺς ἁλόντας αὐτός. Τίς γὰρ ἔσται τῶν τοιούτων ὁ χορηγὸς, διαμεμήνυκεν, εἰπών· Φυλάσσων τὸ φύτευμα, ἔργα χειρῶν αὐτοῦ εἰς δόξαν. Φύτευμα γάρ ἐσμεν τῶν φυτῶν τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ ἔργον αὐτοῦ· ἀγριέλαιοι γὰρ ὄντες ἐνεκεντρίσθημεν εἰς καλλιέλαιον, μονονουχὶ καὶ αὐτουργοῦντος εἰς ἡμᾶς τοῦ

[30] Joan. VIII, 12. [31] Joan. IX, 5. [32] Joan. VIII, 12. [33] I Tim. VI, 18.

Digitized by Google

Χριστοῦ· οὐ γὰρ πρέσβυς, οὐκ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἔσωσεν ἡμᾶς. Ἔφη γοῦν αὐτός· « Ὁ λαλῶν πάρειμι. » — « Ἔσται δὲ, φησὶ, καὶ ὁ ὀλιγοστὸς εἰς χιλιάδας, καὶ ὁ ἐλάχιστος εἰς ἔθνος μέγα. » Νῦν μὲν γὰρ, τουτέστιν, ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ κέκρυπται τῶν ἁγίων ἡ δόξα, καὶ τό γε ἦκον εἰς ἀλαζονείας κοσμικὰς ἐλάχιστοί τινες εἶναι δοκοῦσιν οὐκ ἔχοντες δόξαν ἐμφανῆ. Ἐπιλάμψαντος δὲ πάλιν ἐξ οὐρανῶν τοῦ Χριστοῦ τὸ τηνικάδε, καὶ ὁ νομισθεὶς ἐλάχιστος εἶναι καὶ ὀλιγοστὸς ἔσται εἰς ἔθνος μέγα. Καθηγήσεται γὰρ λαῶν, καὶ ἡγεμονεύσει πολλῶν, ἅτε δὴ τὸν εὐδόκιμον ἐν τῇδε τῷ βίῳ διανύσας δρόμον· καὶ τοῦτο ἔστιν ἰδεῖν ἐξ ὧν ἔφη Χριστός· τοῖς γὰρ ἀποστόλοις προσλαλῶν· « Ὅταν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καθίσῃ, φησὶν, ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, τότε καὶ ὑμεῖς καθίσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνων, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. » Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν τῇ τῶν ταλάντων διανεμήσει εὑρίσκεται λέγων, « Ἔσο ἐπάνω δέκα φυλῶν· » ἑτέροις δὲ τὴν μείω δίδωσι μοῖραν· « Ἔσο γὰρ, φησὶν, ἐπάνω πέντε πόλεων. » Ἰσοστατοῦσάν που πάντως ταῖς ἐπιεικείαις αὐτῶν τὴν ἀντιμισθίαν ὁρέγων, καὶ τὴν ἑκάστῳ πρέπουσαν ταλαντεύων τιμήν. Ἐπ' αὐτῷ δὴ οὖν τούτῳ χαίροντες οἱ ἅγιοί φασιν· « Ὑπέταξε λαοὺς ἡμῖν, καὶ ἔθνη ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν. » Τούς γε μὴν ἐλαχίστους νομισθέντας εἶναι κατὰ τὸν βίον, εἶτα γεγονότας εἰς χιλιάδας, καὶ εἰς ἔθνος μέγα. « Ἐγὼ, φησὶν, ὁ πάντων Κύριος, συνάξω κατὰ καιροὺς, » τοὺς τῆς ἐξ οὐρανῶν ἐπιδημίας δηλονότι. Τότε γὰρ ἔσται τοῖς ἁγίοις ἡ παντὸς ἀπόλαυσις ἀγαθοῦ· οἳ καὶ ἁρπασθήσονται, καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος, ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, οὕτω τε πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα ταῖς ἀτελευτήτοις ἐντρυφῶντες τιμαῖς

A operante in nobis Christo. Non enim legatus, non angelus, sed ipse Dominus servavit nos. Dixit itaque ipse : « Qui loquor, adsum [34]. » — « Qui autem paucus est, inquit, erit in millia, et qui minimus, in gentem magnam. » Nunc enim, id est, in hoc sæculo, occultata est gloria sanctorum, et si fastum mundi respicias, minimi esse videntur, qui illustrem non habent gloriam ; sed rursus ubi illuxerit de cœlo Christus, tunc etiam qui habitus est minimus et paucus, erit in magnam gentem. Præficietur enim populis et imperitabit multis, utpote in hac vita confecto cursu laudabili. Quod videre est, ex his quæ dixit Christus. Nam affatus apostolos, inquit : « Cum Filius hominis sedebit **857** in throno gloriæ suæ, tunc etiam sedebitis vos in duodecim B thronis judicantes duodecim tribus Israel [35]. » Quin et in distributione talentorum invenimus eum dicere : « Esto super decem tribus ; » aliis autem minorem largitur portionem. « Esto enim, inquit, super quinque civitates [36], » probitati ipsorum parem utique mercedem tribuens, et cuique convenientem talentorum honorem. Ideoque gaudentes sancti, dicunt : « Subjecit populos nobis et gentes sub pedibus nostris [37]. » Minimos autem in vita reputatos, deinde in millia et in gentem magnam amplificatos. « Ego, inquit, omnium Dominus congregabo suo tempore, » adventus scilicet de cœlo. Tunc enim sancti omni bono fruentur qui rapientur, ut sapientissimus Paulus inquit, in nubibus in occursum Domini in aerem ; itaque semper cum Domino erimus [38], vel C erunt, æternis circumfluentes honoribus.

Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, καλέσαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτὸν, καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως, παρακαλέσαι πάντας τοὺς πενθοῦντας, δοθῆναι τοῖς πενθοῦσι Σιὼν δόξαν ἀντὶ σποδοῦ, ἄλειμμα εὐφροσύνης τοῖς πενθοῦσι, καὶ καταστολὴν δόξης ἀντὶ πνεύματος ἀκηδίας.

CAP. LXI. VERS. 1-3. *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me ; evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, et cæcis visum, vocare annum Domini acceptabilem, et diem retributionis, consolari omnes lugentes, ut detur lugentibus Sion gloria pro cinere, unctio lætitiæ lugentibus, et amictus gloriæ pro spiritu mœroris.*

Ὁ ἐν τοῖς ἀνόπιν εἰπὼν περὶ τῶν ἐν πίστει κληθησομένων· « Ἐγὼ Κύριος κατὰ καιροὺς συνάξω D αὐτοὺς, » ὡς ἐνεστηκότος ἤδη τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν ἐπήγγελται συναγείρειν αὐτοὺς, καὶ ὡς ἤδη γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑπελθὼν, καὶ καθεὶς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, « Πνεῦμα Κυρίου, φησὶν, ἐπ' ἐμὲ, » καίτοι φύσει Θεὸς ὑπάρχων ὁ Μονογενὴς Ἅγιος ἁγίων ἐστὶ, καὶ πᾶσαν αὐτὸς ἁγιάζει τὴν κτίσιν, ἅτε δὴ καὶ ἐξ ἁγίου Πατρὸς πεφυκὼς, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ προχεόμενον Πνεῦμα, καὶ ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ἐνιεὶς, ὡς ἑαυτοῦ, καὶ προσέτι τοῖς ἐπεγνωκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Πῶς οὖν ἡγιάζετο; Θεὸς γὰρ ὑπάρχων ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς, δίδωσι μὲν θεϊκῶς τὸ πνεῦμα τῇ κτίσει, δέχεται δὲ αὐ-

Qui in superioribus dixit de vocandis per fidem : « Ego Dominus, in tempore congregabo eos [39], » veluti jam instante tempore, quo promisit eos se coacturum, et quasi factus jam homo, et similitudinem nostram suscipiens, et se ad inanitionem submittens, « Spiritus Domini, inquit, super me ; » quoniam natura Deus exsistens Unigenitus Sanctus sit sanctorum, et omnem ipse naturam sanctificet, utpote ex sancto Patre natus, cumque ex se procedentem Spiritum immittat superis potestatibus suis, et porro apparitionem ipsius agnoscentibus, quomodo igitur sanctificatus est? Deus nempe cum sit idemque homo, dat spiritum creaturæ Deitatis ratione, accipit autem illum a Deo et

[34] Isa. LXIII, 9. [35] Isa. LII, 6. [36] Matth. XIX, 28. 16. [37] Isa. LX, 22. [38] Luc. XIX, 17. [39] Psal. XLVI, 4. [38] I Thess. IV,

Digitized by Google

Patre, ratione humanitatis. Hanc dicimus esse unctionem. **858** Causamque humanitatis declarat. Cum enim dixisset, a Patre, adjunxit necessario : « Eo quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, ac prædicare remissionem captivis, et cæcis visum reddere, ac præterea vocare diem retributionis. » Multa siquidem in illos exstiterunt humanitatis Unigeniti illustria specimina. Ut enim reficeret orbem, et universæ terræ incolas Deo et Patri adduceret, omnibus in melius transmutatis, et facie terræ quasi renovata, accepit formam servi [40], quamtumvis esset Dominus universorum, et fausta nuntiavit pauperibus, propterea missum se dicit. Pauperes esse et intelligi possunt, qui omnis boni laborant indigentia, nec quidquam spei habent, et sine Deo sunt in mundo, sicuti scriptum est[40*]. Illi autem sunt ex gentibus, qui fide in ipsum locupletati, divinum et cœlestem thesaurum lucrati sunt, evangelicam videlicet et salutarem prædicationem, per quam facti sunt cœlestis regni participes, et consortes sanctorum, atque hæredes eorum quæ nec mens nec oratio complecti potest. « Oculus enim, inquit, non vidit, et auris non audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ paravit Deus diligentibus se [41]. » Vel fortassis oratio hic dicit, pauperibus spiritu donatum esse locuples charismatum per Christum ministerium. Contritos corde vocat infirmo et fracto animo præditos, et perturbationum incursionibus non valentes obsistere, itaque illis subjectos, ut captivi esse videantur. His sanationem ac medicinam promittit, ac cæcis dat visum. Nam qui creaturam colunt, et ligno dicunt : « Pater meus es tu; et lapidi : Tu genuisti me [42]; » deinde natura et vere Deum non agnoverunt : quidni cæci sint, et pectus habeant luce divina et intelligibili nudum? His immittit Pater veræ Dei cognitionis lucem. Vocati sunt enim per fidem, et illum cognoverunt, imo ab ipso cogniti sunt; filiique noctis cum essent ac tenebrarum, filii lucis exstiterunt. **859** Collustravit etenim illos dies, et ortus est Sol justitiæ, et illustris apparuit Lucifer. Nihil incommodi erit, si ex sanguine Israelitico oriundis omnia dicta accommodemus. Nam erant pauperes, et contriti corde, ac velut captivi, et obtenebrati. « Non enim in terra erat quisquam qui faceret bonum, non erat usque ad unum. Omnes pariter declinaverunt, simul inutiles facti sunt [43]. » Venit autem Christus, et Israelitis ante alios nuntiavit fausta ac præclara præsentiæ suæ facinora : præterea, ut annum quoque Domini proclamaret acceptum et diem retributionis. Acceptus annus erat, quo pro nobis crucifixus est Christus. Tum enim accepti facti sumus Deo et Patri, et per ipsum fructus edidimus. Idque nos docuit ipse, dicens : « Amen, amen dico vobis : Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum manet solum; quod si mortuum fuerit, fructum uberiorem profert [44]. »

A τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. Ταύτην εἶναί φαμεν τὴν χρῆσιν [*l.* χρίσιν]. Ἐναρχῆ δὲ καθίστησι τῆς ἐνανθρωπήσεως τὴν αἰτίαν. Εἰπὼν γὰρ ὅτι παρὰ τοῦ Πατρὸς, προσεπήνεγκεν ἀναγκαίως, « Οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, ἄφεσίν τε κηρύξαι τοῖς ἐν αἰχμαλωσίᾳ, χαρίσασθαι δὲ καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, καλέσαι τε πρὸς τούτοις καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως · » πάλιν κατὰ ταὐτὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Μονογενοῦς τὰ περιφανῆ κατορθώματα. Ἵνα γὰρ κατακτήσηται τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ τοὺς ἀνὰ πᾶσαν ὄντας τὴν οἰκουμένην προσκομίσῃ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ μεταστοιχειώσας τὰ πάντα πρὸς τὸ ἀμεινόνως ἔχειν, καὶ οἷον ἀνακαινίσας τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, ἔλαβε δὲ δούλου
B μορφὴν, καίτοι Κύριος ὑπάρχων τῶν ὅλων. Εὐηγγελίσατο γοῦν πτωχοῖς, ἀπεστάλθαι διὰ τοῦτό φησι. Πτωχοὶ δ' ἂν εἶεν, ἤγουν νοηθεῖεν, οἱ παντὸς ἀγαθοῦ νενοσηκότες ποτὲ τὴν ἔνδειαν, ἐλπίδα τε μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Οὗτοι δ' ἂν εἶεν οἱ ἐξ ἐθνῶν, οἱ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν πλουτήσαντες, τὸν θεῖόν τε καὶ οὐράνιον κεκερδηκότες θησαυρὸν, τὸ εὐαγγελικὸν δηλονότι καὶ σωτήριον κήρυγμα, δι' οὗ γεγόνασι καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας μέτοχοι, καὶ συμμερισταὶ τῶν ἁγίων, κληρονόμοι τῶν ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον. « Ὀφθαλμὸς γὰρ οὐκ εἶδε, φησὶ, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. » Ἢ τάχα που καὶ τοῖς πτωχοῖς τῷ
C πνεύματι δεδωρῆσθαί φησιν ὁ λόγος ἐν τούτοις τῶν διὰ Χριστοῦ χαρισμάτων τὴν ἄφθονον χορηγίαν. Συντετριμμένους δέ φησι τὴν καρδίαν, τοὺς ἀσθενῆ καὶ εὐδιάθρυπτον ἔχοντας νοῦν, καὶ ταῖς τῶν παθῶν προσβολαῖς ἀντιφέρεσθαι μὴ δυναμένους, ὑπενηνεγμένους δὲ οὕτως αὐταῖς, ὡς αἰχμαλώτους εἶναι δοκεῖν. Τούτοις ἴασίν τε καὶ ἄφεσιν ἐπαγγέλλεται, τυφλοῖς δὲ οὖσιν αὐτοῖς δίδωσι καὶ ἀνάβλεψιν. Οἱ γὰρ τῇ κτίσει λατρεύοντες, καὶ τῷ ξύλῳ λέγοντες· « Πατήρ μου εἶ σὺ, καὶ τῷ λίθῳ, Σὺ ἐγέννησάς με, » εἶτα τὸν φύσει, καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν οὐκ ἐπεγνωκότες, πῶς οὐκ ἂν εἶεν τυφλοὶ, καὶ φωτὸς τοῦ θείου καὶ νοητοῦ γυμνὴν ἔχοντες τὴν καρδίαν; τούτοις ἐνίησιν ὁ Πατὴρ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας τὸ φῶς. Κέκληνται γὰρ διὰ πίστεως, καὶ ἔγνωσαν αὐτὸν, μᾶλλον δὲ ἐγνώσθησαν
D ὑπ' αὐτοῦ, καὶ υἱοὶ νυκτὸς ὄντες, καὶ σκότους, φωτὸς γεγόνασι τέκνα· διηύγασε γὰρ αὐτοὺς ἡ ἡμέρα, καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνέσχεν Ἥλιος, καὶ λαμπρὸς ἀνέτειλεν Ἑωσφόρος. Λυπεῖ δὲ οὐδὲν καὶ τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ἐφαρμόσαι πάντα τὰ εἰρημένα. Καὶ γὰρ ἦσαν πτωχοὶ, καὶ συντετριμμένοι τὴν καρδίαν, καὶ οἷον αἰχμάλωτοι, καὶ ἐσκοτισμένοι. « Οὐ γὰρ ἦν ἐπὶ γῆς ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνὸς, ἀλλὰ πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν. » Ἀφῆκται δὲ ὁ Χριστὸς καὶ πρό γε τῶν ἄλλων εὐαγγελιζόμενος τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας τὰ κατορθώματα. Καὶ πρός γε δὴ τούτοις, ἵνα καὶ ἐνιαυτὸν Κυρίου καλέσῃ δεκτὸν, καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως. Καὶ

[40] Philipp. II, 7. [40*] Ephes. II, 12. [41] I Cor. II, 9. [42] Jer. II, 27. [43] Psal. XIII, 3. [44] Joan. XII, 24, 25.

Digitized by Google

δεκτὸς μὲν ἐνιαυτὸς, καθ' ὃν ἐσταυρώθη ὑπὲρ ἡμῶν Χριστός. Δεκτοὶ γὰρ τότε γεγόναμεν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ καρποφορηθέντες δι' αὐτοῦ, καὶ τοῦτο αὐτὸς ἡμᾶς ἐδίδαξεν, εἰπών, « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, καρπὸν πλείονα φέρει. » Καὶ πάλιν, « Ὅταν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. » Καὶ γοῦν ἀνεβίω τριήμερος πατήσας τοῦ θανάτου τὸ κράτος. Εἶτα τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς προσεφώνει, λέγων· « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Δεκτὸς οὖν ἐνιαυτὸς ἐκεῖνός που πάντως, καθ' ὃν εἰσεδέχθημεν τὴν πρὸς αὐτὸν λαχόντες οἰκείωσιν, ἀπονιψάμενοι τὴν ἁμαρτίαν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως γενόμενοι κοινωνοὶ διὰ μετοχῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἦγουν δεκτὸς ἐνιαυτὸς, καθ' ὃν πεφανέρωκε τὴν δόξαν αὐτοῦ διὰ τῆς ὑπὲρ λόγον θεοσημείας· ἐδεξάμεθα γὰρ ἀσμένως τὸν τῆς παρ' αὐτοῦ σωτηρίας καιρὸν, ὃν δὴ καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος καταμεμήνυκε λέγων· « Ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας· » ἡμέραν γε μὴν ἀνταποδόσεως εἶναί φαμεν οὐδὲν ἧττον αὐτὸν τὸν τῆς ἐπιδημίας καιρὸν, καθ' ὃν ἡ ἀνταπόδοσις δέδοται παρ' αὐτοῦ τοῖς πιστεύσασιν εἰς αὐτὸν διὰ τῆς ἐν ἐλπίσιν ἐπαγγελίας· οἷον δὲ δή τι φημί· Ἡ κατὰ τὸν Μωσέως νόμον πολιτεία ἐπαινουμένη πρόξενος ἦν τοῖς ἀμωμήτως αὐτὴν ἐθέλουσι κατορθοῦν τῆς ἐνταῦθα εὐπραγίας, ὑπόσχεσιν δὲ γερῶν τῶν εἰς τὸ μέλλον οὐκ εἶχε. Μόνης δὲ τάχα που τῆς κατὰ τόνδε τὸν βίον εὐημερίας ἐποιεῖτο μνήμην· ἐκέλευε μὲν γὰρ ἀπέχεσθαι πλημμελημάτων, ἐπιφωνῶν, « Ἵνα μὴ ἀποθάνῃς ἐν οὐ καιρῷ σου. » Ἐπεφώνει δὲ καὶ τέκνοις· « Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς. » Ἐπηγγέλλετο δὲ καὶ καρπῶν ἀφθονίαν, ἔσθ' ὅτε, καὶ πολέμου παῦλαν, καὶ εἰρήνης πλάτος, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῆς εὐθυμίαν. Ἔφη γοῦν διὰ φωνῆς Ζαχαρίου· « Κατακάρπως κατοικηθήσεται Ἰερουσαλὴμ ἀπὸ πλήθους ἀνθρώπων καὶ κτηνῶν τῶν ἐν αὐτῇ, καὶ ἐγὼ ἔσομαι αὐτῇ, λέγει Κύριος, τεῖχος πυρὸς κυκλόθεν, καὶ εἰς δόξαν ἔσομαι ἐν μέσῳ αὐτῆς. » Καὶ πάλιν· « Ἔτι καθίσονται πρεσβύτεροι ἐν ταῖς πλατείαις Ἰερουσαλήμ. Ἕκαστος τὴν ῥάβδον αὐτοῦ ἐν τῇ χειρὶ ἔχων ἀπὸ πλήθους ἡμερῶν, καὶ αἱ πλατεῖαι τῆς πόλεως πλησθήσονται παιδαρίων καὶ κορασίων παιζόντων ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς. » Προσκαίρων οὖν ἄρα γερῶν ἀπόλαυσιν ὁ διὰ Μωσέως νόμος ὑπισχνεῖτο τοῖς πάλαι· τὸ δὲ θεῖον καὶ σωτήριον κήρυγμα τὰς εἰς τὸ μέλλον ἀνταποδόσεις· « Μακάριοι γάρ, φησὶν, οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· » καὶ τοὺς ἑφεξῆς κειμένους μακαρισμοὺς εἴ τις ἕλοιτο πολυπραγμονεῖν ἀνταποδόσει ἐπηγγελμένας, λαμπρὰς καὶ μεγάλας εὑρήσει παρὰ

A Et iterum : « Quando de terra exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum [48]. » Siquidem revixit tertio die, calcato mortis imperio. Deinde sanctos discipulos allocutus ait : « Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra. Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen Patris, et Filii, et Spiritus sancti [49]. » Acceptus est igitur omnino annus ille, quo admissi sumus, adepti societatem cum ipso, abluto peccato per sanctum baptisma, et divinæ illius naturæ facti participes communicatione sancti Spiritus. Vel annus acceptus est, quo manifestavit gloriam suam miraculo ineffabili. Libenter enim arripuimus salutis per ipsum tempus, quod sapientissimus significavit Paulus, dicens : « Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis [50]. »

B Retributionis diem esse nihilo secius diximus, ipsum adventus tempus, quo retributio data est ab ipso credentibus in ipsum, ex promissione quam spes amplectitur. Quod dico, ita se habet : Legis Mosaicæ politia laudata, recte et inculpate facere volentibus, felicitatis præsentis conciliatrix erat; pollicitationem vero bonorum futurorum adjunctam non habebat, sed solummodo prosperitatem hujus vitæ 860 prædicabat; jubebat enim abstinere a delictis, acclamans : « Ne moriaris in tempore non tuo [51]. » Liberis autem aiebat : « Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene tibi sit, et longævus sis in terra [52]. » Interdum etiam promittebat fructuum ubertatem, et quietem a bello, ac pacis amplitudinem, et inde animi tranquillitatem. Dixit siquidem voce Zachariæ : « Fructuose inhabitabitur Jerusalem a multitudine hominum et jumentorum, quæ sunt in ea. Et ego ero illi, dicit Dominus, murus ignis circumcirca, et gloria ero in medio ejus [53]. » Et iterum : « Adhuc sedebunt seniores in plateis Jerusalem, quisque virgam suam habens in manu, a multitudine dierum. Et plateæ civitatis implebuntur puerulis et puellis ludentibus in plateis ejus [54]. » Temporariam itaque præmiorum perfruitionem Mosaica lex promittebat veteribus; at divina et salutaris prædicatio, retributiones in futuro tempore. « Beati enim, inquit, pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cœlorum [55]. » Et, si consequentes beatitudines quis indagare velit diligenter, retributiones quæ promissæ sunt, inveniet a

D Deo, et illustres et magnas. Sin alio modo visum sit alicui, retributionem a Christo factam de adventus tempore interpretari, non aberrabit a scopo. Olim enim insolenter gessit se contra mortales profanissimus Satan, et orbem occupavit, a vera cognitione, Dei, inquam, naturalis segregatum ac divulsum, et in puteum quasi peccati præcipitatum, ac sui malarumque secum potestatum reddidit cultorem. Itaque dixit : « Totum orbem comprehendam manu ut nidum, et ut derelicta ova tollam : nec est qui possit me effugere, vel qui contradicat mihi [56]. »

[48] Joan. XII, 32. [49] Matth. XXVIII, 18, 19. [50] II Cor. VI, 2. [51] Eccle. VII, 18. [52] Exod. XX, 12. [53] Zach. II, 4. [54] Zach. VIII, 4. [55] Matth. V, 3. [56] Isa. X, 14.

Digitized by Google

Ἀνακεφαλαίωσιν ὥσπερ τινὰ τοῦ παντὸς λόγου, καὶ ἁπάσης προφητείας διὰ τουτωνὶ ποιεῖται Χριστὸς, καὶ ὡς ἐν βραχέσι καὶ συνεσταλμένοις ἀπαγγέλλει τὰ ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους, καὶ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὴν δύναμιν. Διαμέμνηται γὰρ καὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν, καὶ τῆς τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἀναδείξεως, καὶ ὅτι προσκυνηθήσεται παρὰ πάσης τῆς ὑπ' οὐρανόν. Ὁ μὲν γὰρ πάλαι νόμος, ἓν καὶ μόνον συνήγαγεν ἔθνος, δῆλον δὲ ὅτι τὸ ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ μίαν ἐκάλεσε γλῶσσαν. Ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς οὐχὶ μόνοις τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὴν δύναμιν ἐχαρίζετο, ἀλλὰ γὰρ ἔθνει παντὶ καὶ ἁπάσαις γλώσσαις. Ἔφη γοῦν διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος λύρας· « Ἀκούσατε ταῦτα, πάντα τὰ ἔθνη· ἐνωτίσασθε, πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην· » οὐκοῦν ἅπαντας μὲν συνάξω, φησίν· « Ἥξουσι, καὶ ὄψονται τὴν δόξαν μου. » Κέκληνται γὰρ διὰ πίστεως, καὶ οἱ ποτὲ μακρὰν ὄντες γεγόνασιν ἐγγὺς, καὶ τεθέανται τὴν δόξαν αὐτοῦ· πῶς, ἢ τίνα τρόπον; Ἀκηκόασι γὰρ διὰ τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων, ὅτι καὶ ἰσουργὸς καὶ ἰσοσθενής ἐστι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ τῶν ὑπὲρ λόγον γέγονεν ἀποτελεστής, ὥστε καὶ νεκροὺς ἐκ μνημάτων ἐγεῖραι, καὶ τυφλοῖς ἐνεῖναι τὸ φῶς, ἕτερά τε πρὸς τούτοις ἐργάσασθαι τὰ παντὸς ἄξια καὶ λόγου, καὶ θαύματος. Ἤγουν καθ' ἕτερον τρόπον· τεθέανται τὴν δόξαν αὐτοῦ, μυσταγωγηθέντες ὅτι Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος· οὐ γὰρ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους οἱ ἐξ ἐθνῶν εἰρήκασι· « Διατί σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν; » Ἐπεγνωκότες δὲ μᾶλλον τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον, τὰς ἱερὰς ἐκείνας ἀναβοῶσι φωνάς· « Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, » καὶ μὴν κἀκεῖνο πρὸς τούτῳ τὸ διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, « Ἀληθῶς Θεοῦ Υἱὸς εἶ. » Τέθειται δὲ καὶ ἐπ' αὐτοῖς σημεῖον· ὡς γὰρ ὁ Παῦλός φησιν, « Ἐσφραγίσθημεν τῷ πνεύματι τῆς ἀπολυτρώσεως, καὶ ταῖς ἁπάντων ἡμῶν καρδίαις ἐνεμορφώθη Χριστὸς διὰ μετοχῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Ἀπὸ δέ γε τῶν ἀνασεσωσμένων, φησὶν, ἀποστελῶ εἰς τὰ ἔθνη, εἰς τούσδε καὶ τούσδε. Ἔθνη δὲ ταῦτα τὰ μὲν εἰς ἑσπέραν, τὰ δὲ εἰς ἠῶ, τα δὲ καὶ ἐν τοῖς βορειοτέροις, ἤγουν κατὰ τὴν Ἑλλήνων χώραν, καὶ εἰς τὰς ἐπέκεινα νήσους. « Ἐκεῖ, φησὶν, ἀναγγελοῦσι τὴν ἐμὴν δόξαν. » Οὐ γὰρ σεσιγήκασιν οἱ μαθηταὶ, διεκήρυξαν δὲ πανταχοῦ τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων τὴν δύναμιν.

Anacephalæosin quamdam hisce verbis facit totius orationis et totius prophetiæ Christus : et breviter quasique succincte quæ ab initio ad finem usque facta sunt, virtutemque dispensationis in carne expedit. Commemorat enim et vocationem gentium et sanctorum apostolorum patefactionem, et quod ab universo terrarum orbe adorabitur. Vetus enim lex unam solam gentem, nimirum Israeliticam congregavit, et unam linguam vocavit. Dominus autem noster Jesus Christus non solis Israelitico sanguine ortis virtutem dispensationis in carne impertiit, sed omni et genti et linguæ. Siquidem dixit per lyram Psallentis : « Audite hæc, omnes gentes; auscultate omnes qui habitatis orbem[12]. » Proinde omnes, inquit, congregabo. « Venient, et videbunt gloriam meam. » Nam per fidem vocati sunt, et qui quondam aberant procul, facti sunt propinqui, et contemplati sunt gloriam ejus. Qui et quomodo? Audiverunt enim ex Evangelii prædicatione, eum æqualem tum operibus tum potentia Deo et Patri esse, et ea gessisse quæ explicari verbis non possunt, adeo ut mortuos excitarit e monumentis, et cæcis lumen immiserit, aliaque ad hæc operatus fuerit, quæ nec enarrare nec admirari satis possumus. Vel alio modo : viderunt gloriam ejus, instituti et edocti, Deum esse Verbum et hominem esse factum. Non enim, ut Judæi, sic gentes dixerunt : « Quare tu cum sis homo, facis te ipsum Deum[13] ? » Imo cum agnovissent ejus mysterium, sacras illas resonant voces : « Tu es Christus Filius Dei viventis[14]. » Et illud porro, quod a sanctis apostolis dictum est : « Vere Dei Filius es[15]. » Editum est quoque signum apud eos. Nam, ut Paulus ait : « Obsignati sumus spiritu promissionis, et omnium cordibus impressus et informatus est Christus participatione sancti Spiritus[16]. » Ex iis qui salvati fuerint, inquit, emittam ad gentes alias atque alias. Sunt enim gentes hæ, partim ad occidentem, partim ad orientem, **918** quædam in plagis ad aquilonem vergentibus, et in regione Græcorum ac insulis ulterioribus. « Illic, inquit, annuntiabunt gloriam meam. » Non enim siluerunt discipuli, sed ubique Evangelium regni et sacræ prædicationis virtutem prædicarunt.

Καὶ ἄξουσι τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν δῶρον Κυρίῳ μεθ' ἵππων καὶ ἁρμάτων, ἐν λαμπήναις ἡμιόνων μετὰ σκιαδίων, εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν Ἱερουσαλὴμ, εἶπε Κύριος, ὡς ἂν ἐνέγκαισαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐμοὶ τὰς θυσίας αὐτῶν μετὰ ψαλμῶν εἰς τὸν οἶκον Κυρίου, καὶ ἀπ' αὐτῶν λήψομαι ἱερεῖς καὶ Λευίτας, εἶπε Κύριος.

VERS. 20, 21. *Et adducent fratres vestros ex omnibus gentibus donum Domino cum equis, curribus et leeticis mulorum, cum umbraculis in sanctam civitatem Jerusalem, dixit Dominus : quasi afferant filii Israel mihi hostias suas cum psalmis in domum Domini, et ex eis sumam sacerdotes et levitas, dixit Dominus.*

[12] Psal. XLVIII, 2. [13] Joan. X, 33. [14] Matth. XVI, 16. [15] Matth. XIV, 33. [16] Ephes. I, 13, 14.

Digitized by Google

Quod efficax omnino futura sit et fructuosa sanctorum apostolorum prædicatio, apud gentes quas diximus, et in earum regionibus, his verbis demonstrat: « Vestros enim, fratres, inquit (ut oratio ad Israelitas credentes habeatur), ex gentibus adducent dona Domino. » Nam velut anathema et munus ad gloriam Dei consecratum erat, gentium multitudo, per fidem ab omnibus vitiis absoluta, et per sacrum lavacrum omnibus abjectis sordibus, et quasi xenium ac donarium apostolicæ industriæ, Deo oblatum. De hoc itaque gloriantur, gaudium eos suum et coronam suam nominantes. Facillimam autem fore ac levem, sine omni sudore, industria et labore, gentium ad Deum reversionem, declarat aperte, velut exemplo a nobis sumpto, cum dicit adducendas esse cum equis, curribus, lecticis, et umbraculis. Nam ut qui his rebus iter suum conficiunt, nullo labore expediunt, sic qui e græcanico errore ad Deum redeunt, via plana et trita veniunt, ac tantum non vecti, et Deo omni eos requietis genere dignante. Venient autem quonam? in sanctam civitatem, nempe Jerusalem, quæ est Dei viventis Ecclesia. Eruntque adeo jucundi et accepti, qui accedunt ad Deum, perinde quasi hostia, inquit, adduceretur cum odis et rerum divinarum celebratione. Imo et « Ex illis sumam sacerdotes et levitas. » Ex quibus? Nec enim satis constat utrum ex iis qui missi sunt ad vocandum gentes, an ex illis qui vocati sunt. Verumtamen inveniemus et hoc et 919 illud esse. Nam sacerdotes oraculorum Christi exstiterunt quoque divini discipuli: vocati autem sunt ex Græcanico grege multi, et adhuc vocantur ad sacerdotium, Deo illos ad novitatem vitæ et mentis transferente. Nam fides velut refingit ad id quod ei placet, electos.

A Ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἐνεργὸν ἔσται καὶ ἔγκαρπον τὸ διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κήρυγμα παρὰ τοῖς ὠνομασμένοις ἔθνεσι καὶ ταῖς αὐτῶν χώραις, διαδείκνυσιν ἐν τούτοις· « Τοὺς γὰρ ἀδελφοὺς ὑμῶν, » φησὶν, ἵν' ὁ λόγος ᾖ πρὸς τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ πιστεύσαντας, « ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἄξουσι δῶρον τῷ Κυρίῳ. » Ἀνάθημα γὰρ ὥσπερ εἰς δόξαν Θεοῦ τῶν ἐθνῶν γέγονεν ἡ πληθὺς, ἀπηλλαγμένη μὲν παντὸς αἰτιάματος διὰ τῆς πίστεως, καὶ πάντα ῥύπον ἀποβαλοῦσα διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ξένιον δὲ ὥσπερ ἀποστολικῶν σπουδασμάτων προσκομισθὲν τῷ Θεῷ. Καυχῶνται γοῦν ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ, χαρὰν αὐτοὺς καὶ στέφανον ἑαυτῶν ὀνομάζοντες. Ὅτι δὲ ἀπονωτάτη λίαν, καὶ ἱδρῶτος δίχα παντὸς, καὶ ἀγῶνος, καὶ πόνων ἡ πρὸς Θεὸν ἐπιστροφὴ τῶν ἐθνῶν, καθ-
B ίστησιν ἐναργῶς, ὡς ἐκ παραδείγματος τοῦ καθ' ἡμᾶς λέγων, ὅτι ἀχθήσονται μεθ' ἵππων καὶ ἁρμάτων ἐν λαμπήναις καὶ σκιαδίοις· ὥσπερ γὰρ οἱ διὰ τούτων ὁδοιπορεῖν εἰωθότες, ἀπονωτάτην τὴν προκειμένην αὐτοῖς κατορθοῦσι τρίβον· οὕτως οἱ ἐκ πλάνης Ἑλληνικῆς πρὸς Θεὸν ἐπιστρέφοντες διὰ λείας ὥσπερ καὶ ἐστρωμένης ἥξουσιν ὁδοῦ, καὶ μονονουχὶ καὶ δορυφορούμενοι, καὶ ἀπάσης αὐτοὺς ἀναπαύλης ἀξιοῦντος Θεοῦ· ἥξουσι δὲ, ποῦ; Εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, ἤγουν Ἱερουσαλὴμ, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος· ἔσονται δὲ οὕτως ἡδεῖς καὶ εὐπρόσδεκτοι προσιόντες Θεῷ, ὡσανεὶ καὶ θυσία προσαγομένη, φησὶ, μετ' ᾠδῆς καὶ δοξολογίας. Ἀλλὰ καὶ » Ἀπ' αὐτῶν λήψομαι, φησὶ, καὶ ἱερεῖς, καὶ Λευίτας. Ἀπ' αὐτῶν δὲ, τίνων; Οὔπω μάλα σαφὲς, πότερον ἐκ τῶν ἀποσταλέν-
C των εἰς τὸ καλέσαι τοὺς ἐξ ἐθνῶν, ἤγουν ἐξ αὐτῶν τῶν κεκλημένων· πλὴν ἀληθὲς ὂν εὑρήσομεν τοῦτό τε κἀκεῖνο. Ἱερουργοὶ γὰρ γεγόνασι τῶν διὰ Χριστοῦ θεσπισμάτων καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταί· κέκληνται δὲ πρὸς ἱερωσύνην, καὶ εἰς δεῦρο καλοῦνται πολλοὶ τῶν ἐξ ἀγέλης ὄντες Ἑλληνικῆς, Θεοῦ μεθιστάντος εἰς καινότητα ζωῆς καὶ γνώμης αὐτούς. Ἀναχαλκεύει γὰρ ὥσπερ ἡ πίστις εἰς τὸ αὐτῷ δο-
κοῦν τοὺς ἐξειλεγμένους.

Firmitatem spei in omnibus bonis pollicetur diligentibus se, et apparitionem suam agnoscentibus. Ut enim inquit, cum novos cœlos et novam terram fabricaverim, ita sinam manere, nec ea ullum tempus delebit: ita semen et nomen vestrum stabit in conspectu meo. Novos enim cœlos et novam terram ac promissiones ejus exspectamus, secundum id quod scriptum est [17]. Sanctorum autem spem staturam semper et permansuram, sapientissimus Paulus confirmabit, scribens [18], dona et vocationem Dei esse sine pœnitentia. Semen itaque benedictum, illud a sanctis apostolis Deo oblatum, servabitur perpetuo, nulloque modo interibit, ac velut cum co-

Vers. 22, 23. *Quem admodum enim cœlum novum et terra nova, quæ ego facio, in conspectu meo manent, dicit Dominus: ita stabit semen vestrum et nomen vestrum, erit que mensis ex mense, et Sabbatum ex Sabbato. Veniet omnis caro, ut in conspectu meo adoret in Jerusalem, dixit Dominus Deus.*

Ὃν τρόπον γὰρ ὁ οὐρανὸς καινὸς, καὶ ἡ γῆ καινὴ, ἃ ἐγὼ ποιῶ μένει ἐνώπιόν μου, λέγει Κύριος· οὕτως στήσεται τὸ σπέρμα ὑμῶν, καὶ τὸ ὄνομα ὑμῶν, καὶ ἔσται μὴν ἐκ μηνὸς, καὶ Σάββατον ἐκ Σαββάτου. Ἥξει πᾶσα σὰρξ ἐνώπιόν μου προσκυνῆσαι ἐν Ἱερουσαλὴμ, εἶπε Κύριος ὁ Θεός.

D Τὸ ἀκράδαντον τῆς ἐλπίδος τοῖς ἐφ' ἅπασιν ἀγαθοῖς ὑπισχνεῖται Χριστὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, καὶ τοῖς ἐπεγνωκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Ὥσπερ γὰρ, φησὶ, καινουργήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, οὕτω μένειν ἐάσω, καὶ οὐδεὶς αὐτὰ καταλύσει χρόνος· οὕτω τὸ σπέρμα ὑμῶν, καὶ τὸ ὄνομα στήσεται ἐνώπιόν μου. Καινοὺς γὰρ οὐρανοὺς, καὶ καινὴν γῆν, καὶ τὰ ἐπαγγέλματα αὐτοῦ προσδοκῶμεν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ὅτι δὲ καὶ ἡ τῶν ἁγίων ἐλπὶς στήσεται ἀεὶ καὶ διαμενεῖ, πιστώσεται γράφων ὁ πάνσοφος Παῦλος, ὅτι ἀμεταμέλητα τὰ χαρίσματα, καὶ ἡ κλῆσις τοῦ Θεοῦ. Οὐκοῦν τὸ σπέρμα τὸ εὐλογημένον τὸ διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων προσκομισθὲν τῷ Θεῷ,

[17] II Petr. III, 13. [18] Rom. XI, 29.

Digitized by Google

σωθήσεται διὰ παντὸς, καταφθαρήσεται γὰρ κατ' οὐδένα τρόπον, ἀλλ' οἷον οὐρανῷ τε καὶ γῇ συνδιαμενεῖ, συνέχοντος εἰς τοῦτο τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ. Ὅτι δὲ καὶ εἰς ἐπίδοσιν ἀεὶ μείζονα ἡ τῶν πιστευσάντων ἀεὶ προβήσεται πληθὺς, διδάσκει λέγων, ὅτι « Μὴν ἐκ μηνὸς, καὶ Σάββατον ἐκ Σαββάτου, ἥξει πᾶσα σὰρξ ἐνώπιόν μου προσκυνῆσαι ἐν Ἱερουσαλήμ. » Οὐ γὰρ διαλελοίπασιν οἱ πιστεύσαντες εἰς Χριστὸν, ἀλλ' ἐξ ἐκείνου τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν διεκήρυξαν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καὶ εἰς δεῦρο βαδίζουσιν, οἱ μὲν ἐκ τῆς πολυθέου πλάνης τὸ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας διψῶντες φῶς, οἱ δὲ καὶ ἐκ ταγμάτων Ἰουδαϊκῶν, εἰ καὶ καθ' ἕνα, καὶ οὐ πολλοί. Πλὴν ἥξουσι καὶ αὐτοὶ, κεκλήσονται γὰρ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς, ὅταν τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος.

A lo et terra permanebit, omnium nostrum Servatore Christo illud continente et conservante. Quod autem credentium multitudo semper in majorem accessionem provehetur et amplificabitur, docet, inquiens: « Mensem ex mense, Sabbatum ex Sabbato, veniet omnis caro, ut in conspectu meo adoret in Jerusalem. » Nunquam enim venire cessarunt credentes in Christum, ab eo tempore, quo divini discipuli prædicarunt et ad hunc usque diem veniunt: alii ex multiplicium deorum errore, veræ Dei cognitionis lucem sitientes, alii ex tribubus Judaicis, licet viritim, non turmatim. Venient tamen et illi, extremis enim mundi temporibus vocabuntur, cum plenitudo gentium intraverit, ut ait sapientissimus Paulus [19].

Καὶ ἐξελεύσονται οἱ ἅγιοι, καὶ ὄψονται τὰ κῶλα τῶν ἀνθρώπων τῶν παραβεβηκότων ἐν ἐμοί. Ὁ γὰρ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί.

VERS. 24. *Et egredientur sancti, et videbunt membra hominum qui prævaricati sunt in me. Vermis enim eorum non morietur,* **920** *et ignis eorum non exstinguetur, eruntque in visionem omni carni.*

Ἔοικε διὰ τούτων τὰς ἐπενεχθείσας τοῖς Ἰουδαίοις συμφορὰς βούλεσθαι δηλοῦν, ἃς ὑπομεῖναί φαμεν αὐτοὺς διὰ τῆς Ῥωμαίων χειρὸς, καταδηωθέντος δηλονότι τοῦ ναοῦ, καὶ ὠμοτάτην σφαγὴν ὑπομεινάντων ἁπάντων. Γεγόνασι γοῦν ταῦτα παθόντες, καὶ εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκὶ, καὶ μονονουχὶ τὴν δίκην ἀτελεύτητον ἔχουσιν. Τοῦτο γὰρ ἴσως ὑποδηλοῖ μήτε τεθνήξεσθαι λέγειν τὸν σκώληκα αὐτῶν, μήτε μὴν κατευνασθῆναι τὸ πῦρ. Βούλονται δέ τινες, καὶ εἰς τὸν καιρὸν τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος τοὺς περὶ τούτων ἀνακομίζειν λόγους, ὅτε τῶν παραβεβηκότων οἱονεὶ τὰ κῶλα ῥιφήσεται πεμπόμενα εἰς κόλασιν, καὶ εἰς φλόγα τὴν ἀτελεύτητον. Ἐκεῖ γὰρ ὁ σκώληξ τῶν κεκολασμένων ζήσει διηνεκῶς, καὶ οὐκ ἂν σβεσθείη τὸ πῦρ. Ἡμᾶς δὲ τούτων ἁπάντων ἀπαλλάξει Χριστὸς, δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ ἡ δόξα τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Videtur hic inferendas Judæis calamitates velle significare, quas passos eos dicimus a Romanorum manu, devastato scilicet templo, omnibusque crudeli occisione sublatis. Hæc passi sunt, eruntque spectaculum omni carni, et supplicio tantum non æterno afficientur. Hoc enim fortassis innuit, cum dicit, vermem eorum non moriturum, et ignem non exstinctum iri aut consopitum. Sunt qui volunt verba hæc ad tempus consummationis sæculi referre: quando prævaricantium veluti membra projicientur qui relegati sunt ad supplicium et flammam sempiternam. Illic enim vermis supplicio afflictorum vivet perpetuo, et ignis non exstinguetur. Nos autem omnibus his liberabit Christus, per quem et cum quo sit gloria Deo et Patri cum sancto Spiritu, in omnem sæculorum perpetuitatem. Amen.

[19] Rom xi, 25.

Digitized by Google

AD TOMUM II SUPPLEMENTUM.

FRAGMENTA EX CATENIS

IN JEREMIAM, BARUCH, EZECHIELEM ET DANIELEM PROPHETAS.

IN JEREMIAM.

(Ex catena Michaelis Ghislerii in Jeremiam. Lugduni 1623, 3 tom. fol.)

III, 23. *Vere in mendacium erant colles et fortitudo montium;* etc.

Montium et collium meminit, quoniam in eis per prisca illa tempora fana delubra que exstruentes et aras erigentes, dæmonibus quam gratissimas victimas offerebant.

IH, 24. *Confusio autem consumpsit labores patrum nostrorum ab adolescentia eorum.*

Confusionem vocant vere turpissimum et inglorium idolorum cultum et versantem in eo errorem, qui et patrum suorum labores comedit: insumpserunt enim oves suas et vitulos, dæmonibus sacra peragentes, prudentiæque damnum una eum bonis subierunt.

V, 1. *Heu mihi! quia defecit anima mea super interfectis. Circumcurrite in viis Jerusalem.*

Viden' occisorum causa nimis dolentem lubentissimeque Jerusalem misereri appetentem, sed quodammodo a seipso impeditum, et tantum non revocantem divinam benignitatem ob iniquitatis excessum, quærentem tamen iniquitatibus commiserationem volentemque per unum avertere iram? Unum enim hominem ab his qui percurrebant commonstrari sibi jubebat.

V, 4. *Et ego dixi: Fortasse inopes sunt, quia,* etc.

Qui majores erant et ampliori sacerdotio fungentes apud Judæos merito pro miserioribus habentur; quibus etiam ira abundantior effusa est. Quod planum facit Christus, inquiens, *Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia circuitis mare et aridam ut faciatis unum proselytum,* etc.

VI, 10. *Ad quem loquar et contestabor?*

Opprobriis enim verbum Christi impetebant cum de illo dicerent auditoribus, *Dæmonium habet et insanit. Quid ipsum auditis?*

VII, 17. *Nunquia non vides quid ipsi faciunt in civitatibus Juda?*

A Ὄντως εἰς ψεῦδος ἦσαν οἱ βουνοὶ καὶ δύναμις τῶν ὀρέων, κ. τ. λ.

Διαμέμνηται ὀρῶν καὶ βουνῶν, ἐπείπερ ἐν αὐτοῖς κατὰ τοὺς ἀρχαίους ἐκείνους καιροὺς ἱερά τε καὶ τεμένη δειμάμενοι καὶ βωμοὺς ἀναστήσαντες, τοῖς δαιμονίοις χαριεστάτας προσεκόμιζον θυσίας.

Ἡ δὲ αἰσχύνη κατανάλωσε τοὺς μόχθους τῶν πατέρων ἡμῶν ἀπὸ νεότητος αὐτῶν.

Αἰσχύνην λέγουσι τὴν ἀληθῶς ἀκλεᾶ καὶ ἀδοξοτάτην εἰδωλολατρείαν, καὶ τὴν ἐπὶ τούτῳ πλάνησιν, ἣ καὶ τοὺς μόχθους τῶν πατέρων αὐτῶν κατανάλωσε· δεδαπανήκασι γὰρ ἱερουργοῦντες τοῖς δαίμοσι τὰ πρόβατα αὐτῶν, καὶ τοὺς μόσχους αὐτῶν, καὶ φρονήσεως ζημίαν ὁμοῦ τοῖς οὖσιν ὑπέμειναν.

B Οἱ μοι! ὅτι ἐκλείπει ἡ ψυχή μου ἐπὶ τοῖς ἀνῃρημένοις. Περιδράμετε ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλήμ.

Ὁρᾷς ἐν τούτοις ὠδίνοντα μὲν ἐπὶ τοῖς ἀνῃρημένοις, καὶ προχείρως μὲν ἐλεεῖν ἐθέλοντα τὴν Ἱερουσαλήμ, εἰργόμενον δέ πως ὑφ' ἑαυτοῦ, μονονουχὶ δὲ καὶ ἀνασειράζοντα τὴν θεοπρεπῆ γαληνότητα διὰ τὸ τῆς ἁμαρτίας ὑπέρογκον· ζητοῦντα δ' οὖν ὅμως τὸ κατοικτείρειν τὰς ἁμαρτίας, καὶ ἐφ' ἑνὶ θέλοντα καταλύειν τὰ ἐξ ὀργῆς; Ἕνα γὰρ ἄνδρα τοὺς περιθέοντας ἐπιδεικνύναι πιστὸν ἐν αὐτῇ διετάττετο.

Καὶ ἐγὼ εἶπα· Ἴσως πτωχοί εἰσι, διότι οὐκ ἐδυνήθησαν, κ. τ. λ.

Τὸ προῦχον καὶ ἱερώτερον ἐν τοῖς Ἰουδαίοις ταλανίζεται μὲν εἰκότως, ῥαγδαιοτέραν δὲ τὴν ὀργὴν ἐπῆντλησεν αὐτῷ. Καὶ τοῦτο σαφηνιεῖ λέγων αὐτὸς ὁ C Χριστὸς, Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν, ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον, κ. τ. ἑ.

Πρὸς τίνα λαλήσω καὶ διαμαρτύρομαι;

Κατωνείδιζον γὰρ τὸ ῥῆμα Χριστοῦ, τοῖς ἀκροωμένοις περὶ αὐτοῦ λέγοντες· Δαιμόνιον ἔχει καὶ μαίνεται· τί αὐτοῦ ἀκούετε;

Οὐχὶ ὁρᾷς τί αὐτοὶ ποιοῦσι ἐν ταῖς πόλεσιν Ἰούδα;

Digitized by Google

Θσίᾳ δὴ οὖν τετιμώρηνται ψήφῳ. Ἀναθέντες γὰρ κτίσει τὸ σέβας, καὶ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν λατρεύσαντες, αὐτοὶ ταῖς ἰδίαις ἐπήντλησαν κεφαλαῖς τὰ ἐκ θείας ὀργῆς. Οὐ γὰρ ἀδίκως ἐκτείνεται δίκτυα πτερωτοῖς, κατὰ τὸ γεγραμμένον.

Ἠσχύνθησαν σοφοί.

Σοφοὺς ἔοικεν ἐν τούτοις ὑποδηλοῦν τοὺς τῶν Ἑλλήνων λογάδας, ποιητάς τε καὶ συγγραφέας· οἳ γλῶτταν μὲν ἔχουσιν εὐφυᾶ καὶ περιειργασμένην, καὶ ταῖς τῶν λόγων κομψείαις ἐξησκημένην εἰς τὸ ἐπίχαρι, φρονήσεως δὲ τῆς ἀληθοῦς ἀμέτοχοι τὴν καρδίαν. Ὡς γὰρ ὁ πάνσοφος γράφει Παῦλος, « Ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. Φάσκοντες εἶναι σοφοί, ἐμωράνθησαν, » καὶ ἔξῆς. Οὐκοῦν σοφοὶ μὲν, τό γε ἧκον εἰς φωνὴν καὶ γλῶτταν, ἄσοφοι δὲ εἰς τὴν καρδίαν. *Ἡ δὲ σοφία τοῦ κόσμου τούτου μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστι*, κατὰ τὸ γεγραμμένον.

Ἐλαίαν ὡραίαν εὔσκιον τῷ εἴδει.

Ἀχρειοῖ γὰρ ὁλοτρόπως τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν τὸ ἀποφοιτῆσαι Θεοῦ καὶ ἀμοιρῆσαι παντελῶς τῆς παρ' αὐτοῦ χάριτος καὶ ἐπικουρίας. *Φοβερὸν γὰρ τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος.*

Πρὸς σὲ ἔθνη.

Εἰ γὰρ καὶ γεγόνασιν ὑβρισταὶ καὶ ἀπειθεῖς, καὶ ἀσυνεσίας ἔμπλεω τὴν διάνοιαν ἔχοντες, ἀλλ' οὖν σώζονται καὶ δοξάζονται παρὰ Χριστοῦ. Ἀπαρχὴ δὲ τούτων γεγόνασιν οἱ ἀθλοφόροι μάρτυρες, ὧν τῆς εὐκλείας ἡ φαιδρότης ὅλην ἀστράπτει τὴν ὑπ' οὐρανόν.

Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον.

Οὐ γὰρ ἐπὶ πλούτῳ μέγα φρονεῖ, οὔτε μὴν διακένων δοξαρίων ἐκτὸς γεγονὼς τὴν ὀσφὺν ὑψηλήν (sic)· εἰκαιότητος γὰρ ταῦτα, καὶ ἕτερον οὐδέν. Καὶ γάρ ἐστιν ἀσφαλὲς ἐνέχυρον εἰς σωτηρίαν, τὸ ἐπὶ Θεῷ πεποιθέναι τῷ πάντα ἰσχύοντι· τὸ δὲ ἐφ' ἑτέροις τισὶ ποιεῖσθαι τὴν ἐλπίδα, μάταιον καὶ ἀνωφελές.

Ἰδοὺ ὡς ὁ πηλός.

Μεταπλάττει γὰρ εὐκόλως ἐφ' ᾧπερ ἂν ἔλοιτο τὸ παρ' αὐτοῦ γεγονός.

Οὐκ ἰδοὺ οἱ λόγοι; κ. τ. λ.

Πῦρ ὀνομάζει τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα, ἢ καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος μέθεξιν, ὃ καὶ πυρὶ παρεικάζεται. Καὶ γοῦν ὁ πάνσοφος Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς περὶ αὐτοῦ τε καὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ οὕτω φησίν· *Ἐγὼ ὑμᾶς ὕδατι βαπτίζω εἰς μετάνοιαν*, κ. τ. λ. Ὀρθῶς οὖν ἔφη ὁ Χριστός· *Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη*;

Καὶ ὑπεστρέψατε.

Ὁρᾷς ὅπως οὐκ ἀνέχεται τῶν τύπων ἀθετουμένων, μᾶλλον δὲ αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἐξυβρισμένης ὡς ἐν σκιαῖς ἔτι; *Ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα καὶ ἡ κλῆσις τοῦ Θεοῦ*, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Τοὺς δὲ ἀνεθέντας ἅπαξ ἀνόπιν ἕλκοντες Ἰουδαῖοι, καὶ τοῖς τῆς δουλείας αὖθις ὑποφέροντες ζυγοῖς, τὸ

A Justa pœna mulctati sunt. Cum enim rebus creatis cultum exhibuissent, suarumque manuum opera ut Deum adorassent, in sua capita divinam concitarunt iram. Non enim injuste retia volatilibus extenduntur, juxta id quod scriptum est [1].

VIII, 9. *Confusi sunt sapientes.*

Sapientes videtur significare in his præstantissimos Græcorum poetas et scriptores, linguæ quidem aptitudine et ad proferendum versatilis et ad lepidam sermonis elegantiam accommodatæ pollentes, sed cor habentes vere prudentiæ expers. Sicut enim omni scientia præditus Paulus ait [2], *Evanuerunt in cogitationibus suis, et insipiens eorum cor obtenebratum est; asserentes se esse sapientes, stulti effecti sunt*, et reliqua. Sapientes igitur quod B attinet ad linguam et vocem, corde vero insipientes. *Sapientia enim hujus mundi stultitia*, ut ex Scripturis habemus [3], *apud Deum est.*

XI, 16. *Olivam pulchram, bene opacam.*

Omnino enim hominis animum inutilem reddit a Deo recedere ejusque penitus gratia suffragioque privari. *Horrendum* enim *incidere in manus Dei viventis* [4].

XVII, 19. *Ad te gentes.*

Quanquam enim injuriosæ factæ sint et inobedientes plenamque insipientiæ mentem habentes, salvantur tamen et glorificantur a Christo. Primitiæ autem earum fuerunt victoriæ præmia assecuti martyres, quorum gloriæ claritas universum illu- C strat orbem.

XVII, 8. *Et erit tanquam lignum.*

Non enim superbit in divitiis, neque inanium quarumdam gloriarum compos factus attollit supercilium; plena sunt enim hæc futilitatis, et nihil aliud. Etenim totum pignus ad salutem est, in Deo, qui omnia potest, confidere; et in aliis quibusdam spem ponere, futile et inutile.

XVIII, 6. *Ecce sicut lutum figuli.*

Transformat enim absque ulla difficultate in quodcunque sibi collubitum fuerit rem a se factam.

XXIII, 29. *Nonne ecce verba?* etc.

Ignem appellat evangelicam salutaremque prædicationem, vel et ipsam Spiritus sancti participa- D tionem qui et igni assimilatur. Quare et sapientissimus Joannes Baptista de se ipso et omnium nostrum Salvatore Jesu Christo sic ait: *Ego vos baptizo in aqua ad pœnitentiam* [5], etc. Recte igitur dixit Christus: *Ignem veni mittere super terram, et quid volo nisi ut accendatur* [6]?

XXXIV, 16. *Et reversi estis.*

Vides ut ægre patiatur figuras contemni, imo veritatem ipsam adhuc sub umbra contumeliis affici. *Sine pœnitentia enim sunt dona et vocatio Dei*, secundum quod scriptum est [7]. Semel vero dimissos retrahentes Judæi subque servitutis jugo mittentes, τὸ *Sine pœnitentia* non observarunt;

[1] Prov. I, 17. [2] Rom. I, 21. [3] 1 Cor. III, 19. [4] Hebr. X, 31. [5] Marc. I, 7. [6] Luc. XII, 49. [7] Rom. XI, 29.

Digitized by Google

quapropter offenderunt, mysterii vim inhonorantes, et si adhuc in figuris erat. Justificamur autem quia gratis per gratiam nihil offerentes pro vita quæ in Christo est, nec empta libertatis gloria, humanitate Domini et benevolentia in homines rem hanc lucramur.

XLII, 15. *Si vos dederitis*, etc.

Nam quia Ægyptiorum copiis auxiliisque freti se opponebant Babyloniis, idcirco dolentes post Hierosolymam et Samariam expugnatas, bellum illis intulerunt, et facile victoriam reportarunt.

XLIV, 14. *Ut revertantur*, etc.

Cum Deus insequitur, nullus periclitanti salutem ferre potest; sed ubicunque quis fuerit, ibi iræ obvius erit.

XLVI, 25. *Ecce ulciscar Ammon.*

Cyrilli simul et Apolinarii. Per Ammon autem sunt qui Alexandriam intelligant, ita olim vocatam, ut et in Nahum habetur : *Num melior es tu Ammone quæ habitat in fluminibus? Aquæ circa ipsam, cujus abundantia mare, et aqua muri ejus; Æthiopia fortitudo ejus, et Ægyptus, et non constitutus est fugæ terminus; et Libes venerunt in auxilium ejus, et ipsa in transmigrationem proficiscetur*[8]. Verum hæc tempora priora sunt ædificatione Alexandri. Fortasse ergo ante Alexandrum urbs ibi erat, et destructam restauravit. Quidam vero aiunt Jovem ab Ægyptiis Ammonam vocari, unde et Ammoniaca regio nuncupatur, quem filium illius vocat, tanquam ab ipsa diis ascriptum; statua enim est manu artificis confecta, quam, ait, Babylonii capient cæterosque illorum quos memorat deos. Illud vero *super Pharaonem et Ægyptum* commune verbum habet *ulciscar.*

XLIX, 10. *Et angelos ad gentes misit.*

Munitionem autem dixit quos Jeremias *angelos*, et Symmachus *nuntium* exposuit; intelligi autem potest *obsidio.* Convocat vero adversus Idumæam Dei nutus gentes multas, et motos a se angelos vocat. Moti quippe a Deo ad bellum, mutuo se sollicitabant, ut Abdias ait; aggressæ enim sunt cum Israele Idumæam et circumpositæ gentes. Ad Idumæam porro conversus ait : *Ecce parvulum dedi te in gentibus, et tamen factus contemptibilis, in ipsis calamitatibus insolescebas, ignorans quod capieris, licet exaltes tanquam aquila habitationem.* Illi vero, *Et erit Idumæa deserta* et quæ sequuntur, similia dixit Abdias[9,10] : *Et erit domus Esau in stipulam, et accendetur in eos, et non erit ignifer in domo Esau.* Quod etiam profanis scriptoribus adagii loco est, *Ne ignifero quidem parcitum*, de his qui ad internecionem cæsi sunt. Præibat enim quidam ferens ignem et lustrans ante pugnam acies; lexque erat neminem illi hostilem injicere manum.

[8] Nahum III, 8. [9,10] Abdiæ, 18.

ἀμεταμέλητον οὐ τετηρήκασι· προσκεκρούκασί τε διὰ τοῦτο, τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν ἀτιμάζοντες, εἰ καὶ ἦν ἐν τύποις ἔτι. Δικαιούμεθα δὲ ὅτι δωρεὰν διὰ χάριτος τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς ἀντάλλαγμα προσενεγκόντες οὐδέν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν τῆς ἐλευθερίας ἐκπριάμενοι δόξαν, ἡμερότητι δὲ καὶ φιλανθρωπίᾳ Δεσποτικῇ τὸ χρῆμα κερδαίνοντες.

Ἐὰν ὑμεῖς δῶτε, κ. τ. λ.

Ἐπειδὴ γὰρ ταῖς Αἰγυπτίων ἐπικουρίαις ἐπιθαρσήσαντες ἀντεφέροντο τοῖς Βαβυλωνίοις, ταύτῃ τοι λελυπημένοι μετὰ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων καὶ τῆς Σαμαρείας ἅλωσιν, ἐτράποντο κατ' αὐτῶν, καὶ ἀμογητὶ νενικήκασιν.

Τοῦ ἐπιστρέψαι, κ. τ. λ.

Ὅταν διώκῃ Θεὸς, οὐδεὶς ἀνασώσει τὸν κινδυνεύοντα· ἀλλ' ἐνθάπερ ἂν εἴῃ τις, ἐκεῖ περιτεύξεται τῷ θυμῷ.

Ἰδοὺ ἐγὼ ἐκδικῶ τὸν Ἀμμών.

Κυρίλλου τὸ αὐτὸ καὶ Ἀπολιναρίου. Ἀμμὼν δὲ οἱ μὲν τὴν Ἀλεξάνδρειαν λέγουσιν, οὕτω πάλαι καλουμένην, ὡς καὶ ἐν τῷ Ναούμ φησι· *Μὴ κρείττων εἶ σὺ τῆς Ἀμμὼν, τῆς κατοικούσης ἐν ποταμοῖς; Ὕδωρ κύκλῳ αὐτῆς ἧς ἡ εὐπορία θάλασσα, καὶ ὕδωρ τὰ τείχη αὐτῆς· Αἰθιοπία ἰσχὺς αὐτῆς καὶ Αἴγυπτος, καὶ οὐκ ἔστι πέρας τῆς φυγῆς· καὶ Λίβυες ἐγένοντο βοηθοὶ αὐτῆς, καὶ αὐτὴ εἰς μετοικίαν πορεύσεται.* Ἀλλ' οἱ παρόντες καιροὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πρεσβύτεροι κτίσεως. Ἴσως οὖν πρὸ Ἀλεξάνδρου πόλις ὑπῆρχεν ἐκεῖ, καὶ παυσαμένην ἀνέκτισε. Τινὲς δέ φασιν ὡς Ἀμμωνᾶν τὸν Δία καλοῦσιν Αἰγύπτιοι, ἀφ' οὗ καὶ Ἀμμωνιακὴ προσαγορεύεται χώρα· ὃν αὐτῆς υἱὸν καλεῖ ὡς παρ' αὐτῆς θεοποιηθέντα· χειροποίητον γὰρ τὸ ἄγαλμα, ὃ δή, φησὶν, οἱ Βαβυλώνιοι παραλήψονται, καὶ τοὺς ἄλλους αὐτῶν οὓς ἐπάγει θεούς. Τὸ δὲ *ἐπὶ Φαραὼ καὶ Αἴγυπτον*, κατὰ κοινοῦ ἔχει τὸ *ἐκδικῶ.*

Καὶ ἀγγέλους εἰς ἔθνη ἀπέστειλε.

Περιοχὴν δὲ εἶπεν οὓς Ἱερεμίας *ἀγγέλους*, καὶ Σύμμαχος *ἀγγελίαν* ἐξέδωκεν· νοοῖτο δ' ἂν καὶ *πολιορκία.* Καλεῖ δὲ κατὰ τῆς Ἰδουμαίας ἔθνη πολλὰ τὸ θεῖον νεῦμα, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ κίνησιν ἀγγέλους εἶπε. Κινηθέντες γὰρ ἐκ Θεοῦ πρὸς πόλεμον, ἀλλήλους ἠρέθιζον, ὥς φησιν Ἀβδιού· συνεισέβαλον γὰρ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ εἰς Ἰδουμαίαν καὶ τὰ περίοικα τῶν ἐθνῶν. Πρὸς Ἰδουμαίαν δὲ μεταστρέψας, φησίν· *Ἰδοὺ μικρόν ἔδωκά σε ἐν ἔθνεσιν, ἀλλ' ὅμως εὐκαταφρόνητος γενόμενος ἐφόρεις εἰς μέγα ἐπὶ ταῖς δυσχερείαις, ἀγνοῶν ὡς ἁλώσῃ κἂν ὑψώσῃς ὡς ἀετὸς τὴν κατοίκησιν.* Τῷ δὲ, *καὶ ἔσται Ἰδουμαία εἰς ἄβατον*, καὶ τοῖς ἑφεξῆς, συνῳδὰ πάλιν ἔφησεν Ἀβδιού· *Καὶ ἔσται ὁ οἶκος Ἡσαῦ εἰς καλάμην, καὶ ἐκκαυθήσεται εἰς αὐτούς, καὶ οὐκ ἔσται πυρφόρος ἐν τῷ οἴκῳ Ἡσαῦ.* Ἡ δὲ παροιμία καὶ παρὰ τοῖς ἔξω κρατεῖ· *Οὐδὲ πυρφόρος ἐλείφθη*, ἐπὶ τῶν ἄρδην ἀπολλυμένων. Προηγεῖτο γάρ τις πῦρ ἔχων, καὶ περικαθαίρων πρὸ τῆς συμβολῆς τὰ στρατεύματα, καὶ νόμος ἦν μηδένα κατὰ τούτου χεῖρα φέρειν πολέμιον.

Digitized by Google

Ἰατρεύσαμεν τὴν Βαβυλῶνα.

Βαβυλῶνα τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐν τούτοις κατονομάζουσιν, ὡς τὰ ἐκείνης μιμεῖσθαι σπουδάζουσαν, καὶ οὐδὲν ἀποδέουσαν τῆς τῶν ἐθνῶν χώρας, τό γε ἦκον εἰς ἕξιν τελείαν, καὶ τὸ μὴ ἀνέχεσθαι τιμᾷν τὸν νόμον, ἤτοι τῆς προφητικῆς παιδαγωγίας τὸ ἐπωφελές.

A LI, 9. *Curavimus Babylonem.*

Babylon hic vocatur Jerusalem, quippe quæ illam imitata est, nihilque differebat a locis gentilium, quod attinet ad perfectum animi statum et voluntatem non honorandi legem vel instructionis propheticæ utilitatem.

IN LIBRUM BARUCH.

(Ex eadem Ghislerii catena in Jeremiam, tom. III, p. 235.)

... καθήμενος εἰς τὸν αἰῶνα.

Ἀεὶ γὰρ καὶ ἐν παντὶ χρόνῳ φθαρτή ἐστιν ἡ πεποιημένη φύσις, καὶ τῶν γεννητῶν ἐν τούτοις τὸ μέτρον. Κάθηται δὲ ἡ πάντων τεχνῖτις καὶ δημιουργὸς σοφία, τουτέστιν ἀκλόνητον ἔχει τὴν ἐν ταυτότητι διαμονήν. *Καὶ πάλιν·* Ἡμῶν γὰρ κάθισις ἐν τούτοις τὸ ἀκράδαντόν τε καὶ ἱδρυμένον τῆς ὑπάρξεως, καὶ διαμονῆς τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας ὑποδηλοῖ· τὸ δὲ, *ἡμᾶς ἀπόλλυσθαι τὸν αἰῶνα*, τὸ εἶναι φθαρτοὺς κατὰ πάντα καιρὸν, τό γε ἦκον εἰς τὸν τοῦ πεποιῆσθαι λόγον· εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς ὅτι πᾶν τὸ ἐν γενέσει, καὶ παρενεχθὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι, πάντη τε καὶ πάντως ὑπάκειται τῇ φθορᾷ.

B III, 3. *Quia tu sedes in sempiternum.*

Semper enim et quovis tempore natura creata corruptioni obnoxia est, et ea quæ facta sunt has habent mensuras. Sedet autem omnium artifex et effectrix sapientia, hoc est inconcussam habet in eodem statu permanentiam. *Et rursus:* Sessio enim in his immotam firmamque rationem exsistendi et perennitatis substantiæ omni præstantissimæ significat; illud vero, *nos perire in ævum*, omni tempore corruptibiles esse eo quod conditi sumus : siquidem verum est omne quod generatur, et ex non ente ad esse transiit, necessario corruptioni subjacere.

IN EZECHIELEM *.

(Ang. Mai, *Bibliotheca nova Patrum*, II, 467, Romæ 1844, in-4.)

Καὶ τέσσαρες πτέρυγες τῷ ἑνί.

(Cat. Ezech. f. 192. b.) Ἑστήκασι γὰρ ἀεί πως αἱ νοεραὶ καὶ ἄνω δυνάμεις, οὐκ ἀκλάζουσαι πρὸς τὰ αἰσχίω, ἀλλὰ τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον τῆς αὐταῖς πρεπούσης ζωῆς διάττουσιν τρίβον.

Καὶ ἔσονται ἐπὶ τῶν ὀρέων ὡς περιστεραί.

(Cat. f. 198. b.) Οἱ μακάριοι μαθηταί· περιῆλθον γὰρ πᾶσαν ὑπ' οὐρανὸν, τὸ Χριστοῦ λαλοῦντες μυστήριον, καὶ ᾠδὴν καὶ λύραν ἔχοντες αὐτό.

Καὶ ἐὰν ὦσιν οἱ τρεῖς ἄνδρες οὗτοι ἐν μέσῳ αὐτῆς, Νῶε, καὶ Δανιὴλ, καὶ Ἰώβ.

(Cat. f. 203. b.) Ἐπειδὴ οἶμαι δεῖν οὐκ ἀβασανίστους ἐᾶν τὰς τοῦ προφήτου φωνὰς, φέρε λέγωμεν τί δήποτε, Νῶε καὶ Ἰὼβ καὶ Δανιὴλ τεθνεώτων ἤδη,

C I, 6. *Et quatuor alæ uni.*

Stant semper intellectuales supernæque virtutes, haud equidem ad turpia labantes, sed quia potius rectam et inculpabilem convenientis sibi vitæ viam decurrunt.

VII, 16. *Et erunt super montes ut columbæ.*

Beati nimirum discipuli; hi enim universum mundum circumierunt, Christi prædicantes mysterium, idque instar cantici et lyræ habentes.

XIV, 14. *Et si fuerint in medio ejus tres viri, Noe, Daniel et Job.*

Quia arbitror non esse sine examine prætereundas prophetæ voces, age dicamus curnam, mortuis jamdiu Noacho ac Jobo, et ipso fortasse Daniele

D

* Cyrilli in minores prophetas commentarii exstant editi; item in Isaiam. In Jeremiam vero multi sunt loci Cyrilli in Ghislerii edita Græce et Latine catena. In Danielem locos Cyrilli edidimus nos cum catena Vaticana, *Script. vet.* t. I (*Bibl. Nov.* II, 467). Denique ad Ezechielem magnam leginus Patrum catenam in codice quodam Vaticano, ubi tamen nonnisi pauca, quæ hic exhibemus, Cyrilli fragmenta comperimus, quamvis aliunde constat Cyrillum more suo in Ezechielem late scripsisse. Mai.

Digitized by Google

nihilominus salvandos eos fore dicit ob suam justitiam, quanquam reliqua omnis terra, adversus quam mortis decretum infligeretur, corrupta esset. Videtur Noacho comparare eos qui ob suam fidem bene de Deo meriti erant : Danieli autem sapientes et contemplantes : denique Jobo eos, qui ob patientiam in omni re bona apud eum gratiosi fuerunt.

A τάχα δέ που καὶ αὐτοῦ τοῦ Δανιὴλ, σωθήσεσθαί φησιν αὐτοὺς ἐν τῇ ἰδίᾳ δικαιοσύνῃ, καί τοι τῆς ἄλλης ἁπάσης γῆς, καθ' ἣς ἂν ἡ τοῦ θανάτου ψῆφος ἐκφέροιτο, καταφθειρομένης. Ἔοικε τοίνυν τῷ μὲν Νῶε παρεικάζειν τοὺς διὰ πίστεως τῆς εἰς Θεὸν εὐεργετοῦντας αὐτῷ· τῷ γε μὴν Δανιὴλ τοὺς σοφούς τε καὶ διορατικούς· Ἰὼβ δὲ πάλιν τοὺς διά γε τῆς ὑπομονῆς, δῆλον δὲ ὅτι τῆς εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐπαινουμένων, εὐαρεστοῦντας αὐτῷ.

XVII, 22. *Et sumam ego de electa parte cedri, ex vertice.*

Cedris comparat sublimibus et pulcherrimis Israelitas quorum pars electa, et quodammodo cor, beatus David fuit, ex quo sumens Deus Pater, Emmanuelem plantavit, qui in proceram cedrum evasit, omnesque sub umbram suam excepit : moxque agnovit universa terra omnipotentis Dei virtutem et potestatem. Humiliavit enim lignum viride, oriri vero et germinare lignum aridum jussit (id est ethnicorum Ecclesiam) quod antea diaboli violentia defloratum fuerat.

Καὶ λήψομαι ἐγὼ ἐκ τῶν ἐπιλέκτων τῆς κέδρου ἐκ κορυφῆς.

(Cat. f. 208.) Κέδροις μὲν ἀπεικάζει ταῖς ὑψηλαῖς καὶ εὐκοσμοτάταις τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ἐν οἷς τὸ ἐπίλεκτον, καὶ οἱονεί τις καρδία γέγονεν ὁ μακάριος Δαβὶδ, ἐξ οὗ λαβὼν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ κατεφύτευσε B τὸν Ἐμμανουὴλ, ὃς καὶ εἰς κέδρον ἀνέστη μεγάλην, καὶ εἰσεδέξατο πάντας εἰς ἰδίαν σκιάν· ἔγνω τε λοιπὸν ἡ ὑφήλιος σύμπασα τὴν τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ δύναμίν τε καὶ ἐξουσίαν. Τεταπείνωκε γὰρ τὸ ξύλον τὸ ὑγρὸν, φῦναι δὲ καὶ ἀναβλαστῆναι παρεσκεύασε τὸ ξύλον τὸ ξηρὸν, τουτέστιν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν, ταῖς τοῦ διαβόλου πλεονεξίαις κατευναθέν (*ita cod.*).

XX, 25. *Et ego dedi illis præcepta non bona.*

Quod quidem attinet ad spiritalem divinarum rerum doctrinam, lex sancta est, mandatum item sanctum et bonum. Quod tamen pertinet ad actionum levitatem, et umbratilem tantummodo cultum, haud bona erant præcepta, neque æternam vitam datura. *Nemo enim*, uti scriptum est [1], *justificatur in lege.* C

Καὶ ἐγὼ ἔδωκα αὐτοῖς προστάγματα οὐ καλά.

(Cat. 210. b.) Ὅσον μὲν γὰρ ἦκεν εἰς θεωρίαν πνευματικὴν, ὁ νόμος ἅγιος καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή. Ὅσον γε μὲν εἰς τὴν τοῦ πράγματος εἰκαιότητα, καὶ μόνην τὴν ἐν σκιαῖς λατρείαν, οὐ καλὰ τὰ προστάγματα, ἀλλ' οὐδὲ ζωῆς τῆς αἰωνίου πρόξενα. *Δικαιοῦται γὰρ οὐδεὶς ἐν νόμῳ*, κατὰ τὸ γεγραμμένον.

XXXIV, 3. *Ecce lac manducastis.*

Cum enim (levitæ) exigerent legales decimas, primitias, oblata pro gratiarum actione, aliisque populorum donis luxuriose fruerentur, nullam tamen salutis illorum curam gerebant.

Ἰδοὺ τὸ γάλα κατεσθίετε.

(Cat. f. 224.) Ἐξαιτοῦντες γὰρ κατὰ τὸν νόμον δεκάτας, ἀπαρχὰς, εὐχαριστήρια, καὶ ταῖς ἐκ λαῶν δωροφορίαις ἐντρυφῶντες ἀσώτως, οὐδένα τῆς σωτηρίας αὐτῶν ἐποιοῦντο λόγον.

XXXIV, 18. *Non satis vobis fuit, quod bona pascua depasti estis?*

Legis periti cum essent levitæ, et optimum veluti pascuum sortiti, puramque et limpidam aquam habentes Moysis doctrinam, unde facile veritatem possent haurire, conculcabant quodammodo id pascuum, sordidabant etiam aquam, crassam quamdam et cœnosam immunditiaque plenam apponentes doctrinam his, qui ovium instar sequebantur eos D tanquam arietes.

Καὶ οὐχ ἱκανὸν ὑμῖν ὅτι τὴν καλὴν νομὴν ἐνέμεσθε;

(Cat. f. 224. b.) Νομοµαθεῖς γὰρ ὄντες οἱ ἐξ αἵματος Λευὶ, καὶ καλλίστην ὥσπερ νομὴν, λεπτὸν δὲ καὶ διειδὲς ἔχοντες ὕδωρ τὴν διὰ Μωϋσέως παίδευσιν οὐκ ἀνικάνως ἔχουσαν ποδηγεῖν εἰς ἀλήθειαν, κατεπάτουν τρόπον τινὰ τὴν νομήν· συνετάραττον δὲ καὶ τὸ ὕδωρ, παχεῖάν τινα καὶ ὑλώδη καὶ γαιώδους ἀκαθαρσίας ἀνάπλεων παρατιθέντες διδασκαλίαν τοῖς ἐν τάξει προβάτων ἀκολουθοῦσιν αὐτοῖς ὡς κριοῖς.

XXXIV, 23. *Et suscitabo illis pastorem unum servum meum Davidem.*

Quod hæc de Christo dicat propheta, haud arduum est cognoscere : nam jamdiu mortuo et in tumulis jacente beato Davide, vaticinabatur beatus Ezechiel. Promittebat autem Deus Pater rem futuram per tempora, non rem jam peractam; de futuris enim fiunt promissa, non de præteritis.

Καὶ ἀναστήσω ἐπ' αὐτοὺς ποιμένα ἕνα... τὸν δοῦλόν μου Δαβίδ.

(Cat. f. 225.) Ὅτι δὲ περὶ Χριστοῦ τὰ τοιαῦτά φησιν, ἀταλαίπωρον ἰδεῖν· προτετελευτηκότος γὰρ ἤδη τοῦ μακαρίου Δαβὶδ καὶ ἐν τάφοις ἤδη κειμένου, προεφήτευσε μὲν ὁ μακάριος Ἰεζεκιήλ. Ἐποιεῖτο δὲ τὴν ὑπόσχεσιν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ὡς ἐσομένην κατὰ καιροὺς, καὶ οὐχ ὡς ἤδη τετελεσμένην· ἐπὶ γὰρ τοῖς ἐσομένοις αἱ ὑποσχέσεις, οὐκέτι τοῖς ἤδη πεπραγμένοις.

[1] Gal. III, 11.

Digitized by Google

Catena Latina in Ezechielem a Villalpando edita (Romæ 1596, 3 *vol. fol.*) *nonnisi paucissima Cyrilli fragmenta exhibet; ea etiam ita proprio scopo accommodavit catenæ editor ut non jam Cyrillus loquatur, sed ipse Villalpandus.* EDIT. PATR.

IN DANIELEM PROPHETAM.

(ANG. MAI, *Biblioth. nov. Patr.* II, 467.)

Τοῦτο δ' ἦν ἕτερον οὐδὲν πλὴν ὅτι μεγαλαυχεῖν A κατὰ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, κατεπαίρεσθαί τε τοῦ προεστηκότος τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον ὀνῆσαι δεδυνημένον τὸν ἴδιον λαόν.

Βίβλοι ἠνεῴχθησαν.

Ὅτε γὰρ ἐν εἴδει γέγονε τῷ καθ' ἡμᾶς ὁ Μονογενής, τότε καὶ βίβλους ἀνέῳξεν ὁ Πατήρ· καὶ ἀνῆκε μὲν τοῦ κρίνεσθαι τοὺς ἐνόχους ἁμαρτίαις, ἐφῆκε δὲ τοῖς ἀνδριζομένοις τὸ ἐγγράφεσθαί τε καὶ ἐναριθμεῖσθαι λοιπὸν τοῖς ἄνω χοροῖς καὶ ἐν μνήμῃ κεῖσθαι.

Καὶ τί ἐστιν, *Ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασεν;*

Ἆρα τοπικῶς; Εἶτα πῶς τοῦτο οὐκ ἀμαθές; ὅτι μὴ ἐν τόπῳ τὸ Θεῖον· πληροῖ γὰρ τὰ πάντα. Τί οὖν ἐστι τὸ, *Ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασεν;* B Εἰς τὴν δόξαν τοῦ Πατρὸς δηλονότι ἔφθασεν ὁ Υἱός. Καὶ πόθεν τοῦτο ἔστιν ἰδεῖν, ἔφη πάλιν αὐτὸς ἐφεξῆς· *Αὐτῷ ἐδόθη ἡ τιμὴ καὶ βασιλεία.* Ἤκουσε γὰρ τοῦ Πατρὸς λέγοντος· *Κάθου ἐκ δεξιῶν μου ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.*

[1] Psal. CIX, 1.

V, 2. Nihil aliud hoc erat quam contra Dei majestatem jactantia, dum adversus Israelis protectorem extollitur, quasi is populo suo nulla re prodesse potuisset.

VII, 10. *Libri aperti sunt.*

Cum in forma nostra Unigenitus apparuit, tunc libros Pater aperuit; omissaque reorum damnatione, copiam fecit frugi hominibus semet inscribendi adnumerandique cœlestibus choris atque in album referendi.

VII, 13. Quid est, *usque ad Antiquum dierum pervenit?* Num de loco sermo est? Atqui hoc nonne absurdum sit? Quoniam Deus in loco non est, sed omnia implet. Quid ergo est, *usque ad Antiquum dierum pervenit?* In gloriam scilicet Patris pervenit Filius. Quod ipsum unde innotescat idem postea propheta dicit: *Traditus est ei honor et regnum.* Audivit enim Patrem dicentem: *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [1].

Digitized by Google

INDEX ANALYTICUS

RERUM ET VERBORUM QUÆ IN COMMENTARIO IN ISAIAM INVENIUNTUR.

Revocatur Lector ad numeros typis grandioribus expressos.

A

Abelis sanguis licet voce carens ad Dominum clamavit, 295.

Abior fluvius Gozan, 159.

Abraham primus pater filiorum Dei per fidem justificatus est, 456. Abraham semen dilectum quodnam intelligatur, 526.

Achasus, mortuo patre Joatham, rex Juda creatus, 114, 263, 272. Apostata, 242. Idolorum cultor, 116, 120. Liberos suos dæmonibus sacrificavit, 120, 158. Achasus in domo sua gradus quosdam arte confici curavit qui velut horas numerarent et cursum solis decursu umbræ in illis factæ metirentur, 496.

Adamus dictus principium generis, 370. Adamus a muliere in transgressionem inductus, 381. Adami lapsum Deus ante constitutionem mundi prævidit, huicque medelam, nempe Christi incarnationem, præfinivit, 524.

Adolescentuli suapte natura ad metum et fletum propensi, 529.

Adrianus, Romanorum imperator, Judæam oppugnavit. 112.

Ægyptii, populi superbi, sævissimi, idololatræ, 272. Omnibus et superstitiosiores, 294. Persas et Assyrios errore et superstitionibus vicerunt, 253, 281. Etiam animantibus ratione carentibus honores Deo dignos tribuerunt, 294. Gens desperata et populus conculcatus cur dicti in Scriptura, 272. Ad Deum reversi nunc intentissima in Christum charitate præditi sunt, 280, 292, 294, 296. Ægyptii victos videntes Israelitas putarunt deos suos præstantiores esse Deo Hebræorum, 438. Statim perierunt, 438. Ægyptii muscis comparati, 126.

Ægyptus insula dicitur, 502. Cincta pluribus fluminibus, magnisque paludibus, 272. A Deo exsiccata, 185, 272, 286. Ægyptus ab Assyriis diversis temporibus capta, 300. Ægyptiorum terra sanctis Ecclesiis, et religiosis viris castisque virginibus nunc fervet, 614.

Æterna vita quinam potientur, 459.

Æthiopiæ flumina, id est septem ostia per quæ Nilus, Ægypti fluvius, in mare influit, 274.

Afflictio ad Deum et ad agnitionem offensarum reducit, 367. Afflictio mutat quos verba non juvant, 266. Afflictionis tempore maxime salus est sanctis, 452.

Agallim urbs eximia Moabitarum in extremis oris regni sita, 252.

Agareni populi iidem ac Saraceni, 310.

Agni ex lege munda erant animalia, 906. Agni gentiles intellecti, 91.

Alexandria urbs olim sic dicta prope Ægyptum sita, 274. Mercatura celebris, 274. Alienigenis lege Mosaica vetitum hostias Deo offerre, 844.

Amos rex Israel filius Manassis, 125. Pius vixit, 125. Bello in Pharaonem suscepto necatus, 125.

Angeli administri sunt iis qui hæreditatem salutis accepturi sunt, 107. Angelorum auxilia Israelitis quædam quasi sepes fuerunt, 373. Angelus una nocte centum octoginta quinque millia occidit, 51, 270, 278, 492. Angeli nubes dicti, 81. Angeli intelligibiles qui, 597.

Anima Deo conjuncta ab ipso perpolitur et rebus præclarissimis ornatur, 70.

Annus mercenarii, id est exacte et præcise ad calculos revocatus, 313.

Antistites sacrorum mysteriorum fluviis comparati, 443. Quomodo alæ terræ dicantur, 344.

Apes sibilo e nidis evocantur et reducuntur, 99, 126.

Apostoli primitiæ credentium in Christum. 388. Apostoli et evangelistæ erant filii Judæorum, 624. Scribarum et Pharisæorum suffecti. 30. Patres fidelium fuerunt, Israelitæ fuerunt, 74. Filii Dei vocati, 74. Iis intelligibilis est data sermonis potentia, 754. Pædagogi fuere Judæorum, 394. Per totum orbem terrarum Evangelii prædicationem disseminarunt, 343. Gentes ab idolatria et errore ad gratiam et Christi confessionem adduxerunt, 343. Ad peragrandum totum orbem pro prædicatione Evangelii navi usi sunt, 207. Crebro in Scripturis, propter Evangelii prædicationem, calumnias, hostium Dei insidias, laboresque et sudores multos perpessi sunt, 595. Gaudebant de his qui fide in Christum probati erant, 529. Maxime de errantium conversione, 529. Cur dicti amici Dei, 155. Cur medici spirituales dicti, 366. Et fluviales rivi cur dicti, 463. Montes dicti, 451. Bellatoribus armatis comparati, 228. Saphyri quomodo dicti, 767. Item fundamenta terræ, 767. Apostolorum filii qui sunt, 582.

Aqua cœlestis sermo appellatur in Scriptura, 451. Et sanctorum mysterum prædicatio. Aqua fidelis, id est sacrosanctum baptisma, 460.

Aram, id est Syrus, 203.

Architectus sapiens quis dicatur in Isaia, 56.

Ariel exponitur leo Dei, 407.

Arnon urbs munitissima Moabitarum contermina, 254.

Arrogantia Deo multum exosa, 43.

Asedec id est, justitiæ civitas, una ex quinque Ægypti urbibus quæ primum prædicationem Evangelii receperunt, 295.

Asinus immundum est animal secundum legem, 451, 452. A Deo rejectus fuit, 452. Per hunc gentes significantur, 452. Asinus ponitur pro rationis inopia, 574.

Assyriorum natio fastuosa et dissolutissima, 221. Superstitiosissima, 584. Deo invisa, 304, 584. Assyrii, Israelitis captivatis, quomodo ipsi captivi facti fuerint, 228. Assyriorum regio a Persis et Medis devastata, 438. Item a Romanis, 231. Assyriorum reges superbi erant. 157. Samariam vastarunt, 157. Israelem captivum abduxerunt. 157. Assyrii apibus assimilati, 126. Variegatas vestes magno pretio habebant, 126. Assyriorum rex intelligibilis Satanas, 135, 138, 465.

Augustus Cæsar Romanorum imperator Judæam devicit, 209. Quomodo Ægyptum sibi subjecerit, 209.

Aurum facit raritas pretiosum, 222.

Avaritia radix est omnium malorum, 45.

Aves mysticæ quænam sint, 474.

Azarias filius Amaziæ rex Israel, 100, 240. Pius et religiosus fuit. 100, 240. Superbus evasit, 240. Sacrificandi munus usurpavit, 240. Lepra percussus a Deo, 100, 114. Eo regnante Deus prophetas non est allocutus, 101.

Azotus regio Judææ vicina, 500.

B

Babylon, urbs Assyriorum, reliquarum regina, 239. Inclyta dicta, 225. Ejus muri spatiosissimi fuerunt, 330. Præ idolorum multitudine terra sculptilium nominata, 216, 308. Babylon terræ universæ malleus dicta ab Jeremia, 308. Babylon funditus a Cyro eversa, 307. Babylonii mortalium crudelissimi dicti, 214. Præstigiis et idololatriæ deditissimi, 216, 220. Potentes et inexpugnabiles, 218. Idumæam vastarunt, 311. Quanta calamitate afflicti, 229. In eos divina ira armata fuit, 220. Babyloniorum terra a Persis et Medis conjunctim devastata, 232.

Balachus rex Moabitarum, 247. Deo juvante potens et terribilis fuit, 248.

Balbuties est quædam nihil posse in gloriam Dei, sed in falso nominatis diis verba consumere, 444. Balbuties fuit Israelitis non sustinere loqui Christi mysterium, sed garrire semper legem, 444.

Balthasarus, rex Babyloniorum, sacris vasibus cum pellicibus in convivio solemni usus est, 237. Hujus regnum prædixit Daniel Persis ac Medis divisum fore, 238. Nullus ei ex sua stirpe superstes fuit, 238.

Baptismus piscina salutaris est, 117. Baptismi lavacrum abstergit peccatorum omnium maculam, 18, 451. Confert gratiam et justificat impium, 916.

Barba et capite derasos conspici infamiæ aliquando fuit, 127. De eo lex a Moyse instituta, 127. Barbæ crines in Scriptura pro intelligentia et mente præditis sumuntur, 128

Digitized by Google

Barbarorum infestationes et expeditiones solum ad spoliationem et rapinam tendunt, 225.
Basan nunc Basanæa, locus in Judæa, 48.
Belli tempore cuncta perturbata sunt, 556.
Benedictiones Christo pro benedictionibus ab ipso concessis rependuntur, 900.
Bethsaida B. Philippi et Nathanaelis civitas mari Tiberiadis adjacebat, 150.
Blemmyes qui sunt Æthiopes barbari populi telis venenatis torquendis peritissimi sunt, 301, 302. Accolæ Thebanorum, 301.
Boni in suprema ibunt habitacula, improbi ignis alimenta erunt, 302, 340. Bonorum spiritualium expertes esuriunt et sitiunt, 822.
Bos mundum est animal secundum legem, 451. Huic Judæi assimilantur, 451.
Bosor quid significet, 468.

C

Cedar oppidulum Arabiæ, 545.
Caiphas sacerdos prophetavit Christum pro omnibus redimendis moriturum, 206, 209.
Calamitatibus alienis non lætandum, 253. Sed potius condolendum, 254.
Calvitium ignominiæ symbolum, 249.
Carmelus mons maximus in Judæa fuit, 415, 449. Eum incoluit Elias Thesbita, 449. Chermel et Carmelus idem significant, 449.
Catecheseos sermo primus est cibus admittentium fidem Christi, 913. Catecheseos sermones argentum appellantur in Scriptura sacra, 23.
Cervus est animal serpenticida et aquarum fontes libenter frequentans, 471.
Chaldæorum gens invicta et insuperabilis erat, 216. Idololatra, 221. Eorum regio maxima, 219, 221. Orbis terrarum dicta, 219. Chaldæi in Judæorum depopulatione aliis crudeliores exstitere, 215. Chaldæorum gens ad eam vastitatem redacta ut, combustis Sodomis et Gomorrhis, æqualis reddita fuerit, 225. Luti barathrum effecta, 239.
Chanaan confinis est Ægypti, 295. Chananæa lingua, id est Syrorum vel Palæstinorum, 293. Chananæi vocati quicunque idolorum cultores erant et non ex semine Israelitico, 331.
Charitas complementum legis, 817. Charitatis impletio erga proximum, 817. Charitatis in Deum ardore perficimur, 102.
Christianus nova creatura est, 565. Christiani genus electum, gens sancta, populus acquisitus, 862. Christiani ad apostolatum et ministerium ferventiores quam veteres sancti, 109. Vere ad obediendum Deo prompti, 145. In eo omnem spem ponunt, 143. Prudentissimi sunt; divinorum oculorum aversionem timent, 145, 144. Christi fideles quibus malis expertes, 904. Christianorum primitiæ apostoli, 149. Christianorum et Israelitarum quanta sit differentia, 900 et seq. Christianis qualiter Judæorum concursus evitandus, 737.
